

DEO BENE VERTENTE.

TRACTATUS

IURIDICUS,

exhibens

IUS MASCU-LORUM,

cum annexis variis Eorum Poteſtatibus, Prærogativis, Immunitatibus, Dignitatibus ac Privilegiis, depromtum ex Legum Divinarum & Humanarum principiis, confirmatum Naturæ & Gentium fundamentis, illuſtratum Selectioribus illuſtrium Controverſiarum figuris, ut & præjudiciis juxta Uſum Fori hinc inde receptis, adjuncto ſimul Indice Rerum & Verborum locupletisſimo, conſcriptum Methodo Juſtinianeâ,



Labore & Studio

DANIELIS BEYERI,

VRATISLAVIENSIS.

A. C. H.

M DC. LXXII

Literis & Sumptibus JOH. JACOB BAUHOFER.

CHRISTOPHORUS PHILIPPUS Richter / D.
COMES PALAT. CÆSAR. FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIUS, & P.P.

Nobilissimo Clarissimoq;

DN. DANIELI BEYERO,
URATISLAVIENSI. S.P.P.

***

Juris, quo utimur rectissimè, civilis latifundia penitius rimanti mihi, inter alia, sexus quoque sequioris, privilegia pleno sese, ut ita dicam, impetu offundunt. Hæc siquidem in tantum Legislatorum affectionem emendicasse palam est, ut certè vitiis, quorum Justinianum arguere dicarum malevolorum mordacitas im-

pudenter asſolet, non parum accenſeatur,Eum videlicet,præter id,quod religioſus ut & libertati favens ad ſuperſtitionem usque fuerit, nimium etiam extitisſe uxorium. Hinc tot enata dotis,tàm cuſtodiendæ,quàm repetendæ, media; hinc tot derivata SCti Vellejani commoda; hinc denique tot alia conſiderata Mulierum, in partu potisſimum edendo, merita: quibus, ſi mitigationem haud raró pœnarum mecum adjicere ſategeris, rem apud omnes confesſam tibi perſuadebis. Aſt quicquid hujus rei ſit, ſtetit Maſculis á primis omninò mundi incunabulis ſua virtuoſa gloria, quâ ſemper felicisſimè ſuffulti dominium æque

ac

ac imperium in cuncta sublunaria exercere voluerunt; eoq; sensu aptissimè dicti sunt ab Augustino juxtim & Ambrosio soli ad imaginem Dei conditi, quæ quoad potestatem hanc, optimo jure Fœminis in c. hæc imago. & c. Mulier. 33. q. 5. denegatur. Taceo reliqua Legum nostrarum beneficia: hæc quippe, cum Mulierum favore æquâ trutinata lance, eundem, quam levis sit, ad oculum exponent. Prævalet siquidem Vir in potestate dominicâ, eminet in potestate patriâ, vincit in potestate maritali, excellit in potestate tutelari. Nobilitat Maritus mulierem, communicat eidem honorem & dignitatem, quid? reddit eandem divini humaniq; juris partici-

 pem.

pem. Exoptatissimè igitur, CLARISSIME BEYERE, Tuus ille sub pectore hactenus delitescens foetus, disruptis quæ remoram meditabantur repagulis, in lucem prodiit, suoq; pariter tanto parente dignos natales ubique impræsentiarum celebravit. JUS MASCULORUM adopinor, quod masculus masculè, frementibus licet invidiæ dentibus assertum ivisti, simul & ejus, (penè dicam) infinitum circuitum emetiri strenuè allaborasti. Scilicet hic finis est, hic scopus tandem studiorum nostrorum, ut nobis non tantum, sed Deo præprimis, quid? Patriæ insuper & omnibus undique inservire queamus. Quocirca macte eruditione Tuâ BEYERE PERDILECTE,

quam

quam noſtræ Salanæ ſatis ſuperque per tot annos conſpicuam reddidiſti. Reciprocarunt ſiquidem Te probè pervigilem, patientia atq; asſiduitas, ut anceps hæream, an per duo hæc, & quod excurrit, luſtra, quibus nobiscum modeſtè, & quod rarius, absque ullo judiciorum ſtrepitu converſatus es, aliquis Commilitonum tàm publicè in auſcultando ac diſputando, quàm privatim in legendo aliosq; edocendo præferendus, nedũ comparandus Tibi veniat. Quocirca Te amare credas doctisſimum quemque, ac Tuis in promovendo invigilare pro virili commodis. Manet præterea parata jam dudum probeq; commerita Te Themidos Laurea,

quam

quam noſter Ordo, legitimè compellatus, largisſimâ manu promptisſimè offert. Hanc etenim olim minitabatur nobis IUSTINIANUS TUUS CONTROVERSUS, quem parili, ut ſoles, dexteritate concinnaſti; hanc jam corroborat maſcula illa, Teque decens simul & condigna meditatio. Faxit igitur, quem ſemper imploro, Ter Maximus Iehova, ut Conterraneorum Tuorum, Doctorumq; poſt fata perennium ac celebratisſimorum, FRANZKII puta, FIEBIGII, RIMERI, quos duos poſteriores incluta Tua enixa eſt Uratislavia, dignisſimam non tantum memoriam refrices, ſed etiam gravisſimorum Tuorum, adhuc in vivis ſuperexiſtentium, Patrum Conſcriptorum, ex quibus honoris causâ nominaſſe liceat DN. ASSIGIUM, Proto-Syndicum Veſtrum Conſultisſimũ, Fautorem noſtrum ſpectatisſimum, famam pariter atq; gloriam exæques. Vale. Dabam Jenæ die 17. Martii. Anno 1672.



PROSPECTUS GENERALIS.

Repræsentaturus legaliter, pro libertate Academicâ, MASCULORUM JURA, in frontiſpicio ſtatim provoco ad cardinalem textum JCtisſimi Papiniani, qui habetur in *l.9.D. de Statu Hom.* IN MULTIS JURIS NOSTRI ARTICULIS, DETERIOR EST CONDITIO FÆMINARUM, QUAM MASCULORUM. *Vid. ad eand. Gl. Joh. Coraſius, Oldendorpius, Frideric. Pruckmann. Petr. Gregor. Tholoſan. Synt. Jur. Univ. l.7.c.2.n.3.* ſcilicet attentâ Sexus prærogativâ, quam præ ſe fert Maſculinus. Teſtis hic eſt omni exceptione major, *ſummè Philoſophantium Princeps, Ariſtoteles* 1. *Polit. c.5.* quando dicit: Naturâ eſt melior Maſculus, deterior fæmina. Exemplariter huc pertinet *l.2.de R.J.* ubi inter alia officiorum virilium munera, Fœminis denegatur Magiſtratus gerendi honor, quem communis illarum fragilitas, *pr. in fin. Juſt. quibus alien. licet vel non,* & Infirmitas. *l.1.C. quando Mulier tutelæ offic. fungi pot.* vix ac ne vix quidem admittit, dum contra propria commoda Mulier ſemper laborare incipit. *l.4.C. de Sponſal.* multò minus alios regere aut Imperio præeſſe poterit, atteſtante *Lipſio in ſuis Monit. & Exemplis Polit. L.2. cap.2.* cujus verba planè aurea in hunc lo-

1. 2. 3. 4.

cum transscribere, nemo nobis plagii crimen imputabit, nisi qui caput in calcaneo, & peponem loco cordis habet, juxta tritum illud proverbium. Ita autem loquitur: *Vir ad Virtutem ad Regimen natus: animo, corpore, voce, visu robustior. In Fœminâ, omnia levia, mollia; quæ amorem, non reverentiam creant. A naturâ ipsâ timidæ magis sunt, quam timendæ: non igitur hîc Auctoritas. Jam in Viro Prudentia & Constantia: In illis calliditas, aut argutiæ, imbecillitas deinde Judicii, & in decretis, sensibusq; Euripus. Septies in die mutant. Rarò etiam altum aut honestum spirant: sunt in vanis, aut vilibus curis: non ergò ad sceptrum & publicum decus idoneæ.*
5. Hæc ille. Unde apud Francos Lege Salicâ cautum est,
ne Regnum à lancea ad fusum transeat. *Reinking. de*
6. *Regim. Secul. & Eccles. L. 2. clas. 2. c. 6. n. 7. seqq.* præposterum enim esset, illi tribuere Imperiū in Rep. cui illud denegatum est in œconomiâ, uti infra demonstrabitur. Nec in contrarium Nos movent Gentium Statuta, sive ex sacris, sive ex profanis historiis & monumentis, hinc inde desumta, qualia sunt apud Suecos, Anglos, Hispanos, aliasve Nationes, Jure consuetudinario passim obvia; quia non exemplis sed ra-
8. tionibus hîc pugnandum. Imò, si exemplis militandum, alia ex omni Historiâ oppono. *Vid. Lips. supr.*
9. *cit. loco. Aristoph. apud Stobæum serm. 72.* Quibus ita præmissis præmittendis, ad specialem hujus materiæ tractationem descendo, methodo tripartitâ quam suppeditat *l. 1. D. de statu Hom.* Sit itaque

PARS I.

PARS I.

De
PERSONIS,
CAPUT I.
de Dominicâ Poteſtate.

Th. I.

Prodromum quaſi προλεγομένως Juri 1.
Familiæ anteverto, ductu *l. ult. D. de capit. minut.* nimirum ſimplicem LIBERTATIS ſtatum, quo homines vel ſunt Liberi vel Servi *l. 3. D. de ſtatu Hominum.* Liberi viciſſim, aut Ingenui aut Libertini. *l. 5. pr. D. eod. tit.* Ingenui dicuntur, qui ſtatim, 2.
ut nati, ſunt Liberi, & vel ex ſolo tempore conceptionis, tales æſtimandi. *pr. Inſt. de Ingen.* ubi notari meretur Dd. Theorico-Practica, *in l. 18. D. de ſtat. Hom. l. 3. D. de pœn.* 3.
fundata: Calamitas Matris, non debet nocere ei qui in Ventre eſt. Conf. fundamentaliter *l. 5. §. 1. D. de ſtatu Hom.* & doctrinaliter *Alphonſus à Caranza Tr. de partu legit. cap. 2. §. 4. n. 21. ſeqq. Jacob. Mæſtert. de Juſtitiâ Rom. l. L. dubio 24.* Acce- 4.
dunt Libertini, qui ex juſtâ ſervitute ſunt manumiſſi. *l. 5. D. de ſtatu Hom.* Dicitur: juſtâ ſervitutis causâ: quia vis illicita 5.
non planè adimit, ſed ſaltem impedit Libertatem, ejusque exercitium ſuſpendit, *arg. l. 13. pr. D. qui Teſtam. fac. poſſ.*

Th. 2. Manumiſſioni porrò inſiſtentes, variæ perſonæ in 1.
hoc actu Jurisdictonis (intellige extraordinariæ. *l. 21. D. de. ma-*

num. vind. & quidem Voluntariæ. *l. 2. pr. D. de offic. Procons.*),
2. sunt considerandæ. Primò MANUMITTENTIS, si modò aliàs certâ lege servum suum manumittere non prohibeatur, non attento libertatis favore. *l. 122. de R. J.* quia favor hic ultra suum tertium non debet extendi. Argumento Nobis sit casus, originaliter fundatus *in l. 48. §. 2. D. de Hæred. instit.* qui etiamsi sit durus, tamen ita Lex scripta est, *l. 12.*
3. *§. 1. in fin. D. qui & à quibus manum. add. l. 3. C. ad L. Jul. de Adult.* Nec abs re: Reip. enim interest, ne delicta maneant impu-
4. nita. *l. 51. §. 2. D. ad L. Aquil.* Idcircò etiam pœnæ tàm adulteræ Dominæ, quàm ipsi servo adultero sunt statutæ *in l.*
5. *un. C. de Mulier. quæ se propriis serv. junxer.* Adstipulatur L. Ælia Sentia, dum servum in fraudem Creditorum manumitti,
6. regulariter prohibet. *l. 1. C. qui manum. non poss.* & proinde Dominus, qui de facto servum manumittit, nihil agit. *pr. Inst.*
7. *qui & ex quib. caus. manum.* ratio est *in l. 5. C. de LL.* & ne libertas semel data, iterum revocetur, contra *§. 6. Inst. d. t.* Dixi:
8. regulariter: quia unum servum in Testamento manumittere, heredemque instituere, est permissum, ad declinandam Ignominiam, quæ aliàs ex venditione bonorum defuncti
9. colligitur: idque eâdem L. Æliâ Sentiâ provisum est. Et rectè: Interest enim, ne injuriâ defunctus afficiatur. *§. 1. Inst. d. t.* quia sepultura est memoria conditionis humanæ *l. 27. pr. D. de condit. institut.*

1. Th. 3. Sed quid juris in L. Fusiâ Caniniâ; libertatibus servorum, canino more olim invidâ? An ne propterea irrationabilis dicenda? Minimè gentium. *Vid. Dd. ad rubr. & t. t.*
2. *Instit. ac Cod. de L. Fus. Canin. toll.* Interim major fuit ratio, hanc legem abrogandi, scil. maximus omnium rerum Libertatis favor. *l. 122. de R. J. jung. l. 106. l. 176. §. 1. D. eod. tit.* item ratio, quod morientium conditio non deterior esse debeat, quàm viventium. *L. 1. C. de. S.S. Eccles.* Hinc magistra-
3. liter concludo: Quodcunque inter vivos

valet

valet, illud etiam valet inter mortuos. *Everhardus Loc. Top. loco à Contractu ad ultim. Volunt.* ubì dicit, procedere hanc regulam, quatenus utrobique eadem militat ratio, ut eadem quoq; sit Juris dispositio, exemplo Domini hic. E. à contrario, ubi hæc cessat, tunc quoque 4.
non procedit ejusmodi conclusio. *v. gr.* Filiusfam. de peculio suo Adventitio extraordinario, pleno jure & qualicunque vult modo, potest inter vivos disponere. *Nov. 117. c. 1. §. 1.* & tamen non potest super eodem testamentum condere. *pr. in fin. Instit. quib. non est perm. fac. Test.* Ratio diversitatis 5.
est, quia Testamenti factio non nisi Patrifam. competit ex L. XII. Tabb. *l. 120. de V. S.* vel qui pro Patrefam. habetur, ut Filius in Castrensibus & quasi. *l. 2. D. SCto Maced.* scil. propter favorem, qui in militiâ armatâ & togatâ utramq; quod dici solet, facit paginam: ast hic in reliquis peculiorum generibus cessat. Ergò. Unde apparet, affirmativam 6.
saltem in tali argumentandi genere valere conclusionem, quæ negativè non procedit. *Dn. Brunneman. Exercit. ad Jus Justin. I. ad dict. tit. de L. Fusiâ Canin.* Exemplo res fiet 7.
clarior. *v. gr.* Minor sine Curatore suo, non potest contrahere. *l. 3. C. de in Integr. restit. Minor.* & nihilominus potest indistinctè testari, ita, ut Curatoris Authoritate non habeat opus, per tx. notab. in *l. 20. §. 1. D. de liberat. legat.* Rectissimè: quia ultima testantium elogia non debent pendere ex 8.
alieno arbitrio. *l. 32. D. de Hered. Instit.* Ratio differentiæ est valida: quia Contractus sunt ab initio voluntatis, ex post 9.
facto fiunt necessitatis, *juxta cap. quod semel. 22. de R. I. in 6 to.* ast Minorem per se ita firmiter obligari, esset iniquum, *per l. 1. D. de minor.* secus verò est in Testamentis, in quibus am- 10.
bulatoria est voluntas Hominis usque ad extremum vitæ halitum. *l. 4. D. de adimend. legat.*

Th. 4. Succedit secundò MAGISTRATUS, qui ma- 1.
numissionem Domini prævia justæ causæ cognitione appro-

 bat.

2. bat. Ubi inter Legulejos anxiè disceptatur: An etiam apud
Legatum Pro-Consulis valeat servi manumissio? Affirm.
3. *l.* 17. §. 1. *D. de manum. vind.* Graviter obst. *l.* 2. §. 1. *D. de offic.*
4. *Proconf. & Legati.* Varii variè hanc pugnam componunt. *Cujacius* L. 1. *Observ.* 1. *it.* *l.* 15. *Observ.* 19. particulam: NON:
5. *d. l.* 17. inserit. *Vinnius Tr. de Jurisdict. cap.* 8. *n.* 11. textum corrigit. Quod non placet; quia violenta audit Nostratibus per
manum Criticam lectio, quam nec probabiliter admittunt
initialia verba *d. l.* 17. §. 1. quæ respiciunt *praeced. pr.* ubi affirmativa habetur decisio: sed & periculosa semper reputatur esse
6. textuum correctio. Missis igitur his Resp. quod quidem ex
PROPRIA Jurisdictione, quam nullam habet, non possit
Legatus manumittere, *juxta obst. l.* 2. sed tamen ALIENA,
h. e. à Pro-Consule ipsi demandatâ. *juxta all. l.* 17. veluti
7. suadet *l.* 13. *D. d. t. de officio Procons. & Legati.* Fusius & ex professo consule *Dn. Arum. Disp. ad P. I. th.* 23.

1. Th. 5. His prælibatis, ipsa demùm Jure Familiæ sese ostendit Dominica Potestas, quæ ex relato Hominum statu
provenit, & per instituta Gentium, ulteriori ratiocinatione,
exigente necessitate humanâ est introducta, §. 2. *Inst. de J. N.*
2. *G. & C. l.* 4. *&* 5. *D. de J. & J. l.* 5. §. 1. *D. de statu Hom.* licet à
Jure Civili quoad certos modos, itemque alios effectus, sit
3. qualificatè informata; quibus meritò annumeratur venditio sui ipsius à Minore 25. annis facta. §. 4. *Instit. de J. personar.*
4. *d. l.* 5. §. 1. & etiam rationabiliter valet in pænam facti improbi,
dum malitia hîc supplet ætatem *cap.* 3. *X. de desponsat. Impub.*
quia frustrà Legis auxilium implorat, qui contra eam pec-
5. cat. *l.* 37. *in fin. D. de minor.* Nec obst. *l.* 37. *D. de liberali causâ. l.*
6. 13. *pr. l.* 15. *in fin. D. ad L. Aquil.* Resp. Hi. txx. respiciunt causam
contractûs, qui fit per modum conventionis, de quâ h. l.
7. nobis non est sermo. *Conf. Dn. Struv. Synt. J. Civ. Exerc. ad Pand. III. th.* 18. ubi dissentienti Vasquio & Bachovio ex asse
satisfacit.

Th. 6.

Th. 6. Hinc fluit Servitus, quæ describitur in *l.* 4. §.1.*D.* 1.
de Stat. Hom. quod sit constitutio J. Gentium, quâ quis Do-
minio alieno contra naturam subjicitur. Cui non refra-
gatur (1) Natura omnes homines facit Liberos. *d.* §. 2. *Inst.* 2.
de J. G. &C. pr. Instit. de Libertin. Ast Jus Gentium subjacet
Juri Naturæ. Ergò Resp. Hoc intelligendum est de primæ- 3.
vo Hominum statu, non secundario. add. melioris doctri-
næ causâ *Dn. Struv. d. Ex. III. th.* 8. Nec resistit (2) quod dici- 4.
tur in *l.* 32. *de R. J.* Responsio est eadem: vel potest dici, illam 5.
æqualitatem non excludere omnem omninò respectum,
quem ex certâ & idoneâ causâ Jus Gentium superinducit:
quod ipsum etiam ritè procedit; quia naturalis ratio aliàs 6.
circumstantialiter mutationem recipit, & nihilominus in se
& per se Jus Naturæ subsistit. *vid. B. Dn. Frantzke Exercit.*
ad Instit. 1. *q.* 10. *ibiq. Dn. Fiebig. P. M. in Vindic. Frantzkianis.*
it. B. D. Ungepauer Exerc. Justin. II. q. 9. *in Nego. Sutholt. l.* 71.
opp. (3) contradictoria esse, servitus contra naturam est, 7.
ut hic; & tamen secundum naturam procedit, quia Servi ex
eo sunt appellati, quod Imperatores captivos vendere, &
per hoc servare, non verò occidere solent. §. 3. *Inst. de J.*
person. Resp. Videntur quidem hæc esse contradictoria, sed 8.
non reverà sunt. Distingu. enim est, inter servitutis mo-
dum, & ejus causam. De priori loquitur thesis; de poste-
riori oppositio. *jung. B. Ludvvell. Disp. ad Inst.* 1. *th.* 16. *lit. K.* 9.
Quam causam satis frigidè vellicat *Bachov. ad VVESENBEC.*
tit. de Statu Hom. uti solidè ostendit *Dn. Struve d. Ex. th.* 16.

Th. 7. Justificandus nunc est effectus Dominicæ po- 1.
testatis, qui quoad personam servi, ex J. Gent. descendit, &
consistit in Jure vitæ ac necis. *l.* 1. §. 1. *D. de his qui sunt sui vel a-*
lieni Jur. l. 17. §. 1. *D. de usufr.* Frustrà opponit *Cyprianus Regne-* 2.
ri in Cynosurâ Belgicâ ad §. 1. *Inst. d. t. de his qui sunt &c.* quod po-
tius contra Jus Gentium sive Naturale Jus, talis potestas
currat, quippe quod remoto omni externo Hominum re-
spectu,

ſpectu, potius conſervationem, quàm deſtructionem intendit. Verùm, non animadvertit diſſentiens Noſter, fundamentum ſervitutis ex jure Victoriæ ſive Victorum, ortum traxiſſe, quo licitum erat, ſuccumbentes in bello occidere.

3. tendit. Verùm, non animadvertit diſſentiens Noſter, fundamentum ſervitutis ex jure Victoriæ ſive Victorum, ortum traxiſſe, quo licitum erat, ſuccumbentes in bello oc-

4. cidere. Cum igitur beneficii loco, ſervis vita ex humanitate fuerit data & conceſſa, cur contra ingratos ac immorigeros Servos non potuerit priſtinum Jus, quaſi ſepultum, iterum reviviſcere, rationem non video.

1. Th. 8. Sed mox ab uſu hæc poteſtas (quemadmodum omnes aliæ res, depravatæ hominum naturæ ſubjectæ) tanquam immoderata, iterum evanuit, ſuperveniente majori ratione, quæ ſuadet: Reip. intereſſe, ne re ſuâ quis malè uta-

2. tur; veluti exemplum declarat, quod Reſcripto ſuo illuſtrat Divus Antoninus Imp. & avthenticè exſtat §.2. *Inſt. d. t. de his*

3. *qui ſunt ſui &c.* Similia exempla in ſimili proſtant *apud Heig.*

4. *Harprecht. & Dd. communiter ſuper dict.* §. Hinc non niſi modica remanſit caſtigatio. *l. un. C. de emendat. ſervor.* & ſimpliciter prohibita, nefaria ſervorum internecio, ſub pœnâ L. Corneliæ de Sicariis, homicidis generaliter ſtatutâ, non habitâ inter perſonas differentiâ. *l. 1. §. 2. D. ad L. Cornel. de Sicar.*

5. Rectiſſimè. Summa enim eſt Hominum dignitas quam exprimit *l. 44. pr. D. de Ædil. Edicto.* adde: quod beneficio potius hominem affici, interſit hominis. *l. 7. D. de ſervis expor-*

6. *tand.* & Homo ad imaginem DEI dicitur eſſe creatus. *l. 17. C. de pœn.* Laudanda igitur eſt recepta apud Livonos obſervantia, qui cædem in hominibus propriis (ſervis aliàs quoad conditionem ſimillimis) truculenter commiſſam, contra Dominos & gravi mulctæ pœnâ, & publicà ſimul pœnitentiâ Eccleſiaſticâ, propter exemplum, animadvertunt, ita ut homicida flexis ad pedes genibus, & elevato brachio procumbens, Cultui Divino intereſſe cogatur.

Th. 9. Cæterùm, ſublatâ licet hodiè in Chriſtianâ Rep. durâ ſervitute, cum bella inter Chriſtianos plus qvàm ſint Civi-

Civilia *Dn. Brunnem. ad* §. 3. *Inſtit. de J. Perſon.* quoad λύτρον, quod barbarè audit Ranzon. Schultz *Syn. Inſtit. dict. tit. lit. a.* Veſtigia tamen ejus ſuperſunt in adſcriptitiis ſive glebæ ad- 2. dictis, qui parùm à ſervis differunt: nihilominus optandum, ut JUSTUS ac LEGITIMUS ſervitutis uſus, poſt- 3. liminiò in uſum revocaretur, præprimis, cum nec Religioni Chriſtianæ, nec Juri Divino ſit contrarius. *Ludvvell. Diſp. ad Inſt. I. th. 15. lit. E. cum allegg. ibidem Dd.*

Th. 10. Affines ad ſervitutis Jus pertinent Ruſticorum 1. operæ, Germanis audiunt Frondienſte quas graphicè & gradatim deſcribit *Dn. Struve ſupr. all. Ex. III. th.* 24. Schultz *Syn. Inſt. tit. de his qui ſunt ſui &c. lit. a. verſ. quidam.* ubi elegans 2. tractatur quæſtio: An ſubditi ad excubias & vigilias in caſtro Domini ſimpliciter præſtandas ſint obligati? Quæ controverſia, referente *Beſoldo Theſauro Pract. voc.* wachen. 3. quondam practicè fuit agitata in cauſa Illuſtris Dn. à Pappenheimb contra civitatem Elgaw / & tandem fundamentis ab utraque parte productis, pro civitate fuit reſponſum, hâc additâ reſtrictione, niſi immineat periculum Domini, fortè proditionis caſtri, tempore guerræ, vel alia ſubſit belli cauſa, aut alia publica incendiariorum graſſantium neceſſitas hoc exigat, pactove & conſuetudine aliud obtineat. De Vaſallo minus eſt dubium, quaſi ad cuſtodiæ 4. onus in viis publicis præſtandum ſit Domino Feudi obſtrictus, per jura, quæ Idem ibidem allegat, cui ſuperaddi poteſt *Dn. Struve in Syntagm. Jur. Feudal. cap. XI. aphor. 5. n. 13.*

CAPUT II.
de Poteſtate Patriâ.

Th. 1.

Intermedius hîc incipit Perſonarum Status, FAMILIÆ, 1. qui communiter dicitur relatus ſive reſpectivus, quatenus ſcil. abſolutæ liberorum & ſervorum hominum condi-

2. tioni est contradistinctus. Hic ipse est Familiæ Status, unde profluit præjudicialis actio Prætoria, in specie de partu agnoscendo dicta, directò Parenti contra Filium, lege Quiritum, h.e. Jure Rom. eum vindicanti, concessa. *l.* 1. §. 2. *D. de R. V.* & vice versa, Filio contra Patrem. *l.* 1. *pr.* & *passim. D. de agnosc. & alend. liber. l.* 10. *in fin. D. de obseq. Parentib. & Pa-*
3. *tron. præst.* Hodiè verò utiliter ad Agnatos & Cognatos applicanda. *arg. l.* 2. *C. de liber. exhib. l.* 2. *D. eod. tit. conf. Oldendorp. Class. Act.* 3. *tit.* 9. *Zasius, Mynsing. Heigius ad* §. 13. *Instit. de Action.*

1. Th. 2. Quoniam Lege Romuli est introducta P.P. his Verbis: Filius quamdiu vixerit, in potestate Patris maneto: Et posteà à Decem-Viris in LL. XII. Tabb. recepta, *juxta B. Ludov. Disp. ad*
2. *ad Inst. II. th.* 1. *lit. E.* omninò erit J. Civ. dicenda, præprimis, cum causæ tres P.P. dico, Nuptias, Legitimationes & Adoptiones, sint J. Civ. *pr. &.* §. *fin. Inst. de Nupt. rubr. & t. t. Inst.*
3. *de Adopt.* qualis enim est causa, tale etiam est causatum, vulgatus sonat Philosophantium Canon. conf. *l.* 3. *D. de his, qui sunt sui vel alieni J. add. pluribus B. Dn. Ungep. Ex. Justin. III. q.* 2. *in Ajo.* ubi ad Dissentientium argumenta respondet. N.O. (1) *l.* 2. *D. de J. & J. add. l.* 195. §. 2. *de V. S.* Proinde (2) apud plures Gentes etiam invaluit. *Godofr. in Not. ad d. l.* 3. *lit. u.* Resp. *Dn. Struve Ex. ad P. III. th.* 37.

1. Th. 3. Causis P. P. examinandis lubet per ὕστερον πρότερον anticipare, effectus principaliores, qui quoad perso-
2. nam Filii sese exserunt. Primus est modica castigatio. *l.* 3. *C. de P. P.* Intellige abrogatâ L. Romuli, quæ Jus vitæ & necis
3. Patri conferebat. *l.* 11. *in fin. D. de lib. & posth. her. instit. l. ult. C. d. P. P.* Nec obst. quod existant nonnulli antiquatæ illius Legis Vindices & Defensores acerrimi, dico *Ludov. Capell. singulari libro, quem inscribit de Voto Jephtæ,*

Jephtæ, ibi: *Ita abusus cavebatur & simul Parentes à Liberis tanto majore in honore habebantur, utpote quos tantùm viderent in se habere vitæ & necis potestatem, ut si libuisset ab uno oris ipsorum verbulo, vita & mors sua penderet. Hac ratione magis in officio & debitâ erga Parentes obedientiâ continebantur.* Cum quo simili ferè ratione paria facit *Simplicius ad Epicteti Enchiridion*, his verbis: *Veteres Romanorum Leges, tùm excellentiâ naturæ consideratâ, & laboribus, quos Filiorum causâ Parentes capiunt, tùm etiam eo consilio, ut Liberos omninò Patriæ potestati subjicerent, fretæ naturali Parentum erga Filios pietate, & vendendi illos, si vellent, potestatem dedere Parentibus, & occidendi.* Metuendum tamen valde est, ne talis præsumta pietas in veram impietatem de facto sese commutet, refragante *l. 5. D. ad L. Pompej. de Parricid.* quod ipsum factum tanquam ex atrocissimo crimine con- 5.
tractum, atrocissima quoque culei sequitur pœna, adjunctis Parricidæ satis infensis brutis animantibus *l. 9 pr. D. eod.* de quibus rationabiliter disserit *Dn.* Schröter *in absolutissimo suo Commentario ad difficiliores LL. Codicis super l. 17. C. de his qui Liber. vel Parent. occider.* Valdè obst. Jephtæ Judicis exem- 6.
plum, filiam suam unigenitam ex voto immolantis. *Judic. 11. vers. 30. & seqq.* ubi maximè urgent verba *in seq. vers. 39:* & fecit ei sicut voverat. Gravis sanè hic est scrupulus, 7.
& tx. biblicus, si qui alius esse potest, valdè dubius, in quo resolvendo adhuc sub Judice lis est, maximè, quia utrinque à partibus, satis speciosa proferuntur fundamenta; proinde nec litem meam facio, nec falcem in alienam messem teme- 8.
rè mitto. Negativam verò non ineleganter defendit, & sa- 9.
tis sobriè ac solidè decidit *Dn. Eichel eleganti Tr. de Jure quo natural. Liberi & Parentes sibi invicem sunt obstricti. th. 20.*

Th. 4. Alter effectus P. P. qui h. l. præeminet, est Filii 1.
in casu extremæ necessitatis venditio, sub terminis habilibus accipienda, per *tex. singularem in l. 2. C. de Patrib. qui filios suos distrax.* cujus singularitas vel exinde apparet, quia con- 2.

tra communem rationem Juris in FORO ROM. est introducta. *l. 1. C. eod. tit.* nam liber homo est extra commercium.
l. 83. §. 5. D. de V. O. & non recipit æstimationem. *l. 13. pr. l. 15.*
3. *in fin. D. ad L. Aquil.* ideoque nec in consequentiam trahenda *arg. l. 14. D. de LL.* & hîc ratione nec ad Avum Paternũ,
multò minus Matrem JURE CIVILI extenditur. *arg. §. 10.*
Inst. de Adopt. add. B. Ludvvell. Disp. II. th. 1. lit. E. B. Dn. Ungep.
Exercit. Just. III. q. 3. in Nego. ubi simul ad dissentientium ra-
4. tiones & txx. obst. respondet. Dico notanter: JURE
CIVILI: quia cum naturali ratione Alimenta æque Matri
ac Patri à Liberis sint præstanda, *arg. l. 4. D. de Curat. furiosi.*
idcircò etiam idem vendendi Jus erit Matri concedendum,
5. *arg. l. 108. pr. de Verbor. oblig.* Verùm hodiè talis potestas ab
usu recessit, dum in ejusmodi casu Magistratus publicè subvenit, uti rectè observat *Simon à Groenevvegen. de LL. Rom.*
6. *abrogat. ad dict. tit. C. de Patrib. qui filios suos distr.* Quod ipsum
vel antiquis Romanis non fuit incognitum, juxta *Codicem Theodos. in l. 2. de Alimentis, quæ inopes Parentes de publico petere debent*, quæ Constitutio propter dignitatem suam lectione satis digna, hîc venit alleganda: *Provinciales egestate victos, atq; alimoniæ inopiâ laborantes, liberos suos vendere vel oppignorare cognovimus. Quisquis igitur hujusmodi reperietur, qui nulla rei familiaris substantiâ fultus est, quiq; liberos suos ægrè ac difficile sustentet, per Fiscum nostrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adjuvetur: ita ut Pro-Consules Præsidesq; & Rationales per universam Africam habeant potestatem, & universis, quos adverterint in egestate miserabili constitutos, stipem necessariam largiantur: atq; ex horreis substantiam protinus tribuant competentem. Abhorret enim nostris moribus, ut quenquam fame confici, vel ad indignum facinus*
7. *prorumpere concedamus.* Sed objicis, quem in finem verò *supra citata l. 2. C. de Patrib. qui filios suos distr.* præposterè, & qua-
8. si perverso naturæ ordine fuit lata? An nescis, quod Legislator sæpè numero spe suâ & pio proposito ob depravatos

&

& inoletos subditorum mores, excidat. Similiter & præsenti casu, vel Magistratùs Provinciales, parciores fuerunt inerogandis alimentis de publico; vel Parentes, ut onere liberorum se liberarent, nihilominùs eos de facto alienarunt: 9.
cum igitur prior illa Theodosiana Lex, per necessitatem coactivam non potuerit communiri & in Rep. obtineri, ideò venditio Liberorum debuit Parenti permitti, sub pacto 10.
de retrovendendo adjecto, ut Patre ad pingviorem fortunam perveniente, sibi suisque competat reluendi mancipium licentia, scil. pretio Emtori restituto, aliquando etiam aucto, sicubi Filius expensis Domini artem interim didicit, *secundum Joh. de Lugo disput. 5. Sect. 1. n.* 3. De cætero, improbum Lothi factum, quo filias suas Sodomitarum libidini exposuit, minimè huc esse referendum nec sub prætextu P. P. excusandum, fundamentaliter probat *Dn. Eichel d. Tr. th.* 30.

Th. 5. Ultimus restat P.P. effectus, non magis civilis, 1.
quàm naturalis, nimirum Alimentorum causa inter Parentes & Liberos debita, & ex dictamine rectæ rationis, itemq; consensu omnium Gentium, necessariò præstanda. Ita enim Jus Naturæ ratiocinatur: Quodcunque facit ad Prolis 2.
conservationem, illud Naturâ imperante, necessariò est præstandum. Atqui de Alimentis verum est prius. Ergò & posterius. Item: Cuicunque DEUS concessit fœtum gene- 3.
randi facultatem, illi etiam conservandi, & per conseq. etiam alimentandi imponit necessitatem. Sed in Parentibus verum est prius. Ergò & posterius. Consensum, quod at- 4.
tinet, moratiorum Gentium Practicum, in medium producimus ipsum *Aristotelem 1. Polit. cap.* 8. & 17. *Diodor. Siculum, Lucianum, Valerium, Euripidem, Philostratum, Apollonium Tyanæum*, & si qui alii. Suffragatur Jus Romanum, *arg. l.* 6. *D. de* 5.
J. & J. quod naturalis stimulus Parentes ad Liberorum suorum educationem hortetur, *vid. l. un.* §. 5. *C. de R. U. A. add. l.* 1.

§. 3. *de J. & J. l. 4. D. de agnosc. & alend. Liber. rubr. & t. t. C. de alendis Liber. ac Parent. l. 8. §. 5. init. C. de bonis, quæ Liberis. &c.*
6. Et hoc non solùm in liberis legitimis, sed etiam naturalibus
7. imò spuriis (scil. quoad matrem) obtinet. *l. 5. §. 4. D. d. t. de agnosc. & alend. Liber.* Sed quid de incestuosis Liberis statuendum? Alimenta iis denegamus, tàm de J. Civ. *per Auth. ex complexu C. de incest. nupt.* quàm de J. Canon. quia nullibi hoc est mutatum: quod autem non mutatur, quare stare prohi-
8. beatur, loquimur cum *l. 27. C. de Testamentis.* Dissentit communis Dd. Schola, quam acriter defendit *Schneidevv. Comm. Instit. de success. Liberor. ex damnato coitu nator. n. 3.* ubi provocat ad *cap.*
9. *5. X. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per Adult.* Verùm tx. opp. est singularis, unde non valet argumentatio, per ea quæ circumstantialiter proponit *B. Ungep. Exerc. Just. IX. q.*
10. *3. in Nego.* Nec juvat Schneidevvinum ratio, quod alimenta debeantur J. Naturæ. *pr. Inst. de J. N. G. & C.* it. denegare alimenta est necare. *l. 4. D. de. agnosc. & alend. Liber.* quia ad liberos damnatos contra naturæ ductum procreatos. *l. 14. §. 2. in*
11. *fin. D. de R. N.* malè applicatur. *arg. l. 37. in fin. D. de Minor.* Instas: Atqui liberi innocentes h. m. puniuntur, quibus tamen
12. damnosum Parentum factum non potest imputari. Resp. Neg. Minor. Parentes enim solùm per hoc coërcentur, quibus Liberorum suorum calamitas major esse solet, quàm in propria personâ: summâ tamen humanitate, iis aliundè per Magistratum prospicitur, ne egeant vel fame pereant. *Bachov. ad Treutl. Disput. III. th. 3. lit. G.*
1. Th. 6. Succedunt in ordine CAUSÆ TRES P.P. constituendi. Primò, MATRIMONIUM, quod præcedunt sponsalia, licet sint ab impubere, h.e. majore septem annis,
2. inita. *l. 14.* D. de Sponsalib. secus est in Nuptiis, quæ puberem masculum prærequirunt. *pr. Inst. de Nupt. pr. Inst. quib.*
3. *mod. Tutel. fin.* Ratio differentiæ est, quia in Sponsalibus, futurum saltem promittitur Matrimonium. *l. 1. D. de Sponsal.*
adeoq;

adeoque nondum perfectè constituitur; uti fit per Nuptias; nec potest validè constitui: quia Nuptias facit consensus, *l. 30. de R. J.* cujus nullus in tali impubere videtur usus. §. 9. *Instit. de inutil. stipulat.* Dicitur verò Matrimonium à Matre, pro- 4.
pter partes, quas ubique in Liberis majores sustinet Mater, quàm Pater. Hinc Infans est Matri ante partum onerosus, 5.
in partu dolorosus, post partum laboriosus. *cap. 2. X de Conversf. Infidel.* & Fœminis sola nubendi causa perhibetur esse 6.
procreatio Liberorum, qui vocantur nuptiarum præmia, *can. 1. XXXII q. 2.* cui accedit *l. 2. C. de indict. Viduit. toll.* ubi ha- 7.
betur: Mulieres ad hoc Natura progenuit, ut partus ederent; in quo maxima eis est constituta cupiditas. Definitur 8.
Matrimonium in *l. 1. D. de Rit. Nupt.* quod sit Maris & Fœminæ conjunctio; scil. ad excludendam partim nefandam Masculorum inter se conjunctionem, quæ est prohibita (1) Jure Divino *ad Rom. 1. vers. 26. 27.* (2) J. Civ. sub gladii pœnâ, 9.
per notab. *l. 31. C. ad L. Jul. de Adult.* (3) Nemesi Carolinâ, vivi comburio coërcenda. *Constit. Criminal. art. 116.* partim etiam ad removendam Polygamiam simultaneam, quæ ces- 10.
sante illâ augmentandi generis humani necessitate, meritò improbatur: quantò enim antiquius aliquid est compellente necessitate, tantò magis deinde fit condemnabilius prohibente lege, *juxta præfat. & can. 1 XXXV. q. 1. conf. l. 1. in fin. l. 13. § 1. D. de his qui not. infam. l. 18. C. ad L. Jul. de Adult. it. dict. Constit. Crimin. art. 121.* Hic Q. inter Dd. Num Viri cum plu- 11.
ribus Uxoribus conjunctio simultanea, sit J. Divino & Naturali contraria? Utrumque neg. cum *Dn. Struvio Ex. ad P.* 12.
XXIX. th. 52. Dissentiens *Sutholt. II. 14.* opponit ex Pande- 13.
ctis Sacris *Genes 2. vers. 22. Matth. 19. v. 3. Marci 10. vers. 11.* Resp. vid. apud *B. Ludvvell. Disp. ad Inst. II. th. 2. lit. C.* 14.

Th. 7. Consensui personarum Nuptias contrahentium, 1.
inter alia officit error, *l. 116. §. 2. de R. J.* sed omnis error 2.
Nuptias non impedit, nec solvit. Distingv. igitur *juxta c. un.* 3.

XXIX.

XXIX. q. 1. intēr errorem substantialem de quo affirm. & accidentalem, de quo neg. *vid. exemplariter Sutholt d. Disp. II.*
4. *aphor.* 50. & 51. Ad illum refertur error personæ. *cap.* 26. *verb. nec consensit illam ducere in uxorem. de X. Sponsal.* opp. (1) *Ge-*
5. *nes. cap.* 20. & 27. Resp. Hi txx. sunt extra circulum, & huc
6. non pertinent, quia à diversis concludunt. opp. (2) *Genes.*
7. 29. Resp. *ipse Pontifex in d. can. un. vers. sed objicitur.* An verò idem de errore circa virginitatem commisso, dicendum,
8. spinosa & vexata inter Nostrates est quæstio? Resp. Affirm. quia Virginitas etiam est qualitas Matrimonii essentialis, si non ABSOLUTA & SIMPLEX, tamen RELATA & RE-
9. SPECTIVA. Unde nemo vitiatam & imprægnatām, invitus pro Uxore accipere tenetur, per rationes, quibus
10. utitur *Dn. Arum. Disp. ad P. XV. th. 6.* Huc apprimè faciunt verba *Imp. Leonis in Novell.* 93. (quæ quatenus Juri communi Rom. concordat, omninò est avthenticà) ibi: *Nos decernimus, ut non modò propter diversitatem Religionis, neq; propter mentis emotionem, aut alias ob causas: verùm etiam propter hoc, quo nihil magis Matrimonio adversatur, quos Sponsaliorum opinio, non veritas copulavit, disjungantur. Quomodo enim vera Sponsalia sunt, in quibus nihil verum, neq; genuinum conspicitur? Ubi Meretricium se offert scelus, ubi causæ sunt dissidiorum & odii, ubi animorum alienatio, (quæ mala acervatim omnia pariter cum peregrino, alienoq; semine suscipiuntur) quomodo ibi Matrimonialis concordia, quomodo purus, sponsalisq; est amor. Quin ut quispiam alterius fœtum sibi subjiciat, id verò ratio non patitur. Neq; item justum est, ut qui spe honestæ casti Matrimonii oblectationis sponsam in Domicilium suum recipere constituerit, si illa Matrimonii Legibus insultet, & aliis lasciviendo, oblectationis spem evanidam ipsi reddat, in meretricia illâ facilitate ipsam uxorem agnoscere debeat.* Proinde, cessante inter Conjuges veniæ datione, Matrimonium hoc casu posse dirimi, & novum parti innocenti permitti, probat *Dn. Richter p. 1. Decis. 90. B. Carpzov. Jurisp. Consistor. L.*

2. *tit.*

2.*tit.* 11. *defin.* 195. Et ita pronunciasse Supremum Consistorium Dresdense *A.* 1629. *d.* 3. *Julii*, ad requisitionem Urbani F. Klägern an einem / und dessen Eheweib / Magdalenen / Beklagtin / anderstheils / testis est *Dn. Speckhan Cent.* 2. *Qq. Pract.* 2. *q.* 7. *per tot.* his verbis: Diweil Kläger seinem Eheweibe / (welche Ihme verschienene Fastnacht getrauet / von einem andern schwanger befunden / und 7. Wochen hernach eines Kindes genesen) diesen Fall nicht verziehen / und sie hinwieder zu sich nehmen wollen; So wird wegen verübten betrug die zwischen beyden theilen vollnzogene Ehe billich hinwieder cassiret und auffgehoben / wie wir sie hiemit cassiren und auffgeben / Klägern auch / als dem unschuldigen theil in andere Wege sich hinwieder zuverehlichen / und die Ehe / doch ohne gepränge / Christlich zuvollziehen verstatten und nachlassen. V.R.W. add. *Dn. Richter d. Decis.* 90. ubi in simili ex Scabinatu hujus loci, præjudicium allegat. *jung. Beust. Tr. de Matrim. c.* 34. Dissentientes 13.
(1) *graviter urgent d. can. un. in fin. XXIX. q.* 1. Resp. 1. generaliter, argumentum ab E. V. ad Matrimonium, tanquam à diversis, non concludere. *Schneidevv. Comm. Inst. tit. de Nupt. rubr. de Divort. n.* 62. Vel 2. dici potest, verba ultima in opp. 15.
tx. pertinent ad errorem Matrimonii substantialem, qui est SIMPLEX & ABSOLUTUS, de quo nobis in præsentiarum non est Sermo, uti suprà in antecessum præoccupavimus. Quâ ratione etiam potest intelligi *Diss. Sutholt II.* 53. ubi dicit, 16.
quod cum corruptâ virgine quoque possit Matrimonium contrahi. Rectè: potest: sed quàm benè? quia ex præcon- 17.
cepto contrahentium Voto, desiderio & placito ad contemtum honesti Matrimonii, non debet ita simulatè contrahi. *l.* 30. *D. de Rit. Nuptiar. add. B. Ungep. Exerc. Just. III. q.* 9. *in fin.* opp. (2) *l.* 11. §. 1. *init. D. de contrah. emt.* Resp. Textus opp. 18.
respicit Jus Prætorium, aut, si mavis, Ædilitium Edictum, quo nulla hoc casu obtinet redhibitio; sed tamen Civili ju-

re locum habet ad rescindendum actio *l.* 11. §.5. *D. de act. emti.*

19. Et ita favemus Marito, quoad Uxorem ante nuptias ab alio stupratam, non viceversa; tùm propter partus alieni suppositionem, quàm facit Mulier pervida, tùm castitatis læsionem, quæ magis reputatur in Muliere quàm Viro, ex Judicio *B. Dn. Carpz. de J. Fœmin. Sect. I. posit.* 7.

1. Th. 8. Neque tamen consensus ille contrahentium qualificatè jam descriptus, solus sufficit, sed Parentum quoque prærequiritur: nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio suadet, in tantum, ut jussus eorum præcedere debeat.

2. *pr. Inst. de Nupt.* Igitur, concurrunt h. l. varia Jura; quæ variè & diversimodè Parentum consensum exigunt; & quidem de NECESSITATE, tàm Jus Civile, *l. un.* §. 1. *circ. fin. vers. oportet. C. de Raptu Virg.* quàm Jus Canonicum, *can.* 1.3. *XXX. q.*

3. 5. opp. (1) *can.* 2. *XXVII. q.* 2. Resp. Ibi saltem excluditur inhonestus personarum concubitus; quia solus consensus, non

4. concubitus facit nuptias. *l.* 30. *de R. J.* opp. (2) *cap.* 23. *X. de Sponsalib.* Resp. Nec ibi Parentum consensus excluditur, sed

5. de Muto & Surdo quæritur: an possint Matrimonium con-

6. trahere? Resp. quod sic: cum & tales personæ, corporis vitio obrutæ, si non verbis, nihilominus certis signis, pos-

7. sint animi sensa exprimere opp. (3) *cap.* 6. *X. de Raptor. verb.*

8. *licet Parentes reclamarent.* Resp. In Matrimonio per concubitum consummato, propter honestatem publicam, aliud obtinet. *vid. B. Dn. Ungep. Ex. Justin. III, q.* 6. *in Nego. circ. fin.*

9. Quoad cætera verò Jura, consensus Parentum tantùm requiritur de HONESTATE. *arg. quarti Decalog. præcepti, &*

10. *l.* 2. *D. de J. & J.* Appellatione autem Parentum minimè h. l. venit JURE ROM. Mater, uti aliàs in *l.* 51. *de V. S.* sed quibus Jus P.P. competit, qualis est Pater & Avus Paternus. *l.* 4.

11. *D. de his, qui sunt sui vel al. Jur.* nimirum, ut eò magis ad Matrimonia contrahenda allicerentur Cives Romani, scientes hoc ipsum nuptiarum, quoad liberos suscipiendos, præmium.

um.*confer.B.Ungep.d.Ex.III,q.7.in Ajo.circ.init.* Opp. (1) etiam 12.
Matris consensum, J. Civ. attendi. *l.* 20. *C. de Nupt.* Resp. Ibi
in puellâ orbatâ, Mater, in locum defuncti Patris succedit,
adeoque non proprio, sed alieno jure venit. opp. (2) Imò, 13.
nec Patris consensus, in Nuptiis filii attenditur. *l.* 11. *D. de*
Rit. Nupt. Resp. sufficit, quod Jure postliminii fingatur in 14.
hoc ex. intervenisse, præsuppositâ scilicet honorabili, quoad
Filium, nubendi causâ, sive conditione. Sed hæc proce-
dunt de J. Rom. non verò ex Consistorialium Decreto, quæ
interiori Conscientiæ Foro consulentes, vel maximè Ma-
tris Arbitrium simul hoc casu exigunt, *arg.* §. 4. *init. Instit. de*
SCto Tertyll. vid. Dd. commniter ad tit. de Nupt. & Ritu Nuptia-
rum. In dissensu verò Parentum, Patris consensum esse præ- 15.
ferendum, minimè dubitamus, propter perfectionem Con-
silii, & rectitudinem mentis, quam in Patre magis præsu-
munt LL. ac in Matre; *l.* 5. *pr. in fin. C. de secund. Nupt.* Inte-
rim non negamus, prudentis Abigailis consilium, stolidi
Nabalis voluntati esse aliquando anteponendum. 1. *Samuel.*
25.

Th. 9. Quæritur hîc 1. Num ratihabitio Parentis, sub- 1.
sequens, in Nuptiis Liberorum habeat locum? Aff. etiam
de J. Civili, quia ratihabitio mandato comparatur. *l. ult. C.* 2.
ad SCt. Maced. Ergò & in hoc casu cum nullibi Matrimonium
sit exceptum. *B. Ungep. dict. Ex. Just. III. q.* 7. *in Ajo. circa init.* 3.
Sed regerit Dn. *Arum. Disp. ad P. XV. th.* 4. quod hæc regula
officium suum perdat in iis actibus, ubi Lex pro formâ man-
datum & Jussum requirit, exemplo Tutoris, qui post nego-
tium à pupillo cum aliis initum, frustrà suam Authorita-
tem interponit. *l.* 9. §. 5. *D. de Auctor. Tutor.* Resp. 1. est argu- 4.
mentum à diversis personis petitum. 2. Favor contracti Ma- 5.
trimonii, nostri casu concurrit; cum è contra propter præ-
judicium pupilli sit causa odiosa, quæ omnem favorem pe-
nitus excludit. Validè dictis *opp. pr. Inst. de Nuptiis. verb. in* 6.

7. *tantum, ut* JUSSUS *Parentis praecedere* DEBEAT. Resp. *vid. apud B. Ungep. d.l. vers. Nos dicimus &c.* ubi & reliqua Dissentientium
8. dubia resolvit. Q. II. An Matrimonium Liberorum sine Parentum consensu initum, etiam post interventum copu-
9. læ carnalis, adhuc sit rescindendum? Resp. Neg. quia multa impediunt Matrimonium contrahendum, quæ contra-
10. ctum non dissolvunt. *arg. l. 8. in med. D. de his, qui sunt sui vel alieni Juris. Dissentit B. Dn. Ludvvell. Disput. II. §. lit. D. it. B. Ungep. d. Ex. quæst. 7. in Nego.* quod absurdum sit, vitiosum per æque vi-
11. tiosum confirmari. Resp. Ita quidem de rigore Juris videtur esse dicendũ; sed æquitas vix hoc admittit, & ideò nec in Praxi talis rigor attenditur, propter scandalum, & injuriam, quæ vitiatæ personæ exinde accrescit. *vid. Schneidevv. Comm. Instit. tit. de Nuptiis licitis. n.* 35. quem ad hoc cum reliquis partim Theologis partim JCtis in practicâ veritate citat *B.*
12. *Dn. Carpzov. de Jure Fœmin. Sect. I. posit.* 8. Denique Q. III. An Liberi ob omissum Parentum in Nuptiis consensum, tanquam ex justâ ingratitudinis causâ, possint exheredari?
13. Resp. simpliciter neg. *arg. Nov. 115. cap. 3.* Diss. (1) *Dn. Arum.*
14 *Disp. ad P. XV. th.* 5. ubi in specie contra FILIUM nonnulla
15. opponit. Sed ad 1. Resp. Ibi fit collectio cerebrina contra
16. mentem Legislatoris. Ad 2. Resp. Non omnis Injuria, sed legitima, h. e. atrox, & quæ in dict. Nov. Constit. corre-
17. ctoriâ est expressa, venit hic intelligenda. Ad 3. Resp propterea non statim ab omni hereditate Paternâ, esse Filium
18. excludendum. Opp. (2) *B. Ludvvell. dict. Disput. II. 5. lit. D. vers. sed an Liberi. it. Suthole II. 61.* & urgent contra FILIÆ
19. personam, *arg. ex d. Nov. 115. c. 3. §. 11. vers. si verò.* Resp. Argumentum à contrario sensu h. l. non procedit, quia tx.
20 non loquitur exclusivè. Imò, si hæc fuisset mens Imperatoris, utique eam expressisset, dum alia Juris Veteris vestigia ibi emendavit, & noviter correxit, loquimur *cum Antesignano nostro Dom. Struvio in Discursu ad Exerc. XXXII. th.* 34.

Th. 10.

Th. 10. Secunda causa P. P. est LEGITIMATIO, cujus duæ saltem novo Jure supersunt species, scilicet per subsequens Matrimonium, & per rescriptum Principis. Circa illam, quoad dotalia Instrumenta ex usu Fori Rom. (nam Moribus, propter receptam in nostris Ecclesiis ἱερολογίαν, de quâ vid. præjudicia Plurim. Rev. Facult. Theol. tùm VVitteb. tùm Lips. *apud B. Ungep. III. 5. in Nego.* rectius cessat hæc quæstio Cathedraria) meretur observari, quod quidem sint de NECESSITATE, sed non de ESSENTIA vel SUBSTANTIA hujus Legitimationis, quia dependet à Matrimonio legitimè contracto, & per Instrumenta probato. *cap. 6. X. qui filii sint Legitimi. l. 23. §. 1. C. de Nupt.* Ut proinde, quid Bachovio in horam mutabili, & seipsum h. l. præter rem corrigenti, somniaverit, nec Oedipus videat. *conf. B. Dn. Fiebig. in Vindic. Frantzk. Exercit. II. q. 8. lit. A.* De cætero, apud omnes est in confesso, quod etiam in ultimo mortis Articulo possit fieri hæc ipsa Legitimatio, quia in affectionis maritalis declaratione consistit, *l. 11. vers. licet. C. de Natural. Liber.* dum modò absit fraudis suspicio, & articulus mortis sub latitudine quadam accipiatur, *Dn. Brunnemann. ad Jus Justin. Exercitat. XV. tit. de Hæreditat. quæ ab Intestato deferunt. §. 2. init.* opponi solet (1) *d. l. 11. vers. sufficit. verb. & spem tollendæ sobolis habeant.* Resp. hæc ratio est saltem impellens, sed non concludens, nec sola, solida, & unica, adeoque nec thesin destruit, quemadmodum *sequens vers. licet enim.* satis clarè evincit. opp. (2) *arg. ex l. 20. D. de J. Dot.* Resp. 1. à dote ad Matrimonium negativè non argumentamur. 2. Nec quicquam in contrarium ex illo tx. reabse colligitur. Cui sententiæ subscribunt omnes ferè Interpp. *Angelus & Dd. ad § ult. Inst. de Nupt. Canonistæ ad cap. 6. X. qui filii sint legit. Legistæ in d. l. 11. C. de Natural. Liber. Anton. de Rosellis Tr. de Legitimat. cap. de causâ Matrim. n. 32. seqq. Forster. de Success. L. 6. cap. 22 Ludov. de Sard. Tr. de Natural. Liber. & success. eorum. tit. de Legitim. per*

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

ver. Matrimon. n. 2. Jason in l. 6. D. de Liber. & posth. Gail. L. 2. Observ. 141. n. 8. ubi Cameralem observantiam, fide oculatâ
13. & αὐτοψύχως allegat. Porrò sequitur Legitimatio per Rescriptum Principis, vicariâ operâ & Imperiali Authoritate
14. hodiè Comiti Palatino propria, quæ tamen ad proprios ipsius Liberos naturales, neutiquam est extendenda, cum hic casus, tanquam singularis pertineat ad Reservata Principis, adeoque verisimiliter sub generali beneficio non comprehenditur, nisi aliud in Comitivâ fuerit expressum. B. Dn.
15. Ludvv. Disp. ad Inst. II. th. 7. lit. H. Affirmativam sententiam defendunt Dn. Brunnemann. ad §. ult. Inst. de Nupt. B. Hahn. ad VVesenbec. tit. de his qui sunt sui &c. n. 2. verb. per Di-
16. ploma, moti arg. l. 3. & 4. D. de Adopt. unde apparet, quod Adoptio in propriâ personâ possit fieri, add. arg. ex l. 18. §. 2. D. de manumiss. vindict. Nec abs re, quia est Voluntariæ Juris-
17. dictionis, sicuti Legitimatio. Resp. probetur Minor; hoc enim est κρινόμενον, & petitio principii, quod nondum à Dissentientibus universaliter est evictum. Suthol. Dissertat. II.
18. Coroll. 14. Dicis: atqui beneficia PP. sunt latissimè interpre-
19. tanda. l. 3. D. de constit. PP. sed non contra mentem concedentis, & ultra suum tertium.

1. Th. II. Ultima causa P.P. est ADOPTIO. Hîc missis principiis ad hanc materiam pertinentibus, in specie controvertimus de Quarta D. Pii, Filio arrogato & injustè emancipato vel exheredato, à Patre arrogatore debitâ, utrum
2. sit Quarta OMNIUM BONORUM, an verò LEGITIMA, liberis aliàs ex Hereditate Parentum solvenda? Affirm. pri-
3. us per clar. & inevitab. tx. l. 2. C. de Adopt. Dissentit cum Ac-
4. cursio, Bachovius Comm. Inst. ad §. 3. de Adopt. Idem ad Treutl. Vol. I. Disp. 2. th. 9. lit. E. eumque secuti Schneidevvin. D. Brunnemann ad dict. §. 3. It. Gæhausen p. 1. Peric. Academ. quæst. 4. solidè re-
5. futati à B. Fiebig. in Vind. Frantzk. Ex. II. q. 9. lit. A. B. Dn. Ungep. Ex. Just. III. q. 12. in Nego. Dn. Struv. Ex. ad Pand. III. th. 60.

ibiq;

ibiq; in Resolut. add. Schnobel. Disput. ad P.1. th. 31. Suebolt Dissertat. II. aphor. 69. Harprecht ad §. 3. Inst. de Adopt. Vaud. 1. Var. Quæst. 19. Borcholt. Anton. Matth. in Not. Inst. ad d. §. 3. Verùm 6.
mutatâ Reip. formâ, etiam Adoptio ab usu recessit, eique
communi Germaniæ Voto succedit Unio Prolium, æquale 7.
Jus succedendi inter Conjuges & Liberos diversi Matrimonii constituens, vulgò Einkindschafft / dadurch die Stieff-Eltern vor rechte Eltern / Stieff-Kinder vor rechte Kinder eingesetzt werden / de quâ ex professo *vid. Jacob. Rick. Tr. singul. de Unione Prolium. & B. Dn. Hahn. de Jure Rer. cap. 10. jung. Wehner. Observat. Pract. verb.* Einkindschafft. *Besold. Thes. Pr. ad eand. voc.* Nec obst. quod pacta acquisitiva de 8.
viventis Hæreditate facta, in Foro Rom. tanquam captiosa, sint improba, & bonis moribus contraria, ideoque prohibita. *l. 6. l. 15. l. 19. C. de pact. l. 5. C. de pact. conv. l. 4. C. de inutil. stipulat.* 9.
l. ult. D. de suis & legit. Hæred. l. 16. de V. O. licet sint Juramento confirmata. *Schifordegh. ad Anton. Fab. L. 1. tract. 29. q. 2. circ. fin.* Resp. 10.
curatè *Dn. Gail. L. 2. Observ. Pract.* 125. *n.* 5. & 7. ubi juxta requisita ibidem præscripta, Ordinatio Moguntinensis de Unione Prolium, in Camerâ Imperiali ita est confirmata; eodemque modo etiam causæ practicæ in Comitatu Badensi, Cameralium præjudicio esse decisas, *Idem ibidem n.* 8. asserit.

CAPUT III.

De

Potestate Maritali.

Th. 1.

Nunc alia relata per Nuptias venit Potestas, quæ à prin- 1.
cipaliore Conjugum personâ, dicitur Maritalis; quò
spectat *l. 14. in fin. D. Soluto Matrim. l. 48. pr. D. de Operis* 2.
Libertor. indeque Maritus audit Familiæ suæ Rex & Princeps,
tùm

tùm JCto *l. 196. pr. de V. S.* tùm Philosopho. *VIII. Ethic.* 12.
3. *& I. Polit.* 12. Ortum suum & progressum maximè debet nòn quidem Juri Civili, (quippe cum per Matrimonium P.P. apud Romanos non dissolvatur. *l.1. §.1. D. de agnosc. & alend. Liber. l. 20. D. ad L. Jul. de Adult. l. 5. C. de condit. insert. l. 1.*
4. *C. de Bonis, quæ Liber.*) sed potius (1) Divinis sanctionibus. *Genes. 2. vers. 20. Ibid. c. 3. v. 16. Ibid. c. 24. v. 65. 1. Cor. 14. vers. 34. 1. Tim. 2. vers. 12. ad Ephes. 5. vers. 22. 23. ad Coloss. 3. vers. 18. 1. Petri 3. vers. 1. & 6. ad Rom. 7. v. 2. 1. Cor. 11. vers. 9.*
5. *& 10.* (2) Sacris Canonibus. *can. 13. XXXIII. q. 5. add. ibid.*
6. *can. 14. 15. 17. 18. 19. & 20.* (3) naturali rationi, juxta effa-
7. tum Peripatetici *l. 1. Politicor. cap. 5.* Imò (4) Saxonum quodammodò præscripto *in tx.* Landrecht *libr. 1. art. 31.* ibi. wenn ein Mann ein Weib nimmet / so nimmet er sie in sein gewehr *& art. 45.* Ein Mann ist seines Weibes Vormund / und sie trit in sein Recht / wenn sie in sein Bette trit. Cui
8. communi Voto subscribunt Dd. Practici, quos cumulare hìc supersedeo; unus pro omnibus sufficiat *B. Dn. Carpzov.*
9. *J. prud. For. Rom. Saxon. p. 2. constit. 10. definit. 1. & 2.* ubi ampliat, licet Filia nupta apud Patrem domicilium & mensam habeat: unde illud Teutonum freyen / quod Libertatem denotat. *Besold. Thesaur. Pract. ad eand. voc. ibiq. alleg. Interpp. add. B. Dn. Carpzov. de Jur. Fœminar. Decad. 1. posit. 2.* ubi præjudicium Scab. Lipsiensium subjicit, in causâ M. H. zu A. M. Jun. ann. 1633. Obwohl bemelte eure Tochter bis dato noch bey euch wohnet / und an eurem Tisch ist. Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet das sie sich vor einem Jahre verehliget / so ist durch solche Verehligung die Väterliche Ge-
10. walt erloschen. Dissentiens *Bodinus l. 1. de Rep. cap. 3.* pro Filiâ maritatâ urget, quod naturâ iniquum sit, ut & Patri suo, & etiã
11. Marito debeat esse subjecta. Resp. Quoniam hæ potestates invicem sunt compatibiles, ideò optimè invicem conveniunt
12. & subsistunt. Minor prob. quia diversum est Mulieris erga Patrem

trem & Maritum obligandi vinculum, *conf. Schneidevv. Comm. Instit. tit. quibus mod. Jus P.P. solvit. ad* §. 8. *n.* 5. *& seqq. Idem ad tit. de SCto Tertull. n.* 10.

Th: 2. Stante hâc Maritali potestate, priusquam ad 1.
propria Conjugum Jura nos convertimus, communem
obligandi causam præmittimus. Consistit autem (1) in mu- 2.
tuo amore, *ad Ephes.* 5. *vers.* 25. 28. perpetuâ vitæ consuetudine, §. 1. *Inst. de Patr. Potest.* hoc est, omnis vitæ consortio, *l.* 1. *D. de Rit. Nupt.* quod συμπάθειαν & in prosperis & in
adversis subindicat. Et licet divortium ex legitimâ ratione, 3.
nonnunquam dividat Conjuges, tamen hoc fit contra votum Ecclesiasticum & secundum perversum hominum animum, ita ut ex duobus malis (intell. CULPÆ) illud quod
minus est, necessariò sit eligendum. Quoniam verò in- 4.
fert prædicta vitæ consuetudo, Divini Juris communicationem, *d. l.* 1. dum Cultus sacrorum etiam intra privatos parietes olim erat licitus, *juxta Brisson. de Rit. Nuptiar.* hinc
quæstio resurgit: An inter diversæ Religionis personas, 5.
Nuptiæ possint contrahi? Neg. quoad diversitatem uni- 6.
versalem, qualis est inter Christianos & Judæos, quò pertinet *l.* 6. *C. de Judæis & cælicolis. Dn. Bechmann Antecessor Salanus, Exoter. ad A. B.* 5. *tit.* 7. *verb. devolvatur.* non verò, ubi particularis aliqua dissensio intervenit, uti est Evangelicorum, Reformatorum & Pontificiorum; quamvis consul- 7.
tius esse videatur, ut etiam ab ejusmodi nuptiis, partes abstineant. *Vid. Didac. Covarruv. ad IV. Libr. Decretal. P. II. c.* 6. §. 1. *per tot. B. Dn. Carpzov. J. prud. Consistor. L.* 2. *tit.* 1. *defin.* 6.
Sequitur (2) debiti Conjugalis exhibitio, ad Liberorum
procreationem principaliter directa, quam non solùm sa- 8.
cræ literæ, 1. *ad Cor.* 7. *vers.* 3. sed etiam sacri Canones imperant, *can.* 1. *&* 11. *XXXIII. q.* 5. sub peculiari privilegio, 9.
vil. Infirmitatis exceptione, *can.* 3. *XXXII.*

D *q.* 2.

q. 2. ubi immoderata debiti carnalis exactio, non propter
Nuptias admittitur, ſed propter Nuptias ignoſcitur, & ideò
10. venialis dicitur *in can. 11. XXXII. q. 7.* accedit (3) Luctus, utriq;
Conjugi ſuperſtiti communis, qui tamen juxta diverſum
eorum reſpectum, ad diverſum temporis ſpatium eſt
11. determinatus. Maritus enim per ſemeſtre tantùm, mor-
tem uxoris lugere tenetur, non quidem ex J. Rom. deciſo,
vid. l. 9. D. de his qui not. Infam. ſed Reſcripto Elector. Saxon.
in *Ordinat. Matrim. de Anno* 1624. *punct.* 5. §. Was endlich.
verb. So wollen wir/ daß hinfüro ein Wittber zum we-
nigſten ein halbes Jahr die Trauerzeit halte und für auß-
gang deſſelben ſich wieder zuverehlichen oder Hochzeit an-
zuſtellen / nicht macht haben ſol / quemadmodum ita in
Conſiſtoriis ſemper pronunciari, calculo ſuo comprobat
12. *Dn. Carpzovius P. M. in Jurisprud. Eccleſiaſt. L. 2. tit. 9. defin.*
159. *ſeq.* E contrà ſecus eſt in Uxore, quæ totum annum lu-
gubrem debet expectare, ſub pœnâ Infamiæ. *l. 1. D. de his,*
13. *qui not. Infam. l. 15. C. ex quib. cauſ. Infam. irrog.* adjunctis ſimul
aliis pœnis, de quibus diſponit *l. 1. 2. C. de ſecund. Nupt. it. Nov.*
22. *cap.* 40. *Nov.* 39. *c.* 2. *§. fin.* Concordat *dict. Conſtit. Elector.*
cit. loco ibi: Wann dann ſolches der Erbarkeit und Natür-
lichen Pflicht zuwieder / ſo wollen wir / daß hinfüro eine
Wittbe ein gantzes Jahr ihre Trauerzeit halten / und für
außgang deſſelben ſich wieder zuverehligen / oder Hochzeit
14. anzuſtellen nicht macht haben ſoll. Sed quænam ratio dif-
ferentiæ? An Maritum juvat moleſtum Oeconomiæ onus,
& oneroſa Liberorum educatio, aliaque Matrimonii In-
commoda, quibus vix ſolus par eſt oneri ferendo: an Mu-
15. lierem magis CIVILITER prægravat ſummus ille honor,
Marito defuncto, etiam poſt fata religioſè præſtandus, ſi
credimus *Bachovio ad Weſenbec. Paratit. de his, qui notantur in-*
16. *fam. n. 5. lit. U.* & NATURALITER onerat turbatio ſangui-
nis.

nis, quam Veteres Machaonicæ Artis sectatores propugnarunt, cujus opinionis vestigia sunt *in l. 11. §. 1. D. de his qui not. Infam. l. 53. in fin. C. de Episc. & Cler.*

Th. 4. Hic quæstio oritur: Utrum hodie adhuc Vidua intra annum luctûs nubens, fiat infamis? Negat hoc authoritate Juris Canonici *in cap. 4. & 5. X. de secund. Nupt. Sichardus ad tit. C. de secund. Nupt. n.* 14. & Mores variorum locorum, Jus Canonicum sequi, tradit cum pluribus allegg. *Grænevvegen de LL. abrogat. ad l. 1. C. de secund. Nupt.* Contrarium verò asserunt, & Jus Civile servandum esse, & servari, docet *Jacob. Mæstertius Tr. de secund. Nupt. quæst.* 21. *Dn. Brunnemann in l. 15. C. ex quib. caus. Infam. irrog. Paulus de Castro in d. l.* 15. Nec fortè adeò absonè, per ea, quæ in hypotesi disputat *Arum. Disp. ad P. V. th.* 10. secutus *Henning. Rennemann. in J. prud. Rom. Germ. membr. 1. Disp. VIII. th. 13. Nicolaum Henelium in Otio Vratislaviens. cap.* 5. quanquam non negemus, salvam esse Mulieri in hoc puncto, Superioris dispensationem, quam etiam expresse sibi reservavit Serenisſ. Elector Saxon. *supr. cit. Ordin. Matrimon.* ita tamen, ut coram Supremo Consistorio Dresdensi, (non alio inferiori, putâ Lipsiensi aut VVittebergensi) veniat impetranda, uti ex *Rescripto VVittebergensibus repræsentato A.* 1623. *d.* 10. *Febr.* his formalibus apparet: Begehren hiermit gnädigst/wenn ins künfftige umdispensationbey noch währenden trauer Jahre Hochzeit zu machen / angesuchet wird / ihr wollet die Partheien an unser Ober-Consistorium remittiren.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

Th. 5. Hinc regia viâ, ad singularia Conjugum Jura transeo, & in specie I. MARITI, cui convenit (1) ut Uxori suæ de Alimentis, aliisque necessariis v. gr. medicamentis ægrotanti ritè prospiciat. *l. 22. §. 8. in med. D. soluto matrimon.* Unde si non adhibuit Medicum ad curandam Uxorem ægrotam, cum posset, & per hoc mortua est Uxor, tunc Maritus perdit lucrum dotis, & simul Jus successionis, quia est 1. 2.

 ini-

iniquum, Virum ob facinus suum dotem sperare vel lucri
facere, *l.* 10. §. 1. *D. solut. matrim. Matth. Berlich. P.* 3. *Conclus.*
Pract. 36. *n.* 46, *Matth. Coler. Decision.* 257. *n.* 5. *it.* 286. *n.* 28.
4. *Modestin. Pistor. P.* 2. *q.* 57. *n.* 3. Idem obtinet si imperitum
Medicum v.c. Empiricum aut Circumforaneum adhibuerit,
arg. l. 31. §. 12. *in fin. D. de Ædil. Edict.* propter culpam, quam
5. utrobique Maritus incurrit. *Bl. & Jason ad d. l.* 10. cujus
nomine etiam pro ratione circumstantiarum, arbitrariâ
pœnâ potest coërceri, ut exemplum adducit *Berlich. Conclus.*
Pr. P. 2. 36. *n.* 34. *add. Daniel Moller. Constit. Saxon. p.* 3. *Const.* 6. *lit.*
6. *A.* cum quo paria facit. *B. Dn. Carpzov. P.* 3. *Constit.* 26. *defin.* 5. *per*
tot. (2) incumbit Marito, ut Uxorem suam ab aliorum In-
7. juriis defendat, §. 2. *Inst. de Injur.* cum Maritus in Uxoris pu-
dore, injuriam pati intelligatur, *l.* 2. *C. eod. tit.* quia una sunt
8. caro, *Genes.* 2. *v.* 23. & idem corpus, *c.* 7. *dist.* 40. *c.* 5.
X. de Bigamis. Huc facit doctrina *Baldi in l.* 1. *C. de*
in Jus voc. eum, qui honorem exhibet Uxori, illum ex-
hibere Marito; quique Injuriam facit Uxori, illam infer-
9. re Marito. Quod ipsum etiam ad Sponsam, ritè extendi-
tur, *l.* 15. §. 24. *D. de Injur.* quoniam Sponsa pro Uxore venit,
non solùm in favorabilibus, *l.* 74. *D. de Jure dot. l.* 5. *C. de bonis*
quæ Liber. sed & odiosis, h. e. delictis & pœnalibus, *l.* 13. §. 3. *D.*
ad L. Jul. de Adulter. l. 7. *C. eod. tit. l.* 3. *&* 4. *C. ad L. Pompej. de*
10. *Parricid. l.* 6. *l.* 8. *D. de gradibus & adfinibus.* Non idem Juris
est in Uxore quoad Maritum: defendi enim Uxores à Viris,
11. non Viros ab Uxoribus, æquum dicitur, *l.* 2. *D. d. Injur.* nisi In-
juria directò personam Uxoris contingat, ut si eum Leno-
nem quis dicat, *Joh. Faber, Angelus, & Dd. ad d.* §. 2. *Inst. de*
Injur.

1. Th. 6. Quod attinet II. UXORIS obligationem in par-
ticulari, hæc consistit in decenti subjectione, quia Maritus
est Uxoris caput, *Novell. Leonis* 112. & Dominus, *Genes.* 18. *v.*
2. 12, Unde fluit (1) obsequium Marito debitum, *l. un.* §. 7. *C. de*

R:

R. U. A. l. 12. §. 1. *vers. quis enim. C. qui potior. in pign.* ad cujus mores in omni vitâ suâ se componere tenetur, etiamsi morosus sit, *arg. Nov.* 112. *c.* 2. *in fin.* ita ut ex justâ causâ Marito competat moderata castigatio, *arg. Nov.* 117. *c.* 14. quæ audit medicina, *L. un. C. de emend. propinquor.* Idque non sine 4.
ratione: Imperium enim sine potestate cogendi & corrigendi, est nullum, imò vanum, exitiosum & pessimum: similiter & Maritorum, exemplo Achabi Regis γυναικοκρατουμένου. 1. *Reg. cap.* 21. N. O. (1) quod & Uxor vocetur caput, 5.
l. 195. §. 5. *de V. S.* quia caput est in familiæ propa- 6.
gatione, dum Fœmina sobolem procreando, familiam quasi renovat, *Nov.* 22. *præfat. in pr.* non verò in familiæ conservatione, ubi Mulier est finis. *d. l.* 195. & Maritus verum caput, cui onera Matrimonii sustinenda incumbunt, *l.* 76. *D. Jure dot.* opp. (2) quod Mulier quoque sit Domina, *l.* 19. §. 1. *D. de annuis legat. l. ult.* §. 1. *D. de* 7.
auro & argent. legato. Resp. hoc fit propter Dominium quoad 8.
Conjuges ratione bonorum, Liberorum & servorum indivisum, & quasi ex communi Patrimonio ipsis proprium, *arg. l.* 4. *init. verb. Socia Rei humanæ. C. de Crimine expilatæ hered. add. l.* 1. *D. de R. Nupt. l.* 1. *D. Rer. amot.* Loquimur autem 9.
h. l. de usu ejusmodi potestatis Maritalis, non verò de abusu, qui in nimiam, inhumano more aliquando degenerat carnificinam. Malè. Neque enim Mulier est Mariti 10.
serva, sed collateralis Socia, *Genes.* 3. *v.* 12, subsidium è costa Viro attributum, *Novella Leonis* 111. *pr.* dimidium Viri, & essentialis ejus Amicus; non scabellum pedis, sed lateris, imò cordis, portio. Quò alludit *Glos. in can.* 20. 11.
super voc. Costa: XXXII. q. 5. Mulierem non esse factam ex capite, ne fortè esset Domina, nec ex pede, ne famula, sed ex costâ, ut collateralis & Mariti esset Socia. Author in hâc re Nobis existit *Besold. Thes. Pract. voc.* Weiber. *Consi-* 12.
lium,

filium, ait, sanè est, ut Uxores non verberibus sed exemplis & moribus corrigamus, & à vitiis, si quæ sunt, ad Virtutem provocemus: imperata enim correctio exasperat, blandissima autem jubetur. Idem suadet *l.* 8. *in fin. C. de Repud.* Viros ingenuos non decet, Mulieres verberibus tractare; cui correspondet, *can.* 4. *XXXII. q.* 6. & Virtute vincere, & exemplo regere Fœmi-
13. nas, ad Maritos pertinet. Ideò, tali casu in Praxi obveniente, Maritus præmissâ carceris pœnâ, pro arbitrio Judicis imponendâ, de non amplius offendendo & molestando, Mulieri debet idoneè cavere, ut securè, absque periculo
14. personæ suæ eidem possit cohabitare, *cap.* 8. *X. de Restitut. spoliat.* secus enim omni meliorationis spe collapsâ, Mulier honestarum Matronarum custodiæ, jure sequestrationis relinquitur, *cap.* 14. *X. de Sponsal.* tandemque divortium quoad mensam & thorum permittitur, *cap.* 13. *in fin. X. d. t. de Restitut. spoliat.* alimentis insuper Mulieri indigæ & miseræ à Marito præstandis. *Joach. à Beust. de Sponsal. & Matrim. P.* 1. *c.* 9. *B. Dn. Carpzov. J. prud. Consistor. L.* 2. *defin.* 213. *seq. Idem in Praxi Crimin. P.* 1. *q.* 12. *n.* 53. ubi hâc de re tria affert præjudicia, quorum ultimum huc apprimè faciens, referre placet: So wird H. R. solcher Begünstigung wegen / wofern er derselben geständig / oder überführet / 12. Tage lang mit Gefängnüß gestrafft / und ist nachmals seinem Eheweibe genugsame Caution; daß er hinführo derselben mit Vernunfft beywohnen wolle / und sie nichts thätliches von ihm zubefahren habe / zubestellen schuldig / darneben ihme untersagt wird / von solchen übeln beginnen und sævitien gegen seinem Weibe abzustehen / damit er nicht in widrigen fall mit gebührender / auch wohl einer leibsstraffe beleat werde / und auffn fall er gebührlichen Caution zubestellen und auffzubringen nicht vermöchte / oder aber das Weib über vermahnen und zureden / damit nicht zu frieden sein wolte / würde sie zu Bett und Tische von ihm abgeson-

gesondert/ und wäre er denn also nichts weniger dem Weibe gebührenden Unterhalt zu reichen pflichtig/ in verbleibung dessen würde sie in die Güter ihres nothdürfftigen Unterhalts sich daraus zuerholen/ immittiret/ und dabey billich geschützet. *add. Dn. Richter p.* 1. *decis.* 9. *Joh. Nevizanz. Sylv. Nupt. L.* 1. *n.* 38. *p.* 55. Mulieris obsequio, affines dicuntur (2) operæ obsequiales, quatenus cum Oeconomiæ 15. curâ sunt conjunctæ, *l.* 31. *pr. &* §. 1. *D. de Donat. int. Vir. & Uxor.* sed tamen honestati, pietati, & bonis Moribus non 16. contrariæ, *l.* 15. *D. de condit. instit.* quia & hæc potestas certis limitibus est circumscripta. Sic non tenetur Uxor, Mariti 17. concupiscentiis absque ullo pudore ac timore DEI obsequi; cohabitatio enim debet esse casta, κατὰ γνῶσιν, id est, secundum modum, quem recta ratio, non vaga & fœda libido dictitat, 1. *Petri* 3. *v.* 7. Idcircó pessimè & contra naturam 18. agitur (verba sunt *can.* 11. *XXXII. q.* 7.) si Vir membro Mulieris non ad hoc concesso, voluerit uti. Usus enim natura- 19. lis, si ultra modum prolabitur, in uxore quidem veniale est, in meretrice damnabile: sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in Uxore. Proinde talem Maritum, concurrentibus circumstantiis ca- 20 pitaliter puniendum, ex aliis relatum confirmat *Schulzii in Syn. Instit. tit. de Publ. Judic. lit. L.* sequens Criminale præjudicium: Wo der Gefangene/ davon euer frage meldet/ der unchristlichen und unnatürlichen Mißhandelung/ wie er von seinem Eheweibe beschuldiget/ geständig seyn würde/ oder solches der massen wie gedacht/ daß er wieder die Natur mit ihr zu schaffen sol gehabt haben/ an Ihr befunden/ so wird er nach Verordnung der beschriebenen Rechte/ mit dem Schwert vom Leben zum Tode billich gestrafft. V. R. W. Similiter, nec licet Marito Uxorem suam adulteran- 21. dam tradere, *Nov.* 117. *c.* 9. aut jubere, ut corpore suo quæstum faciat, *l.* 29. §. 3. *D. ad L. Jul. de Adulteriis*, quia rei tur-

pis

22. pis nullum eſt mandatum, *l. 6. §. 3. D. Mandati*, nec petentibus amicis poteſt eam locare, permutare, & pretio diſtrahere, cujusmodi exempla recenſet *Arniſæus in Polit. cap. de Marito & Uxore.*

1. Th. 7. Præterea etiam participat (3) Mulier cum Viri Dignitate, Nobilitate, & Foro, *l. 13. C. de Dignit. Lib. XII. l. 9. C.* de *Incolis, Lib. X.* ſcilicet propter Nuptias, quæ ſunt omnis hu-
2. mani Juris communicatio, *l. 1. D. de Rit. Nupt.* Dignitatis exemplum eſt in Fœminis Doctorum, quæ honorabili Virorum ſuorum titulo, vocantur Doctoriſſæ, juxta illud tritum: Mulier coruſcat radiis Mariti, *l. 8. D. de Dignitat. l. 10.*
3. *C. de Nupt.* Subſcribit Jus Saxon. in tx. Landr. *Libr. 3. art 45.* ibi: Daß Weib iſt auch ihres Mannes genößin / aller der
4. Ehren und Würdigkeit / die der Mann hat. Ampliá: ut hæc & alia Viri Dignitas, etiam mortuo eo, Uxori competat, dummodò in Viduitate liberè ſubſiſtit; (dico: liberè: quia nullum eſt h. l. Mariti, Viduitatem imperantis, factum,
5. utpote Libertati Matrimonii, imò legi divinæ & humanæ è diametro contrarium. *ad Rom. 7. v. 2. 1. Tim. 5. v. 14. Geneſ.*
6. *25. Deut 25. c. fin. XXXI. q. 1. cap. 5. X. de ſecund. Nupt. l. 3. C. eod. l. 134. pr. in fin. de V. O. Nov. 2. c. 3. verb. optimum itaq;*
7. *eſt.* fruſtrà diſſ. *Salicet. & Br. in l. ult. C. de V. S.*) ſecus evaneſcit, *d. l. 10. C. de Nupt. l. 22. §. 1. D. ad Municipal.* Idem quo-
8. que J. Saxonico obſervari, tradit *B. Dn. Carpzov. de Jure*
9. *Fœminar. decad. 1. poſit.* 5. non obſtante *tx. in* Landr. *L. 1. art. 45. verſ.* wann Er aber ſtirbet / ſo iſt ſie ledig von ſeinen Rechten / und behält dann Ihr ſelbſt Recht nach Ihrer Gebuhrt. *It. L. 3. art. 45.* Und nach des Mannes tode iſt die Witbe ledig von allen ſeinen Rechten und Ehren / dann ſie behält wieder ihren Stand und Recht / daß ſie angebohren was / ehe ſie der Mann nahm. ſiquidem ad ſolam Reverentiam, Tutelam & Jus Matrimoniale, hi txx. ſunt reſtringendi, juxta Dd. Practicos, quos allegat *B. Dn. Carpzov.*

zov. d. loco in fin. Limitatur, hæc procedere in Mariti di-
gnitatibus, non verò aliis Juribus, quæ ratione officii vel
professionis veniunt, veluti ita contra Viduas Clericorum
Magdeburgensium, responderunt Scabini Lipsienses *M. De-
cembr. A.* 1602. *hisce verbis:* Ob nun gleich die geistlichen
Personen von solcher Anlage auff den Häusern befreiet
sein/ so haben doch ihre Witben/ wann sie nach ihrer Eh-
männer absterben dergleichen Häuser bewohnen wollen/
solcher Freyheit/ weil selbige den geistlichen allein wegen
ihres Ambts vergönnet/ sich zugebrauchen nicht füg.
V. R. W. Ex humanitate tamen, per annum gratiæ das
Gnaden-Jahr über/ cum ipsis mitius agitur. *Dn. Tabor Tr.
de Metat. c. 2. art.* 1. *th.* 9. *inf. p.* 196. *add. B. Carpz. in Jurispr.* 10.
For. p. 2. constit. 5. *defin.* 11. Deinde etiam succedit Mulier in
Nobilitate Mariti, unà cum Liberis, qui Patris Familiam 11.
sequuntur, *l.* 19. *D. de statu Hom. l.* 10. *D. de Senator. l.* 22. *l.* 36. *l.*
44. *C. de Decur. Libr. X.* etiamsi Mater sit ignobilis & plebeja, 12.
argg. dd. texx. quia Uxor non sibi, sed Marito suo liberos
gignere creditur, *Harprecht ad* §. 3. *Inst. de P. P. n.* 6. & ob id
Liberi non Matris, sed Patris nomina servant, *l.* 195. *§.* 4.
de V. S. propter Jus Suitatis, quod in Matre cessat, *l.* 13. *D. de
suis & legit. Hered.* itemque Patriæ potestatis, §. 10. *Inst. de
Adopt.* §. 3. *Inst. de Hered. Qual. & Diff. l.* 4. §. 2. *D. de Bonor.
Poss. contra Tabb. l.* 5. *C. de Adopt.* Amplia: ut feudalis succes- 13.
sionis quoque tales Liberi ex Matre ignobili procreati, sint
capaces, *juxta Vultej. Treutler. & FF. communiter*, nisi aliud
pactum speciale sit in contrarium, *II. FF.* 29. *add. Tiraquell.* 14.
de Nobilit. cap. 17. *&* 18. *Matth. Stephani de Jurisdict. L.* 2. *cap.* 7.
membr. 2. *n.* 44. *& seq.* Quam sententiam elogio suo compro- 15.
bavit supremum Consistorium Dresdense *d.* 7. *Octobr. A.*
1630. in causâ C. à. N. in Z. hisce formalibus: So seyd ihr
(als einer von Adel) aus zulassung Geistlichen und Lands-
üblichen Rechte/ weil disfals kein wiedriges Gesetz vor-

handen/ oberwehnte eure Magd und Dienerin/ so Bürgerlichen Standes und eines Handwergsmanns und Dratziehrs Tochter ist/ zuehlichen nicht allein befugt/ sondern auch da zwischen Euch alberett eine bündliche Zusage geschen/ solches zu thun schuldig/ und dieweil durch diese Verehligung euere gewesene Dienerin ihres Geschlechts Nahmen verleuret/ euern Adelichen Stand und Nahmen an sich nimbt/ auch euers Adelichen Geschlechts und würden theilhafftig wird/ und die mit Ihr ins künfftig erzeugete Kinder vor Adeliches Geschlechts zu halten. So können dahero eure andere Kinder und Verwandte mit bestande nicht sagen/ daß durch diese Heurath eurem und ihrem Geschlechte Verkleinerung und nachtheil zuge-
16. zogen worden. &c. Quod denique attinet Forum & Domicilium Mariti, Uxor illud cum eo æque commune habet,
17. *l. 19. D. de Jurisdict. l. 65. D. de Judic.* licet Maritus post nuptias domum & bona Uxoris intret, (Germani dicunt, **wenn der Mann zum Weibe einfreyet/**) quia proprio suo & libero facto ibi Domicilium constituit, adeoque Jus suum quæsitum ea propter non amittit. *conf. Hilliger ad Donell. Libr.*
18. *17. Comment. Jur. c. 12. lit. L.* Adde, quod hoc ipsum Jus, vel post mortem Mariti retineat, *l. 22. §. 1. D. ad Municipal.* eundemque Domicilium suum mutantem, sequi tenecatur, *can.*
19. *3. XIII. q. 2.* etiam vagabundum, qualis est histrio, dummodò ipsius vitæ conditionem antea scivit; tunc enim in eam consensit, taciteque approbavit. *Panormitan. & Canonistæ in cap. 5. X. de Sponsal. Glos. in d. can. 3. it. can. 1. XXXIV. q. 2. cap. 1. X. qui Matrimon. accusare poss. Cynus in l. 8. C. de operis*
20 *libertor. Bl. in l. 13. §. fin. D. de annuis legat.* Atque h. m. sese habet Jus Conjugum sive generaliter sive particulariter præscriptum, quod effectivè contra invitos & refragarios actione præjudiciali venit persequendum, *l. 3. §. 4. D. de agnosc. & alend. Liber.* nonnunquam extra ordinem officio Judicis

is est vindicandum. *vid. Dn. Struve Ex. ad P. XXIX. th. 57. ibiq. allegg. Dd.*

CAPUT IV.

De

Potestate Tutelari.

Th. I.

Potestatis vocabulum h. l. in primo statim limine mitigaturi ab ejus propriâ significatione aliquantisper recedimus, ita ut nihil aliud nobis sit, quàm facultas sive auhoritas lege concessa, *l. 17. D. de LL.* & principaliter n amicabili pupilli defensione consistit, *§. pen. Inst. de Atil. Tut. l. 30. D. de administr. & peric. Tut.* quam præcipit *l. 28. §. . C. eod. tit.* Præmittimus verò consulto studio, Juris Tutearis ANTECEDENTIA, quo pertinet (1) cautio, & qui lem juxta stylum Romanum, fidejussoria, *l. 4. §. 4. & 7. l. o. l. 12. D. rem pupilli salv. fore.* addantur rationes, quious utitur *Dn. Brunnem. ad Jus Justin. Exercit. IV. tit. le satisdat. pr.* Dissentientium txx. obst. resolvit *B. Unep. Ex. Just. IV. q. 12. in Ajo.* quæ tamen cautio & Testamentariis Tutoribus olim remittebatur, *l. 17. pr. D. de Testam. Tut.* quia fides eorum & diligentia ab ipso Testatore est approbata, *pr. Inst. de satisdat. Tutor.* excepto asu *l. 8. D. de confirm. Tut.* & Tutoribus ex inquisitione datis, *19. pr. D. d. t. de Testam. Tut.* secus quàm Moribus esse solet, bi omnes Tutores idoneè cavere jubentur *in Ordinat. Polit. le A. 1548.* quæ est repetita *A. 1577. tit. 32.* ut ut non præcisè emper observetur, teste *Joh. à Sande L. 2. tit. 9. def. 9.* (2) requiritur promissio ad utilitatem pupilli directa, J. Vet. jurata, *Nov. 72. cap. ult.* hodiè simplex, *Sand. d. l.* (3) desideratur uventarii confectio, ex præscripto *l. 24. C. de administr. Tut.* omni-

Margin numbers: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

omnibus Tutoribus regulariter imponenda, sub pœnâ remotionis, tanquam suspecti Tutoris, *l. ult. in*
10. *fin. C. Arbitrium Tutel.* etiam Matri, quia à rationibus reddendis non est exemta, *Dan. Moller. ad Constit. Elect. P. 2. c. 33. n.* 4. quæ ratio, dum cessat in Patre, propter *l. 5. in fin. pr. C. de secund. Nupt.* ideò cessat quoque Juris dispositio, hoc est, solennis Inventarii confectio, *B. Dn. Carpz. P. 2. constit.* 10.
11. *defin. 9. n. 12. Idem de J. Fœmin. Decad. 2. posit.* 5. interim privatam descriptionem, adhibitis simul Liberorum Consanguineis facere, eamque judicialiter deponere tenetur, *Dn.*
12. *Struve Jurisprud. For. Rom. Germ. l. 1. tit. 18. th.* 1. Notanter diximus: regulariter: quia remittitur aliquando hæc Legalis Inventarii conficiendi necessitas, quando Testator Inventarium fieri expressè prohibuit, *l. ult. §. 1. C. Arbitr. Tut.* fortè, ne secreta Patrimonii pandantur, *l. 2. C. de Ali-*
13. *ment. pupillo præst. l. 4. C. de Commerc. & Mercat.* quo casu nihilominus Tutor privatim res pupilli consignare debet, *B. Dn. Carpzov. d. P. 2. Constit. 11. defin. 4. n.* 8. quia stante illâ prohibitione, non statim remissa intelligitur Rationum redditio, *l. 1. §. 3. D. de Tutel. & Rat. distr. vid. Francisc. Mun-*
14. *noz Escobard. de Ratiocin. c. 5. n. 13. it. c. 9. n.* 45. imò, potest per Magistratum ad id compelli, qui magis utilitatem pupilli sequitur, quàm scripturam Testamenti, *l. 10. D. de con-*
15. *firm. Tut.* Hæc omnia subsequitur (4) confirmatio Tutoris, decreto Judicis facienda, quæ ad omnes Tutelas pertinet, *vi prædict. Reform. Polit. in Comitiis Augustanis A.* 1548. *promulgatæ*, tit. von den Pupillen und Minderjährigen Kindern / Tutorn und Vormunden / in verb. daß auch ein jeglicher Vormund / er sey gleich Testaments weise verordnet / oder durch das Recht / oder Richter gegeben / sich der Vormundschafft nicht unterziehen sol / die Verwaltung sey Ihme dann zuvor durch die Obrigkeit decerniret

und

und anbefohlen; und das er nach befohlener Verwaltung von allen Güttern / liegend und fahrend / Schulden und Registern / ein Inventarium auffrichte / und rechtmäßige Caution und Versicherung thue / auch mit Gelübden und Eyden beladen werde / daß er seinen Pflegekindern / und ihren Güttern treu und ehrbarlich vor sein / ihre Person und Gütter versehen und verwahren / die Gütter nicht in eigenen Nutz kehren oder wenden / noch dieselbe, ohne verwissen / Erkäntniß und Decret der Obrigkeit / vereusern / verpfenden oder beschweren wolle. Idem cautum est *in statutis Inclutæ Reip. Patriæ* VRATISLAVIENSIS *art. 10. pr.*

Th. 2. Succedunt Tutelæ CONCOMITANTIA, nimirum ipsa Administratio, circa personam Pupilli potissimùm occupata, quam speciosè describit *l. 12. §. 3. D. de administr. & peric. Tut.* Dependet verò vel (1) ex Patris Testamento, & dicitur Testamentaria, *t.t. Dig. & Cod. de Testam. Tut.* vel (2) ex Legis decreto, & vocatur Legitima, *t.t. Dig. & Cod. de Legit. Tutor.* vel (3) ex Magistratûs Arbitrio, & appellatur Dativa, *t.t. D. de Tutor. dat. ab his, qui Jus dandi hab. l. 5. C. qui dare Tutor. possunt. add. generales txx. l. 52. C. de Episc. & Cler. l. 4. C. d. t. qui dare Tut. poss.* Præcedit ordine suo Testamentaria, nec immeritò: quia provisio hominis, facit cessare provisionem Legis, *l. 11. pr. D. de Testament. Tut.* Et quidni? Pater enim optimè Liberis suis prospicere dicitur, *l. 3. §. 1. D. de administr. & peric. Tut.* cum nullus sit Affectus, qui Paternum vincat, *l. ult. pr. C. de Curat. furiosi.* Ne autem ἀμεθόδως fiat hujus materiæ Tutelaris tractatio, Personas in specie videbimus, quæ totum hoc Jus sive activè sive passivè constituunt, & absolvunt. 1. 2. 3. 4. 5.

Th. 3. In TESTAMENTARIA Tutelâ sese offerunt (1) personæ Tutorem dantes, & sunt Parentes, qui Liberos in potestate habent, *§. 3. Inst. de Tute. l. 1. pr. D. de Testament. Tut.* ita ut exinde possis firmiter affirmativè concludere: 1. 2.

 Qui-

Quicunque habet Liberos in Poteſtate, illi competit Tutoris dandi Jus. Atqui Pater & Avus Paternus habent Jus P.P. *l. 4. D. de his qui ſunt ſui vel alieni J.* Ergò. Similiter à contra-
3. rio valet argumentatio: Quicunque non habet Liberos in Poteſtate, &c. Atqui Mater non habet, §. 10. *Inſt. de Adopt.* §. 3. *Inſt. de Hered. Qual. & Differ.* Ergò. Sed quid ſibi vult *l. 4.*
4. *D. de Teſtam. Tut.*? Reſp. Ibi Mater non Filii perſonæ, ſed rebus, ſcilicet Heredem eum inſtituendo, dat Tutorem: quod etiam procedit; non obſtante *l. 4. C. eod. tit. verb, quando autem eos heredes NON inſtituerit, SOLET &c.* quia ibi Tutoris datio non ex aliquâ Juris neceſſitate, ſed libero Judicis arbitrio valet. *B. Ungep. Ex. Juſt. IV. q. 3. in Nego. B. Ludvvell.*
5. *Diſp. III. th. 2. lit. C. Arum. Diſp. Pand. XVI. q. 5.* (2) not. perſonæ, quibus datur Tutor in Teſtamento, & ſunt Liberi ſui
6. Heredes, P.P. ſubjecti, *l. 73. §. 1. de R. I.* Unde iterum redit concluſio: Quicunque eſt ſuus Hæres, illi rectè datur Tutor. Atqui Liberi, cujuscunque ſexûs & gradus, ſunt ſui Heredes, *l. 1. pr. & §. 2. D. de Teſtam. Tut.* etiam naſcituri, *d. l.*
7. 1. §. 1. ratio habetur in *l. 7. D. de ſtatu Hom.* imò exheredati, quia exheredatio nec Patriam Poteſtatem, nec Jus Suitatis extinguit, *arg. l. 6. D. unde legitimi. It. l. 10. §. 5. D. de vulgari & pupill. Subſtit.* ratio rationis eſt, quia exheredatio eſt figmentum Juris Civilis; aſt P.P. & ſuitas ſunt J. Naturæ, *l. 195. §. 2. de V. S.* Jam ſubſumo: ratio Civilis poteſt quidem Jura Civilia corrumpere, ſed non naturalia, §. *ult. Inſt. de Legit. Agnat. Tut.* cum ſint immutabilia, §. 11. *J. de J. N. G. & C.* N.O.
8. (1) quod Filius exheredatus non ſit ſuus Heres, *l. 1. §. 10. D. de ſuis & legit. Her.* Ergò. Reſp. diſt. inter tempus teſtamenti
9. facti, & mortis Teſtatoris. Affirm. de priori; neg. de poſteriori; & hoc ſufficit, *d. l. 73. §. 1. de R. I.* quia exheredatio ante Hereditatis aditionem nil quicquam operatur, *l. 20.*
10. *pr. D. de Bonor. Poſſeſſ. contra Tabb.* opp. (2) quod Tutor ſine pecuniâ non poſſit dari, *l. 53. pr. de V. S.* Atqui Filius exheredatus

datus non habet pecuniam. Ergò. Resp. ad Majorem, sensus illius ex. opp. est, quod in Testamento simul disponatur de bonis; disponitur verò de bonis, etiamsi quis exheredaverit Filium, intellige, si non quoad bona Paterna (de quibus Minor propositio loquitur) tamen Materna. 11.
add. B. Ungep. dict. Ex. Just. IV. q. 3. in Ajo. Quid autem Juris in Filio emancipato, valetne Tutoris à Patre dati ordinatio? Videtur, quod non; quia emancipatus Filius non est amplius suus Heres, §. 3. *Inst. de Hered. Qualit. & Differ.* & ideò inter modos P.P. solvendi, refertur, §. 6. *Inst. quib. mod. P.P. solv.* Resp. Concedendum utique, quod hactenus talis Tutor non sit perfectè in Testamento datus, quatenus SIMPLICEM & ABSOLUTAM Tutelam Testamentariam respicimus; quoniam verò nec simpliciter Dativus potest dici, idcircò magis pro Testamentario est habendus, quia Magistratus eum confirmans, sequitur Patris defuncti Judicium, *l. 32. D. de excusat. tut. l. 1. §. 1. D. de confirm. Tut.* à potiori igitur debet fieri denominatio, *arg. l. 10. D. de statu Hom.* & proinde omnimodò, hoc est, sine inquisitione, venit confirmandus, *§. ult. Inst. de Tutel. l. 4. D. de Testam. Tut.* quod secus est in Matre, *d. l. 4. l. 2. D. de confirm. Tut.* Leges enim propter lubricum animi Consilium, non æquè confidunt Matris, ac Patris dispositioni, veluti experti Juris est. 12. 13. 14 15. 16.

Th. 4. Porrò (3) Tutores in Testamento dandos producimus, vid. generaliter *l. 21. D. qui testam. fac. poss.* In specie autem de Filiofam. not. *l. 7. D. de Tutel.* quæ confirmatur *l. 9. D. de his, qui sunt sui vel al. Jur. junct. pr. Inst. de excusat Tutor.* Unde corruit dissentientium fundamentum, qui dicunt, Filiumf. non posse esse Tutorem, quia ipse est in P. P. *arg. §. 13. Inst. de excusat. Tutor.* Resp. Hæc ratio est impertinens, quia refellitur per *d. l. 9.* Et hoc verum est de Filiof. tanquam Tutore Testamentario, non verò Legitimo, ubi tutela defertur 1. 2. 3. 4. 5.

fertur proximo Agnato, §. *ult. Inst. de capit. deminut.* Ast Pa-
ter, defuncto est proximior quam Filius. Ergò eidem est
6. præferendus. Sed obst. adhuc contra Filiumf. Tutorem,
vinculum P.P. quod facilè efficit, ut minus validè ex admi-
nistratione Tutelari conveniatur, quia vivo Patre nulla cum
effectu adversus eum potest intentari actio, *arg. l.* 1. §. 21. *D.*
7. *de Collation.* Resp. Nec hoc nos volumus, aut intendimus,
quin potius contra Patrem, diverso tamen respectu, proce-
8. di, manifestè probat *l.* 7. *D. de Tutel. l.* 21. *D. de administr. & pe-*
ric. Tut. Speciale quoque est in servo, Tutore dato, propter
9. *l.* 20. §. 7. *D. qui testam. fac. poss. l.* 32. *de R. I. junct. l.* 1. *pr. verb.*
Jure Civili data. D. de Tutel. Verùm, præsupponendi sunt ter-
mini habiles, scilicet Libertatis causa, quæ servo proprio,
purè datur, *l.* 32. §. 2. *D. de Testam. Tut.* alieno verò sub con-
10 ditione relinquitur, *l.* 10. §. 4. *D. eod. tit.* Hîc dubium oritur
de servo proprio, sine Libertate Tutore scripto, utrum di-
rectam, an verò fideicommissariam accipiat Libertatem?
11. Quæstionis utilitas in eo consistit: nam priori casu fit ipso
Jure liber, adeoque Testatoris Libertus Orcinus, & per
consequens directam consequitur Libertatem, *l.* 28. §. 1. *verb.*
ex Voluntate Testatoris. D. de Testam. Tut. l. 5. *C. de necessar. ser-*
vis hered. instit. posteriori casu demùm fit Liber per factum
hominis, & pupilli Libertus, §. 2. *vers. qui autem. Inst. de singul.*
reb. per Fideic. relict. l. 9. *C. de Fideic. Libert. l.* 10. §. *ult. D. de Te-*
12. *stam. Tut.* Quam pugnam optimè resolvit *B. Frantzke Ex-*
ercit. III. q. 2. cujus scrinia non compilo, quin potius ad a-
lia, utiliter transeo.

1. Th. 5. Medium locum inter Tutelas obtinet LEGI-
2. TIMA, per L. XII. Tab. introducta, & summâ providentiâ
Agnatis concessa, ut qui sperarent Defuncti successionem,
iidem quoque tuerentur bona, ne dilapidarentur, *l.* 1. *pr. D.*
de Legit. Tut. Jam verò constat ex J. Ver. quod post Heredes
suos, id est, Liberos, solis Agnatis fuerit delata successio,

pr.

pr. Inst. de Legit. Agnator. success. scilicet, propter Familiarum conservationem, *l.* 195. *de V. S.* quæ cessat in Cognatis. Ergò ad Agnatos quoque pertinebit Tutelæ Jus; ratio consequentiæ per se patet: ubi enim est Successionis emolumentum, ibi & Tutelæ onus esse debet, *pr. Inst. de Legit. Patron. Tut. juxta l.* 10. *de R. I.* Atqui. Ergò. Hodiè verò sublatâ Agnationis & Cognationis differentiâ quoad Tutelas & Hæreditates, Agnati & Cognati pariter admittuntur, *per Novell. Justiniani* 118. *cap.* 5. sed Masculi tantùm, non Fœminæ, *l.* 16. §. 1. *l. ult. D. de Tutel. l.* 2. *de R. I. l.* 21. *pr. D. de Tutor. & Cur. dat. ab his &c.* quia Tutela est Virile officium, *l.* 1. *C. quando Mulier tutel. offic. fungi pot.* excipitur singulariter Mater (etiam minorennis, uti practicè vult *B. Dn. Carpzov. P.* 2. *Constit.* 11. *defin.* 12.) & Avia, adjuncto prælationis beneficio, ut reliquis Agnatis & Cognatis præferantur, *d. Nov.* 118. *c.* 5. *Auth. Matri & Aviæ C. d. t.* non quidem propter spem Successionis, quam penitus olim Lex Decem-Viralis præscindebat, *pr. Inst. de SCto Tertyll.* sed propter intimam affectionem, quam erga liberos suos habere intelliguntur, *arg. l.* 14. *C. qui accus. non poss.* si modò gerere velint, *l.* 2. *init. l.* 5. *C. d. t.* & secundis Nuptiis ac SCto Vellejano renunciaverint, *d. Nov.* 118. *c.* 5. *& Auth. alleg.* Itaque prærequiritur (1) Illarum Voluntas, quia tutela hæc non est imperativa, sed permissiva, *l.* 26. *pr. D. de Testam. Tut.* prout verè scripsit *Additionator Gloss. ad textum* Landr. *Lib.* 1. *art.* 11. *n.* 4. ibi: man mag aber doch kein Weib zu einer Vormundschafft zwingen; quod idem non obtinet in Masculis. *l.* 1. *pr. D. de administr. & peric. Tutor. l.* 3. *C. de Suspect. Tutor.* §. *pen. Inst. de satisdat. Tut.* siquidem Tutela est munus publicum personale, *pr. Inst. de excusat. Tutor. junct. l. ult.* §. 1. *D. de Munerib.* à quo nemo habet vacationem. *l.* 19. l. 28. *C. de Decur. Lib. X.* (2) præsupponitur Matris & Aviæ, contra secunda Vota renunciatio; Lex enim adversus fœminas immoderatas atque intempe-

Margin numbers: 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10 11.

rantes præſumit, quod plerumque novis Maritis non ſolùm
res Filiorum, ſed etiam vitam addicere ſoleant, *l. 22. verſ.*
ſervi. C. de adminiſtr. & peric. Tutor. proinde ipſo jure &
12. facto ſuo Mulier per ſecunda Vota, Tutelam amittit,
13. *Nov. 94. c. 2. circ. fin.* ita, ut etiam mortuo Vitrico non poſſit
illam repetere; quicquid enim ab initio eſt vitioſum, illud
tractu temporis non poteſt reconvaleſcere, *l. 29. de R. I.*
14. præterea (3) exigitur earundem contra SCtum Vellejanum
15. renunciatio, quippe cum illius Beneficio aliàs omnis in-
terceſſio & obligatio Mulierum, utpote ex imbecillitate
ſexûs ſui profecta, ſit nulla, *l. 2. §. 2. D. ad SCt. Vellej.* aſt me-
lius eſt, intacta Pupillorum Jura ſervare, quàm poſt vulne-
ratam cauſam remedium quærere, *l. ult. C. in quibus cauſ. in*
Integr. reſtit. non nec.

1. Th. 6. An verò eadem, quæ de Matre ſecundo nuben-
te jam diximus, ad Patrem quoque pertinent? Neg. quia
nihil de eo prohibitivè eſt cautum; ergò permittitur, *arg. l. 7.*
C. de Religioſ. & ſumt. Funer. erubeſcimus enim ſine lege
2. loqui, *Nov. 18. c. 1. init.* accedit inſuper firma ratio, quod
Lex plus Patris fidei & diligentiæ in adminiſtrandis rebus
confidat, quàm Matris perſonæ, ſecundum expreſſa Jura,
niſi fortè malignæ ſuſpicionis poſſit argui, *l. 1. §. 1. in fin. D.*
3. *ubi pupill. educari vel morari debet. add. B. Carpzov. de J. Fœminar.*
Decad. 2. poſit. 6. Sed quæritur: an ſtandum ſit Patris facto,
quando Matri, hoc ipſum Tutelæ Jus quæſitum, in Teſta-
mento adimit? Neutiquam; eſt enim Legibus contrarium,
adeoque pro lege non habendum. Minor prob. *per Nov. 94.*
4. *c. 1. verb. naturæ amor.* adeoque hîc obtinet vulgatus Noſtra-
tium Canon: quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad ali-
um transferri non poteſt, *l. 11. de R. I. add. inprimis Petr.*
5. *Peck. de Teſtament. Conjug. L. 2. c. 6.* Verùm, quid opus, ut Soli
facem accendam, ſatis per ſe lucenti in *ſupra alleg. Nov. 118.*
c. 5. & dict. Auth. verb. ſolis Teſtamentariis Tutoribus eas præce-
den-

dentibus. Ubi autem Tutor Testamentarius, si illum constituere Pater neglexit? Nullibi sanè. Ergò nec quisquam Matri hoc Jus Tutelæ quæsitum, præripere poterit. Cæterùm, quando superius diximus, Matrem non posse ad Tutelam Liberorum suorum gerendam compelli, exinde probabiliter sequitur, ut abstinens à Tutelæ onere, teneatur sollicitè Tutorem petere, quod & J. Rom. est constitutum, *l. 1. D. qui pet. Tut. l. 6. l. 8. C. eod. tit.* & Fori usû confirmatum, *vid. Paul. Montan. de Tutel. c. 18. n. 30. B. Dn. Carpzov. P. 2. Constit. 11. defin. 15.* secus tanquam indigna à Liberorum hereditate repellitur, *l. 2. §. 1. & 2. D. d. t.* exceptis casibus *in l. 2. C. si advers. delict. l. 2. §. 26. seq. it. §. 44. D. ad SCt. Tertull. l. 3. l. 6. C. eod.* 6. 7. 8.

Th. 7. Hìc quæstio venit resolvenda: Utrum etiam Jure Saxonico, talis Legitima Fœminarum tutela sit recepta? Pro Negativâ militat, quod in hoc Foro, ne quidem pro se absque Curatore habeant legitimam personam standi in Judicio, *per tx.* Landr. *Lib. 1. art.* 44. *& art.* 46. quemadmodum ita Lipsienses pronunciasse, testatur *Reinhard. P. 4. Qq. Saxon. differ.* 41. quò facit *Novella Electoris Augusti P. 2. Constit. 15. §.* gleicher gestalt sol auch den Weibespersohnen. *it. Ordinat. Judic. Elect. Joh. Georg. I. gloriosæ recordationis tit 8.* wie die Weibespersohnen vor Gerichte handeln mögen. Unde multò minus absque Curatore admittenda est, si Liberorum nomine agere velit, cum generaliter incivile habeatur, eos qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere nôscuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam subire, *§. 13. Inst. de Excusat. Tutor.* cum fœdâ & nominum & rerum confusione, uti loquitur *l. ult. C. de Legit. Tutel.* Verùm, his non obstantibus, affirmativa obtinet. *Wesenbec. in Parat. Dig. de Tutel. n. 5. vers. quin moribus Saxonicis etiam Jure Paterno administrant. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. P. 1. q. 27. n. 11.* Et cur non? quia Matri, Aviæque hæc 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

 Tu-

Tutela non competit ipso jure, sed præviâ Magistratus confirmatione, quæ in omnibus Tutoribus hodiè simpliciter est necessaria, prout suprà jam tùm *ex Ordinat. Polit.* pro-
8. batum dedimus. Hinc ad fundamenta pro contrariâ parte allata, breviter Resp. quod in exorbitante & privilegiatâ Matris Aviæque tutelâ, omnes subtilitates Juris & ambiguæ disceptationes cessent. *conf. Anton. Faber in Cod. L.5.tit.21. defin.1. n.7.*

1. Th. 8. Circa Tutelam Legitimam, quæ est Electorum, Regum & Principum, anxiè controvertunt Dd. An proximo Agnato indistinctè debeatur Tutelæ administratio, licet alius à Patre in Testamento fuerit datus? Negativa opinio,
2. salvo tamen uniuscujusq; Judicio, videtur esse verior (1) quia nullibi regula in *l. 11. pr. D. de Testament. Tut.* præscripta, aliquâ lege est abrogata. (2) dicimus, quod secus Pater Elector, vel similis persona Illustris, esset deterioris conditionis, quàm alius privatus, cujus semper (cæteris modò paribus) attenditur dispositio. Dissentiens *Hermannus Her-*
3. *mes in Fasciculo J. Publ. cap. 14. n. 40.* contra PRIMAM RATIONEM opp. *text. in Aur. Bull. c. 7.* verb. *Si Principem Electorem seu ejus primogenitum, aut Filium Seniorem Laicum mori, & Heredes masculos & legitimos Laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contigerit, tunc Frater Senior ejusdem primogeniti, Tutor eorum & Administrator existat, donec Senior ex eis legitimam ætatem attigerit, quam in Principe Electore 18. annos completos*
4. *censeri volumus, & statuimus perpetuò haberi.* Resp. curatè *B. Ungep. Ex. Justin. IX. q. 5. in Ajo.* hunc text. loqui de illo Ele-
5. ctore, qui quoad Tutelæ Jus, intestatus decessit. Sed excipiunt Diss. (1) quod *d. cap.* verba sint generalia, adeoque & generaliter, h. e. de utroque casu, tàm testati, quàm intestati, accipienda. (2) secus in Novellâ hâc Imperii lege fun-
6. damentali, nihil novi esset constitutum. Resp. ad 1. dupliciter (*a*) per verba generalia non statim induci J. Vet. correctio-

rectionem. (β) generalitas tx. accipitur, quatenus sanæ rationi non contrariatur: ait ratio non admittit, ut Patris scriptura debeat rejici, & Legis præferri, *arg. pr. Inst. de Legit. Agnat. Tut.* Resp. ad 2. itidem dudliciter (α) Non omnis Lex nova, præcisè est correctoria. (αα) imò, & hæc nostra Lex aliquid novi continet, dum ad solum Agnatum, qui est Senior in Familiâ, hæc Tutela pertinet. Contra SECUN- 7.
DAM DECIDENDI RATIONEM à Nobis prolatam, *Idem Ibidem* excipit, quod quidem privati Testamentum sit attendendum, non verò Electoris in hâc parte. Ratio consequentiæ est, quia privatus disponit de re propriâ: ast Pater Elector de re alienâ: Electoratus enim est Feudum Imperii bonis per investituram subjectum. Ergò. Resp. ad Mino- 8.
rem neg. quia Tutor principaliter datur personæ, non rei, maximè hoc loco, ubi Tutela à successione est dividua: & quidsi de Provinciis hereditariis ab Electoratu distinctis, Pater disponat, an non valida potest esse ordinatio? Nec 9.
obst. (1) Agnato Seniori debetur successio, Ergó & Tutelæ administratio, *arg. tit. Instit. de Legit. Patron. Tut.* Resp. Neg. 10.
consequentia, quoniam argumentum hoc non est perpetuum e.gr. Fœminæ non succedunt defuncto sub Agnatorum prærogativâ, & tamen Tutelæ Jus iis h. m. competit. opp. 11.
(2) exemplum Philippi Ludovici Neoburgici, pro quo, tanquam Agnato, contra Joannem Ducem Bipontinum, utpote Testamentarium à Friderico IV. Palatino E. datum, respondit Imp. Rudolphus II. *Ann.* 1603. *d.* 27. *Januar.* referente *H. Hermes d. loc. n.* 48. *circa fin.* Resp. 1. exempla nihil 12.
probant, sed rem illustrant, 2. nec exemplis, sed LL. & rationibus est pugnandum. 3. in simili pro nobis occurrunt exempla. *vid Marquard. Freher. in Comment. ad A. B. & speciali Tr. de Tutel. Elect. Palat. it. Dionys. Godofr. Tr. de Tut. Elector. Legit. exclud.*

Th. 9. Ultima Tutela DATIVA, facto Magistratûs ve- 1.

 nit

2. nit, & post abrogatam L. Atiliam, Juliam ac Titiam, novissimè Jure Magistratûs, h. e. ordinariè competit, *juxta præalleg. Ordinat. Polit. Caroli V. Augusta A.* 1548. *promulgatam, & à Rudolpho II. Francofurti A.* 1577. *confirmatam*, rubr. von
3. den Pupillen &c. §. so wollen wir. Aliter quàm Romano more, *l. 6. §. 2. D. de Tutel. junct. l. 1. pr. D. offic. ejus cui mand. est Jurisd.* unde apparet, quod olim Tutoris datio fuerit extraordinariæ Jurisdictionis, *conf. l. 1. §. 1. l. 8. pr. D. de Tutor. dat. ab his &c. l. 3. pr. D. qui pet. Tut. pr. J. de Atil. Tut.* Opp.
4. (1) § 4. *verb. secundum suam Jurisdictionem. Instit. d. t.* Resp. de-
5. sum. ex *l. 1. §. 2. l. 3. D. de Tutor. dat. ab his &c.* opp. (2) *idem*
6. *§. 4. verb. Jussu Præsidum. it. l. 1. §. 6. D. de Magistrat. conven.* hinc argum. Quæcunque possunt mandari, illa sunt Jurisdictionis (ordinariæ) *arg. l. 1. pr. D. de offic. ejus, cui mand. est Jurisd.* Atqui Tutoris datio potest mandari, per text. cit.
7. Ergò. Resp. ad Minor. neg. *vid. l. 8. pr. D. de Tutorib. dat. ab his. add. Dn. Arum. Disp. Pand. XVI. th. 2. B. Ungep. Ex. Just.*
8. *IV. q. 7. in Nego. vers. Diss. Gloss.* Hîc observa, quod in Rebusp. benè constitutis, causæ & actiones Pupillorum in speciali Judicio soleant ventilari, Germ. audit das Wäysenambt / ubi Præses, consilio Adsessorum adjutus, lites dirimit, & vocantur die Wäysen-Herren / veluti in Silesiorum Metropoli, VRATISLAVIA, Patriâ mea desideratissimâ, hoc laudabiliter usu receptum novimus. Quoad Tu-
9. tores à Magistratu dandos Q. I. An quis possit Collegam suum dare? Neg. *arg. l. 4. D. de recept. qui Arbitr. recep.* Cui non
10. obstat *l. 19. §. 1. D. de Tutor. datis. &c.* quia in Magistratu Municipali, tanquam inferiori, habet locum Superioris coërcitio,
11. & ideò quoque valet Tutoris datio. Q. II. de Judæo, an possit Christiano Pupillo, Tutor constitui? Affirm. ita tamen ut educatio penes eundem non sit, per quam facilè Cultus potest
12. inquinari, *l. 15. D. de excusat.* Q. III. de Pupilli Creditore & Debitore? Utrinque regulariter neg. Ratio est evi-

dens,

dens, quâ contra Creditorem utitur Legislator in *Nov.* 72. *c.* 1. ubi dicit: Quid enim non agat pro se Dominus ejusdem existens, & Adversarii rerum detentor nuper effectus; Debitorem verò refellit *l. ult. in fin. pr. C. Arbitr. Tut.* Nullus hominum adeò simplex, imò magis stultus invenietur, ut in publico Juventario, contra se aliquid scribi patiatur. Diximus: regulariter: propter casus exceptos ex personâ Debitoris notandos, de quibus *vid. Dn. Brunnemann. ad* 13.
Jus Justin. Exercit. V. §. 4. de Excusat. Tut. inter quos præprimis not. Mater & Avia. *Nov.* 94. *c.* 1. *circ. init. Auth. ad hæc. C. quando Mulier tut. offic. fung. pot.* quod multo magis in Patre & Avo Paterno obtinet. *Cujac. ad Novell.* 72.

Th. 10. Forma hujus Tutelæ in eo consistit, quod de- 1.
beat esse pura; aliàs Tutoris datio est ipso Jure nulla, *l.* 6. §. 1. *D. de Tutel.* quò pertinet etiam *l.* 77. *de R. I.* non obstare *l.* 11. 2.
pr. D. de Testam. tut. §. 3. Inst. qui testam. Tut. d. p. Resp. Hi txx. 3.
loquuntur de Tutelâ Testamentariâ: nos verò de Dativâ. Ibi valet temporis adjectio, hîc non; ratio differentiæ est, quia Judex ibi pupillo interim prospicit, supplendo Voluntatem defuncti, quæ sola attenditur, & pro lege meritò habetur, *Nov.* 22. *c.* 2. *init.* Dicendum nunc esset ex compromisso *sub* 4.
init. ni. cap. præstito, de Juribus Tutelam CONSEQVENTIBUS, scil. personali Tutoris obligatione, itemq; Reali pupillorum hypothecâ in bonis Tutoris. Sed nolo discursum antevertere, cum *infr. ad Part. II.* fortè commodior 5.
sit futura disserendi occasio.

CAPUT V.

de Curatoriâ Potestate.

Th. 1.

Superest, ut in J. Familiæ agamus de Curatorum potestate, 1.
cui Minores solent subjici; nec sine ratione: licet enim sint

sint puberes, adhuc tamen sunt ejus ætatis, ut sua negocia non possint tueri, *pr. Inst. de Curator.* scil. propter fragile & infirmum consilium, quod multis captionibus est suppositum, multorum insidiis expositum, *l. 1. pr. D. de Minor.* Ergò
3 ad Res sive Bona tuenda venit Curator, non æque ad personam *l. 6. in fin. D. de Tutel.* sicuti Tutor, *l. 12. §. 3. D. de administr. Tut.* qui etiam invito Pupillo datur, *l. 6. D. de Tutor. & Curat. dat.* secus ac in Minore, *l. 13. §. fin. verb. desiderantibus. D. eod. l. 2. §. pen. & ult. D. qui pet. Tutores, l. 43. §. 3. D. de Pro-*
4 *curat.* exceptis casibus *in l. 1. C. qui pet. Tutores, l. 7. C. eod. tit. l.*
5 *7. §. 2. D. de minor. l. 12. §. fin. D. de Tutor. & Curator. dat.* Hodie aliter observatur, dum ne quidem extra Judicium Minor sine Curatore relinquitur, per *citat. Ordinat. Polit. de A. 1577. tit. 32. §.* So wollen wir. verb. daß denen Pupillen und minderjährigen Kindern iederzeit biß Sie zu ihren voigtbahren Jahren kommen / Vormündere und Vor-
6 steher gegeben werden &c. Quoniam igitur ad Personam Minoris non ita accedit Curator, *l. 8. C. de Nupt.* idcircò Puberes etiam sine Curatoribus suis possunt ex stipu-
7 latu obligari, *l. 101. de Verb. Obl.* non obstante *l. 3. C. de in Integr. Restit. Minor.* quæ de obligatione Reali sive stipulatione dandi est accipienda cum *Cujacio ad d. l. 101. & Libr. 19. observ.* 33. vid. *B. Ludwell. Disput. III. th. 9. lit. C. vers. Ideoq.*
8 *Dn. Struve Exercit. ad Pand. V. th.* 40. *ibiq. in Resolut. n.* 4. Sed regerunt Dissentientes ex *d. l. 3. C. de in Integr. Restit. Min.* quod ibi Minor comparetur prodigo: Ast prodigus, ne quidem naturaliter obligatur, *arg. l. 6. de V. O.* Ergò nec Minor.
9 Conclusio est absurda. Resp. comparatio illa venit intelligenda quoad Jus alienationis, non verò obligationis; adeoque à dicto secundum quid, ad dictum

simpli-

ſimpliciter, non valet conſequentia. *Confer. Dn. Arumaus Diſput. P. XXII. th. 17. circa fin. Dn. Struve Ex. VI. th. 38.*

Th. 2. Cæterùm, perſonæ Minoris ſuccurritur per ætatis veniam, quam ſummus Princeps poteſt concedere, uti conſtat ex *l. 1. verb. à Principali clementiâ. It. Principali Autoritate. C. de his qui ven. ætat. impetr. add. Thomas Michael diſput. de Jurisd. th. 32. lit. B. & C. Boerus de Regalib. c. 2. n. 133. Stephani de Jurisdict. L. 2. P. 1. c. 1. membr. 2. num. 137. Goldaſtus* Tom. *III. Conſtitut. Imperii pag. 9. Hortleder de cauſ. Belli German. L. 3. c. 1. n. 64. Juſtus* Sinolt *cognomentô* Schütz *concl.* 48. etiam Electores & Statûs Imperii in ſuis Provinciis, vi ſuperioritatis Territorialis, Krafft hoher Landsfürſtl. Obrigkeit/ & Majeſtatis analogicè ſic dictæ, quæ iis competit, juxta vulgatam Theorico-Practicam: Tantum poteſt Princeps in ſuo Territorio, quantum Imperator in univerſo Imperio; Germani dicunt: Ein jeder Fürſt / iſt Keyſer in ſeinem Lande/ de cujus veritate exemplariter *vid. Dn. Richter, Ordinarius hic loci emeritus, P. 1. Deciſ. 4. n. 16. Bernhard. Græv. Proëm. Pract. concluſ. n. 24. Gail. L. 1. de P. P. c. 6. n. 10. & 11. Bocer. de Collect. c. 4. n. 5. Farinac. de Crimin. læſæ Majeſt. q. 112. n. 184. Modeſtin. Piſtor. Vol. 1. conſil. 24. n. 1. Köppen Deciſ. 20. n. 4. Socin. Senior. L. 3. conſil. 67. col. 6. Paul de Caſtro conſil. 228. Cacheran. Deciſ. 30. n. 4. Menoch. conſil. 1. n. 159. Reinking de R. S. & Eccleſiaſt. L. 1. claſſ. 5. c. 6. n. 2. & ſeqq cum allegg. confer. Stephani de Jurisdict. L. 1. c. 3. n. 39. Knichen* Tr. *de ſublimi* Territor. *Jure c. 1. num. 121. Mauritius* Tr. *de Reſtit. in Integr. cap. 1225. n. 2. Beſoldus de Regalibus c. 2. n. 5.*

Th. 3. Non tamen ſimpliciter nec indifferenter hæc veniæ datio, Minoribus competit, ſed (1) edoctâ prius morum Vitæque probitate & honeſtate, (2) probato annorum numero, qui in maſculis dignoſcitur poſt ann. 20. in fœminis verò completo ann. 18. utpote quas morum honeſtas, mentisque commendat ſolertia, *l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr.*

quam tamen ætatem in Illustribus personis non semper observari, notat *Matth. Stephani de Jurisdict. L. 2. P. 1. c. 1. membr. 2. n. 137. seq.* Sed cur à Curatelâ non citius liberantur Fœ-
4 minæ, quàm Masculi, nec citius beneficio Restitutionis
5 privantur? Resp. Favor illarum qui in rebus servandis præeminet, hoc non admittit, cum dotatas esse Mulieres, publicè intersit, ad hoc, ut eô facilius Virum inveniant, *l. 2. D. de J. Dot.* ast in personâ Mulieris h. l. tale præjudicium cessat. Ergò.

1 Th. 4. Ergò personale hoc in genere est dicendum Beneficium, Minoribus Rescripto Principali singulariter indultum, quod ad Res eorundem **regulariter** non pertinet, *l. 2. §. 1. in fin. C. de his qui ven. æt.* quia in bonorum alienatione, similis est omnium Minorum conditio, sive petita sit, sive non, ætatis venia, *l. 3. C. d. t.* ratio rationis est, quod in favorabilibus quidem personarum Juribus valeat Principis dispensatio, non tamen in odiosis, rerum dispendia concernentibus; cum nec casus in futurum possit Princeps prævidere, nec privatis privatorum actibus imperare,
2 nec Judicii defectum in rebus agendis supplere. Diximus: **regulariter**: quia nonnunquam Princeps supplicanti specialiter alienationem Rerum permittit, *l. 2. C. quando Decreto non est opus.* quod etiam rationabiliter procedit, per ea
3 quæ deducit *Bocerus de Regal. cap. 2. n. 134.* Quæritur autem, an qui veniam ætatis petiit, postea observans, se non esse satis aptum ad Res suas administrandas, adversus impetra-
4 tionem possit restitui in integrum? Affirm. (1) quia per hanc ipsam impetrationem potuit ex imprudentiâ concedentis lædi, adeoque potest restitui, *arg. l. 2. verb. in Judicio. C. si Tut. vel Curat. interven.* (2) Venia ætatis est in favorem Minorum introducta: ast favori pro se introducto, unusquisque potest renunciare, *l. pen. C. de pact.* (3) secus hæc impetra-

petratio ætatis, præjudicaret & publico, & privato Mino-
ris commodo. Publico, quia per hoc Minor in malos mo-
res incideret; privato, dum à Judicio rejicitur, qui tamen
ad Patrimonii bona administranda se imparem profitetur.
Utrumque est injustum & iniquum. Ergò. (4) Imò, Resti-
tutio conceditur ob lubricum ætatis, sive fragile & infir-
mum Minoris consilinm, *l. 1, D. de Minor.* quæ causa etiam hoc
casu obtinet. *add. Mauritius de Restit. cap. 22. & 226. Hilliger*
ad Donell. L. 21. c. 12. lit. Z. Francisc. Caldas de Pereyra ad l. 3. verb.
læsis. n. 68. C. de in Integr. restit. Minor. Dissentiens *Sfort. Odd.* 5
Tr. de Restit. in Integr. P. 1. q. 23. art. 10. & cum eo *Butrig.* opp.
(1) quod per talem ætatis impetrationem, Minor sit major
factus, *l. 2. & t. t. C. de his qui ven. æt.* Majori verò non compe-
tit Restitutio in Integrum. Resp. ad minorem, negando, 6
quia propter veniam, immaturo consilio datam, reverâ
existit Minor. Opp. (2) *arg. ex l. 9. §. 4. D. de Minor.* unde 7
apparet, quod Minor statum suum mutans, quasi ex pro-
prio facto, propriaque culpâ beneficii indignus, non pos-
sit restitui: ast videtur statum suum mutasse, qui cum Mi-
nor esset, & sub Curatore vivere deberet, perinde ut major
idoneus declaratur. Resp. Itidem neg. Minor, quia hîc non 8
vera, & quatenus talis, h. e. malitiosa occurrit status muta-
tio, de quâ in *d. l. 9.* agitur. Opp. (3) quod aliàs nullius 9
effectûs foret illa veniæ impetratio, & scrupulosa morum
inquisitio. Resp. Utique effectum habet veniæ impetratio, 10
quo usque adhuc est valida, non verò, quando est rescissa.
Opp. (4) *l. 1. C. d. t. de his qui ven. ætat.* Responsio est eadem. 11
vid. Dn. Struve Ex. ad P. VIII. th. 53. ibiq; in Resolut. ubi aliam, 12
maximè pertinentem quæstionem subjicit, & solidè, more
suo, resolvit.

Th. 5. Sed ad rem. Præter Minorem, etiam aliis perso- 1
nis est dandus Curator, utpote furioso & prodigo, quibus
IPSO JURE bonis interdicitur, modò priùs declaratio per 2

sententiam Judicis, prævia causæ cognitione, fuerit facta. *Gutierez de Tutel. P.* 1. *c.* 19. *num.* 5. quia prodigalitas in facto consistit, adeoque Decretum Magistratûs præsupponit, *l.* 10. *l.* 16. §. 1. *D. de Curator. furios. l.* 9. §. 7. *D. de R. C. l.* 12. §. *fin.*
3 *D. de Tutor. & Curat. dat.* ut ita minus necessaria sit verbosa correctio, quam *B. D. Hahn*, citra meritum *Wesenbecii Parat. Dig. de Curat. fur. in observat. Theor. Pract. ibidem* facit, quia ipse Wesenbecius cognitionem Judicis non excludit, nec
4 fortè L. XII. Tabb. rejicit. Furioso accedit mente captus, *l.*
5 2. *C. de Curat. fur.* item surdus & mutus, quoniam & hi rebus suis superesse non possunt, *l.* 8. §. *fin. l.* 12. *pr. D. de Tutor. & Curat. dat.* at non nisi VOLENTES Curatores accipiunt; & hactenus à reliquis differunt, non obstante §. 4. *Inst. de Curator.* ubi quoad necessitatem dandi, non verò accipiendi, invicem conveniunt. *B. Dn. Ungepaur. Ex. Just. IV. q.* 10. *in Ajo.*

1 Th. 6. Affinis huic materiæ est Mariti in Uxorem cura, quæ moribus Saxonum, per thori ingressionem introducitur, prout videre est *L.* 1. Land R. *art.* 45. & *L.* 3. *art.* 45.
2 Weichbild. *art.* 65. adeoque J. Civ. quodammodò incognita videtur hæc Curatelæ species, *pr. Instit. de Curat. l.* 2. *C. qui dare Tut, vel Curat. p. & qui dari non p. l.* 14. & 15. *D. de Curat. fur.* Rationes *vid. ap. Schneidew. Comm. Instit. tit. de Excus.*
3 *Tut. vel Curat.* §. 19. *n.* 1. cum solenni tamen satisdatione, & aliâ observatione, liberam intercedendi habet Maritus in uxoris RECEPTITIIS facultatem, ne fœminæ persequendæ litis obtentu, in contumeliam Matronalis pudoris irreverenter irruant, & conventibus Virorum & Judiciis sese
4 immisceant, *l.* 21. *C. de Procurator.* Non obst. *l. ult. C. de pact. convent.* quia ibi traditio fœneratitiarum cautionum, pro præstatione consensus habetur; ubi autem consensus Mulieris intercedit, nullâ opus est satisdatione, *d. l.* 1. 21. *in fin. C. de Procurat.*

Procurat. vid. Dn. Brunnemann. Jus Justin. Exercit. V. ad §. 19.
Inst. de Excusat. Tut. *Arumæus Disp. P. V. th.* 17. *Hilliger ad Do-*
nell. L. 18. *c.* 12. *lit. L.* Moribus satisdatio quidem seu cautio 5
per Fidejussores non desideratur, sed sufficit cautio, quæ
fit per nudam promissionem de rato, *Sande Decis. Frisic.*
L. 1. *tit.* 2. *defin.* 3. Aliquando verò, nec sufficit in Foro Sa- 6
xon. Mariti, tanquam Conjugalis Curatoris consensus, sed
Extranei quoque præcisè requiritur; veluti si Uxor cum
Marito, vel saltem in ejus commodum contrahat, quia ne-
mo in rem suam Author ritè existit, *l.* 1. *pr. D. de Auctor.* Tu-
tor. VVesenbec. Vol. I. consil. 11. *n.* 4. *Rauchbar. Qq. Pract. P.* 1. *q.*
2. *n.* 48. Idem est, quoties ex contractu Mulieris, summum 7
redundat periculum, pro ut fit in quietatione, ac renuncia-
tione totali Hereditatis, aut fundi dotalis alienatione, *Ber-*
lich. P. 2. *conclus.* 17. *n.* 37. quo haud dubiè respexit Serenis. 8
Elector. Sax. *P.* 2. *constit.* 15. §. gleichergestalt verb. ohne
vorwissen und Authorität ihrer ehelichen und andern ver-
ordneten Vormünder &c. arbitrante *B. Carpzov. de J. Fœ-*
minar. Decad. 3. *posit.* 8. Simile Personarum Jus, etiam in Vi- 9
duis & Virginibus bona sua immobilia alienanti-
bus obtinet, uti patet ex *d. Constit. Elect.* 15. in verb. wie denn
auch Wittben und Jungfrauen / so unmündig (ausge-
schlossen die unbeweglichen Güter) mit ihrer fahrenden
Haab zu thun / dieselbe so weit die Rechte nachgelassen /
zuvergeben / ohne Vormünden beständig und verbünd-
lich zuschliessen / und zu handeln / hiermit unbenommen
sein soll &c. Dicis: atqui ex his Novellæ verbis apparet, 10
quod de bonis suis mobilibus, liberè, & absque ullo Cura-
tore possint innuptæ ac viduatæ personæ disponere; Uxor
verò non; adeone majori favore sunt dignæ nuptæ, quàm
innuptæ, quæ tamen absque fideli protectore sunt relictæ,
& majoribus imposturis ac deceptionibus, injuriis & peri-

 culis

11 culis expositæ? Resp. Virgo, cum sit persona libera, uti & Vidua, nullius potestati subjecta, & parsimoniæ ac tenacitati naturâ dedita, rectè de rebus mobilibus disponit; non item Mulier, quippe quæ Mariti voluntate regitur, eidemque in his bonis defunctâ Conjuge, successio debetur. *Virgilius Pingitzer Quæst. Sax. Pract.* 28. *num.* 12. *Matth. Coler. P.* 1. *decis.* 61. *n.* 5. *Hieronym. Pantschmann P.* 2. *q.* 5. *n.* 12.

1 Th. 7. Illud adhuc Colophonis loco notandum, quod hodiè ex generali quadam, ubique locorum, præsertim in Germaniâ, receptâ consuetudine, Tutela & Cura cohære-
2 ant, ita ut Tutor post pupilli pubertatem, etiam Curatoris officium usque ad adultam ætatem, etiam absque novo Judicis Decreto sustineat, sicque Tutela in Curam transeat,
3 scilicet propter tacitum tàm Tutoris quàm Pupilli consensum, qui per utilitatem causæ colligitur. *Dn. Brunnemann ad pr. Instit. de Curat. & Dd. communiter, Ritterschus. Heigius Harprecht*, Schultz *ibid. vid. Gail. L.* 2. *Observ.* 86. ubi *n.* 6. id &
4 in Camerâ Imperiali observari tradit. Est verò adulta Minorum ætas varia, inter plebejos J. Rom. anni 25. per *l.* 3. §. 3. *D. de Minor.* Jure Saxon. ann. 21. *text.* im LandR. *L.* 1. *art.* 42.
5 Lehnr. *cap.* 26. vers. doch müssen Sie. Utroque tempore naturaliter, h. e. de momento in momentum computato, & ideò completo, veluti probat *Dn. Struve Ex. VIII. th.* 42.
6 Singulare quid obtinet in personis Illustribus, quibus spatium ann. 18. utiliter cedit, juxta *Aur. Bull.* Caroli IV. *cap.* 7.
7 ita ut Electorum Filii primogeniti hoc ipso tempore, non solùm ad Electoratûs Dignitatem, Vocem & Sessionem, sed etiam Principatûs sui administrationem, legitimè perveniant, *d. cap.* 7. *& cap.* 20. quemadmodum in personâ Christiani II. Elect. Sax. & Friderici IV. Electoris Palatini, h. m. fuisse decisum, attestatur *Dominic. Arum. ad A. B. Discurs. IV. th.* 14. *jung. Buxtorffius ad eand. d. c.* 7. *diss.* 86. *circa fin.* quem ad hoc citat ejusdemque R. R. decidendi calculo suo confirmat

firmat

firmat *H. Hermes Fasciculo J. Publ. c. 14. n. 44.* Ratio singularitatis est in aprico (1) quia tales Principes, Consiliario- 8
rum ope & auxilio, ex asse sublevantur, exemplo D. Augusti Imper. *pr. Instit. de Codicill.* itemque JUSTINIANI, *§. ult. Inst. de Fideic. Hæred.* add. (2) quod generosa indoles & sollicita educatio facilè annos in Filio Electorali pubere compenset, *arg. §. ult. Inst. qui & ex quib. c. manum non p. Limnæus de J. Publ. L. 3. c. 7. n. 37.* Ex prædictis autem non sequi- 9
tur, quasi nullum amplius supersit Tutelæ & Curæ discrimen, siquidem potest fieri, ut Tutor tutelam deponat, & Minori Curatorem dari petat, *Gail. d. loco.* quod ipsum etiam 10
J. Sax. obtinere, contra *Dn. Richterum P. I. decis. 13. n. 16.* statuit *B. Carpzov. in J. prud. F. R. Saxon. P. 2. constit. 11. defin. 10.*

CAPUT VI.

De Civilibus M. Dignitatibus in specie NOBILIUM.

Th. I.

Ad methodum præscriptæ *l. ult. D. de capit. minut.* subsequi- 1
tur Status Civitatis, itidem relatus, ubi personæ sunt vel Cives vel Peregrini. Missis his in præsentiarum Nos con- 2
vertimus ad Cives, qui gaudent Jure Civitatis, Germ. dicicitur das Bürgerrecht / & ad omnes in Orbe Romano favorabiliter pertinet, *l. 17. D. de Stat. Hom.* nisi impediatur tur- 3
pi & famoso alicujus facto, honestioribus præprimis in certâ Dignitate constitutis, infenso, *l. 2. C. de Dignit. Libr. XII.* etiamsi ipso Jure non semper sit notatum, sed Hominum 4
opinioni, hoc est, honestorum Virorum Judicio saltem commissum. Per interpretationem audit Infamia Facti, 5
fundata in *§. 1. Instit. qui & ex quib. caus. manumitt. l. 2. pr. D. de obseq.*

obseq. Par. & Patron. præst. l. 13. C. ex quib. caus. Infam. irrog. l. 3.
§. 5. in fin. D. de Testib. l. 27. C. de inoffic. Test. l. 25. C. ad L. Jul. de
6 *Adult. l. 5. §. 2. D. de var. & extraord. cognit.* cui Dd. sententiæ,
communi calculo subscribunt *Rennemann J. prud. Rom. Germ.*
univ. membr. 1. Disput. VIII. th. 31. Arum. Disput. Pand. V. th. 9.
D. Struv. Exercit. VII. th. 16. Schneidevv. Comm. Inst. de suspect. Tu-
tor. §. 6. n. 3. Colleg. Argentorat. tit. de his qui not. Infam. n. 2. B.
Ludvvell. Exerc. XVII. th. 8. lit. D. VVesenbec. in Parat. Dig. d.
7 *tit. de his qui not. Infam. ibiq. Dn. Hahn P. M. & alii.* Dissent. *Do-*
nell. Comm. Jur. Civ. Libr. 18. tit. 6. motus *arg. l. 5. §. 1. D. de*
8 *var. & extraord. cognit.* Resp. Lex vel immediatè
quem notat, & est Infamia Juris, de quâ vid. exemplariter
l. 1. D. de his qui not. Infam. vel mediatè, justâ Hominum
censurâ, & est Infamia facti, quam effectivè respicit *l. 2. D.*
de Senator. aliàs vocatur turpitudo, ac Infamiæ Juris, sim-
9 pliciter & κατ' ἐξοχὴν positæ, contradistinguitur in famosâ
10 *l. 27. C. de inoffic. Testam.* Tali turpitudine etiam laborant
spurii, per ea quæ probat *Arnisæus L. 2. de Rep. cap. 2. sect. 13.*
Sutholt Dissert. 9. aphor. 82. B. Dn Ungep. Ex. Justin. VIII. q. 12.
in Ajo. & confirmat sequens Helmstadiensium responsum,
datum ad requisitionem Friderici Römeling zu Minden/
d. 8. Julii ann. 1600. in verbis: Daß von Dieterich L. das-
jenige was er wegen vorbemelten Testaments und sonst
von seinem Vater ererbet/ auf seine hinterlassene Concu-
bin und zwey uneheliche Töchter durch ein Testament/
darin Elisabeth seine vollbürtige Schwester/ itzo eure
Haußfrau/ vorbey gegangen/ beständiglich nicht hat
mögen gebracht werden/ sondern ist auff euer ansuchen
solch Testament/ als inofficiosum zu rescindiren/ und
eure Haußfrau zu ihres Bruders Erbgütern/als die näi-
11 heste zu verstatten V. R. W. Dissentit *H. Pistor. P. 1. q. 30.*
n. 26. Gœhausen Pericul. Academ. P. 2. q. 5. B. Dn. Hahn, Observ.
Theor.

Theor. Pract. ad d. tit. de his qui not. Inf. n. 2. sibi ipsi contrarius *in rad. decid.* 3. *&* 4. quibus tamen satisfacit *B. Dn. Fiebig. in Vindic. Frantzk. Semi Decad.* 7. *q.* 5. *it. B. Ungep. cit. loc. add. Cardinalem Gabriel Palæotum Tr. de Nothis & Spuriis cap.* 55. *& seq.* qui ita pro spuriis disputat, ut propriam causam agere facile videatur, *ex mente Sutholti d. l.* 12

Th. 2. Dividuntur verò Cives magistraliter, quod alii sint in Dignitate constituti, alii non. *D. Struv. J. prud. Rom. Germ. For. L.* 1. *tit.* 13. *aphor.* 2. Illis annumerantur primò NOBILES, ita dicti, vel quod sint cumprimis noscibiles, hoc est, famâ ac sermonibus hominum incluti, *Tholosan. de Republ. cap.* 2. *n.* 8. *Tiraquell. de Nobilit. c.* 2. *pr.* vel instar Aquilæ, cæteros Virtutum gloriâ præcellentes, *Besold. Thes. Pract. verb.* Adel. Significatio Nobilitatis est varia, tradente *Reinhard* König *in Theatr. Polit. L.* 1. *c.* 1. *n.* 226. 232. 142. *& seqq.* quemadmodum conditio Nobilium diversa, dum alii sunt Nativi, alii Factitii, gemachte Edelleute. Vid. commentantes *Simonem Simonium, Bonum Curtilium, Hieronym. Osorium, Sinibald. Ubaldum, & Severum Christ. Olpium Profeß. quondam Salanum, in Disput. de Verâ Nobil. A.* 1662. *habitâ.* Nativi appellantur, qui ex Nobilibus Parentibus sunt procreati, licet à matre plebeja fuerint producti, *uti supr. cap.* 3. *circ. fin.* à nobis probatum; quibus Juribus addi potest *B. Carpzov. P.* 3. *constit.* 37. *defin.* 1. *It. Hermes cap.* 32. *n.* 51. *Tiraquell. c.* 18. *n.* 3. *& seqq. Alciat. in l.* 195. §. 1. *de V. S. n.* 6. *Felin. in cap.* 13. *X. de Judic. num.* 2. *It. Vultej. L.* 2. *consil.* 17. *n.* 46. *& seqq. Theod. Reinking de R. Sec. L.* 1. *class.* 5. *c.* 11. *n.* 33. *Chassanæus in Cathal. Gloriæ mundi P.* 8. *consil.* 8. Quod ampliatur, ut etiam ad Feuda in Camerâ & Saxoniæ Electoratu tales Liberi admittantur, quo de fidem faciunt *Regner. Sixtin. Libr.* 2. *consil. Marpurg.* 9. *Vultej. dict. consil.* 17. *Schurff. Centur.* 1. *consil.* 1. *n.* 17. *B. Carpzov. in J. prud. Ecclesiast. L.* 1. *tit.* 11. ubi præjudicium affert. Nec obstat (1) ejusmodi liberos ex consuetudine locorum non admitti in ludis Tor-

1 2 3 4 5 6 7

 neamen-

neamentorum Equestribus v. gr. ad Hastiludia, zum freyen rennen / it. annuli immissionem, zum Ringelrennen / vel Cornelstechen / nisi Nobiles utroque parente Nobili progeniti, & quatuor Avis Paternis condecorati, von vier Väterlichen und Mütterlichen Ahnen gebohren / *vid. Autor* des Tornierbuchs. *tit.* Verkündigung aller Tornier Freyheit. §. Und ob ein Torniergenoß. Ast hoc est proprium
8 Nobilium, *Nolden de Nobilit. cap.* 8. §. 1. Ergò. Resp. 1. ad Majorem. Neg. conseq. quia majus & minus non variant speciem, sed tantùm gradus rei inducunt. Resp. 2. ad Minorem. Hæc consuetudo non est generalis. *Tiraquell. de Nobilit. c.* 10. *num.* 6. *Matth. Stephan. L.* 2. *de Jurisd. P.* 1. *c.* 1. *membr.* 2.
9 nec juris, sed potius facti dicenda. Opp. (2) quod nec in Collegia Canonica superiora recipiantur, sie seyn dann vollbürdige Rittersleute / die ihre Ahnen mit Schild und
10 Helm beweisen können. *Bocerus de Regal. cap.* 2. *n.* 4. Resp.
11 Et hoc est singulare Jus, quod nobis non officit. opp. (3) Imò contradicit: Dignitas enim Virorum ab eorum Nobilitate est alia atque alia, quippe cum hæc solo sanguine vel Principis Rescripto deferatur. *Matth. Stephani de Jurisdict. L.*
12 2. *c.* 8. *membr.* 2. *n.* 77. *seqq.* Resp. Hoc etiam volumus: nam & nostro casu à Patre Nobili confertur sanguis & per semen communicatur. Sed non valet contrà, si scil. Pater sit plebejus, & Mater Nobilis, quia in Dignitate & Familiâ liberi non Matrem, sed Patrem sequuntur, *l.* 19. *D. de Stat. Hom. l.* 10. *D. de Senator. l.* 3. *C. de Murilegulis. Libr. XI. l.* 36. *C. de Decurion.*
13 *libr. X. It. Hermes dict. cap.* 32. *n.* 57. *Dn. Struv. Ex. III. th.* 45. Et hæc Nobilitas dicitur Generis, *l. ult. C. de Incol. libr. X.* quasi hereditaria, ab antiquitate Generis & Sanguinis propagatione orta, *l.* 1. *C. de Dign. Libr. XII. l.* 1. §. 3. *D. ad SCt. Macedon.*
1 Th. 3. Factitia Nobilitas est eorum, qui propter togatæ vel armatæ Virtutis præclara merita, à Superiori donantur, & in vicem singularis Honoris condecorantur. Hæc itidem

est

est J. Naturæ consentanea, quippe quod exigit, ut ii, qui Virtute & Meritis in Remp. alios antecellunt, præ aliis Honore & Cultu afficiantur, *Aristot. Lib.* 3. *Polit. cap.* 8.
Notanter dico: Virtute & Meritis: quia proce- 3
ritatem Corporis, præstantiam formæ, aliasque Fortunæ accessiones, Jus Naturæ non multum attendit. Sed & Juri 4
Gentium candem acceptam ferimus, quod usu exigente, & quò magis incitarentur Homines ad patranda egregia facinora, posteris quoque honorem exhibuerint, & ferè præstantes sibi familias, omnes moratiores populi delegerint, quas colerent & venerarentur. Hoc modo coluerunt Judæi 5
familias eorum, qui à Moyse in consilium Sanhedrin adsciti fuerunt, *Exodi cap.* 18. *Cunæus de Rep. Hebræorum L.* 1. *cap.* 12. & inprimis Aaronis posteros, *Idem ibid. L.* 2. *c.* 1. Græci 6
progeniem Regum ac Heroum, Romani & Veneti, Patricias familias, *Halicarnass. L.* 2. *Contarus de Venet. Republ. L.* 1. Alii alias: ut dubium adeò non sit, quin Gentium Jure, Dignitas etiam Generis nitatur, quæ Nobilitas appellatur.
Quo usque verò extendi Cultus ille debeat? Quas potissi- 7
simùm in conferendâ Nobilitate, Virtutes respexerint Populi? An pari veneratione prosequendii Filii, Agnati, Ascendentesque? Quibus privilegiis eandem muniverint, id Juris positivi sanctionibus determinatur, quæ secundum mores ac instituta variarum Gentium variant. Prodeat u- 8
nus ex omnibus in Rep. Rom. Legislator Romulus, qui exemplo Atheniensis Civitatis, istâ tempestate maximè florentis, Virtute & Genere illustres, opibusque præstantes à plebe discrevit, & PATRES appellavit, ut essent, ex quibus tanquam seminario perpetuo, Senatores omni tempore legerentur. *Halicarnass. d. L.* 2. Ex his Patribus prognatos, 9
PATRITIOS dixerunt, *Dionys. cit. loc.* alibi Nobiles, *Livius*

 Libr.

Libr. 2. interprete Pomponio JCto *in l.* 2. §. 43. *de Orig. Jur.*

Turpe esse, Patritio & Nobili, Jus Civitatis, in quâ versatur, ignorare.

10 Tales olim fuerunt & hodienum existunt, Argentorati, Francofurti, Luneburgi, Norinbergæ, VRATISLAVIÆ, Træmoniæ, Brunsvigæ, Wormatiæ, Franconiæ, Augustæ Vindelicorum, Ulmæ &c. in quorum laudes, ne Homeri Ilia-

11 dâ scribere videar, hic descendere supersedeo. Nobis appellantur die Geschlechter / & vocantur alii Civitatenses Stadtjunckern / alii Rurenses Landjunckern / in quorum prærogativâ cum Nobilibus definiendâ, Judicium meum suspendo.; *vid. Tiraquell. de Nobilit. cap.* 2. *n.* 61.

1 Th. 4. Competit autem Nobilitandi Jus primariò summo Principi & Imperatori, *l.* 3. *C. de Dignitat. Libr. XII. l.* 3. §. 2. *C. ubi Senator. vel Clariss. l.* 31. *D. de LL. l.* 1. *D. de Constitut. PP.* §. 6. *Inst. de J. N. G. & C. Reinking. de R. Secul. L.* 1. *class.* 5. *cap.* 6. *n.* 15. qui etiam Nobilissimus audit *in l.* 3. *D. de Na-*

2 *talib. restit.* & post Imperatorē in Nostrâ Rep. etiam Regi Romanorum, tanquam Archi-Duci Austriæ, Reichsabsch. *de A.* 1548. §. wiewohl auch, ibi: daß die Graven und Herren / so kürtzlich ihre Dignitäten erlanget / solten in recognitionem præeminentiæ, so sie von uns / unserm freundl. lieben Bruder / dem Römischen Könige empfangen &c. *confer. Besold. Thes. Pr. voc.* Freye Ritterschafft. *Bocerus de Regal. c.* 7. *n.* 2. *Sixtinus de Regal. L.* 1. *c.* 4. *n.* 9. *Dn. Arum. Disc.* 2. *ad*

3 *A. B. cap.* 20. Quod ipsum Jus hodienum pro singulari Domûs Austriacæ Privilegio, per universum Imperium habendum, *Dn. Conrad. Carpzov. in Disp. suâ Inaug. de Regal. Wittebergæ habit. A.* 1618. *th.* 17. *Illustris Dn. D. Thomæ in Colleg. J. Publ. ad Lampad. cap. de Archi-Duc. P. Fritzius de Nobilit. conclus.* 8. *Nolden de Nobilit. c.* 2. *n.* 177. *Vultej. de Feud. L.* 1. *c.* 8. *n.* 10.

4 veluti in ipsis Privilegii verbis avthenticis cautum legimus apud

apud *Limn. L. 6. c. 1. n. 33.* h. m. das Sie und ihre Erben und Nachkommen / in allen ihren Landen / Herrschafften und Gebiethen / Graven / Freyherren / Ritter / auch düglsame und verdinte Personen / von neuen Edel machen / denenselben Wapen und Kleinod / mit Schild und Helm / und mit allerley Zierheit geben und verleihen &c. also daß dieselbe von Käyserl. Gewalt gemacht / geordnet und creiret, der Gebräuchen üben und zumessen von Gerechtigkeit und Gewonheit &c. Nec officit quicquam par- 5
ticula restrictiva, in Ihren Landen/quippe quæ minimè ad eorum Ditiones ita est restringenda, quasi in iisdem creati non nisi in ibidem etiam pro talibus essent habendi, sed omninò extra suas Provincias, eos pro veris voluisse haberi, censenda est propensa Imperatoris munificentia; licet non 6
eodem modo, quo Imperator semper & ubique in Imperio, novos æquè creare possint: hoc enim unum Reservatum Imperatoris esse videtur. *add. Reinking. de R. Secul. L. 1. class. 4. c. 10. Reinhard.* König *Theatr. Polit. 1. c. 1. n. 255.* ut taceam, 7
quid Dissentientes *(Limnæus de J. Publ. Tom. II. L. 5. c. 2. lit. e. f. g.)* velint reponere iis, qui etiam cæteris Sacri Rom. Imp. Principibus & Statibus v. c. Electoribus, *Limn. L. 6. c. 1. n. 40. & seqq.* Ducibus, Marchionibus, *Sixtin. de Regal. L. 1. c. 4. n. 23. seqq.* Landgraviis, *Fichardus Tom. I. consil. 77. n. 5.* Comitibus, *Sichardus in l. 3. C. de Testament. n. 5.* Baronibus, *Schrader de Feud. part. 10. sect. 1. n. 28.* in suis Territoriis concedunt, referente *H. Rennemann. membr. 1. Disput. VII. th. 6.* quorum nomina, si quis enumerare vellet, non multò breviorem texeret cathalogum, quàm est Homericus Græcarum navium. Rationes illorum *vid. ap. H. Hermes in Fascic. J. P.* 8
cap. 12. n. 21. & cap. 32. n. 26. ibiq. aligg.

Th. 5. Sed quid de Augustâ judicandum? Negativa 1
placet *H. Hermes d. cap. 32. n. 20.* quem juvat ratio, quod Jus Nostrum in Imperio, ut in Galliâ Lex Salica, Colum & Foe-

 minas,

minas, ab officiis & actibus publicis excludat, *l. 2. de R. I.l.* 1.
2 *§. 5. verf. Sexum. D. de postul.l.* 12. *§. 2. D. de Judic.* N. O. *l.* 31. *D. de LL. l.* 8. *D. de Senator. l.* 13. *C. de Dignit. Libr. XII. l. ult. C. de*
3 *Nupt. Novell.* 8. *c.* 1. *pr.* Resp. Hi txx. extra suum tertium non sunt trahendi, hoc est, debent ad Reverentiam, Immunitatem, Vacationes, & similia Fœminarum Jura referri, neutiquam verò ad omnia Regalia & Principis Reservata ex-
4 tendi, *arg. l.* 6. *D. de pignor.* Sed quid Juris in Papa & Pontifice Romano? N. Ratio pro Negativâ est, quia Pontifex, quatenus talis, non habet Regalia, *Ernest. Cothmann. Re-*
5 *spons. Academ.* 32. *n.* 8. Rectè: neque enim pollet aliquâ Majestate, ex verâ Protestantium mente, ut ut eam de facto sibi arroget. *Dn. Bechmann Exoter. ad A. B. tit.* 2. *verb. omnes sancti.* Frustrà negantibus Papicolis, utpote in propriâ suâ causâ Testibus & Judicibus, adeoque rejiciendis, *per l.* 10.
6 *D. de Juridict. l.* 10. *D. de Testib. l.* 10. *C. eod.* Ne tamen in justitiâ hujus puncti simus plus justò rigorosi Rerum Arbitri, damus aliquid Pontifici, utpote qui ex conniventiâ Imperatoris baculum Aaronis & gladium Nimrodi, unâ manu tenet, ut eo ipso quoad Italiæ terras, Jus Nobilitandi habeat, veluti exempla refert *Matth. Stephani de Jurisdict. L.* 3. *P.* 1. *c.* 3. *summar.* 17. *n.* 66.

1 Th. 6. Jus hoc exercet Imperator vel immediatè, vel
2 mediatè. Immediatè & per se illud efficit (1) ipso facto, nimirum splendidi officii collatione v. gr. in Cancellarium vel Consiliarium Palatii sui quem assumendo, *l.* 19. *init. C. de Testament.* quales sunt, qui præsunt Consilio Cæsaris Aulico, vel Supremo Cameræ Judicio, die des Käysers Räthe am Reichshoferathe / oder am Cammergerichte seyn. (2) certis solennitatibus adhibitis, utpote, Diplomatis collatione, *l.* 3. *§.* 2. *C. ubi Senat. vel Clariss.* wenn einem wegen seiner Thaten ein sonderbahrer Wapenbrieff mitgetheilet wird. *add. arg. ex l. un. C. de Equestri Dignit. Libr. XII.* Mediatè illud
3 perficit, cui singulariter Vicario nomine concedit, *Sixtinus*

de

*de Regal. cap. 6. n.*104. qualis est Elector Palatinus, *Limnæus L.5.c.9.n.* 8.it. Comes Palatinus, *vid. D. Toomas Sagittarius Dispiut. Inaugur. de Jure ac Privileg. Comit. Cæsar. Palatin. A.*1619. *Jehnæ habitâ, th.* 33. *lit. B.* ita ut etiam aliquando ad Comitis 4
Palatini heredes tale Privilegium extendat, pro ut simile exemplum curiosè annotavit *Plur. Rever. Dn. M.* Beier/ *in Syllabo Rector. & Profess. Jenens. p. m.* 838. ex diplomate 5
Caroli IV. Imp. Rom. *dato Pragæ A.* 1363. *suo Consiliario, Civiq; Veneto, Johanni Amadi, ejusq; Filiis, Francisco & Amato, Integræq; Familiæ de Amatis, quibus in perpetuum ad honorem Comitum Palatinorum evectis, liberam concessit potestatem, non modò legitimandi, adoptandi, emancipandi, manumittendi, Cives Romanos creandi, Tabelliones atq; Dd. pronunciandi; verum etiam Milites armatæ militiæ faciendi, Infames redintegrandi, crimine læsæ Majestatis absolvendi, & ignobiles NOBILITANDI, ac porrò Illustres, Spectabiles, Clarissimos, item Comites, Valvasores, Capitaneos, majores, medioximos, minores, creandi.* Nihil dicam de generali Comi- 6
tivæ Dignitate, quam per XX. annor. Juris Professionem, Rescripto suo concesserunt Impp. Theodosius & Valentinianus *in l.un. C. de Professor. qui in Urbe Constantinopolitanâ docentes, ex Lege Comitivam meruerunt Libr. XXII.* quam minus rectè ad Urbis Constantinopolitanæ Professores restringit *Reink. de R. S. E.* 1. *c.* 5. *cap.* 11. *& ult. n.* 54. censore *Hermes. cap.* 33. *n.* 165.

Th. 7. In thesi igitur remanet, quod non sit res privati 1
pro lubitu sibi Insignia fingere, sed Superioris dispensationi debeat relinquere, quia de Regalibus Principis est. *H. Rennemann J. prud. Rom. Germ. Univ. membr.* 1. *Disput. XIII. th.*13. *Dn. Struve S. J. F. cap. 6. aphor.* 14. *Sixtin. de Regal. L.* 1. *c.* 7. *n.*3. Neque enim Domitiana hæc videbitur quæ- 2
stio, qualis occurrit in *l.* 27. *D. qui Testam. fac. poss.* siquidem suos habet Adversarios, qui pro contrariâ parte ita insurgunt: Nomina citra fraudem licet alicui adsumere, *l. un. C. de mutat. monet.* Ergò & insignia. Ratio consequentiæ est: quem-

quemadmodum enim Nomina sunt inventa ad res & homines cognoscendos, *l. 10. C. de ingen. manumiss.* ita etiam in-
3 signia ad dignoscendas Familias. Resp. conced. totum argumentum in terminis propositum: ast sicubi fraus concurrat, omninò secus est v. gr. quando insignia quis fingit **mit offenem Helm / Schild / und geflochtener Cronen** / tunc sine dubio falsi Crimen incurrit, per expr. tx. *l. 27. §. 2. D. ad L. Cornel. de falsis. Nolden. de statu Nobil. c. 21. n. 104.* pro ut varia delinquentium exempla hâc de re notat *H. Herm.*
4 *cap. 32. n. 45.* Quod attinet discrepantiam colorum & Imaginum in insignibus conferendis, eam Heroldis decidendam relinquimus, & iis qui in libris Torneamentorum vocantur **Kündiger der Wapen.** *conf. Theodor. Hopping. de insignium sive Armorum prisco & novo jure, cap. 8. §. 1. membr. 6. n. 140. & seqq.* ubi etiam de insignium origine. *add. Nolden d. cap. 21. n. 27. Limnaeus L. 6. c. 6. n. 8.*

1 Th. 8. Properamus jam ad finem Nobilitatis per Superiorem collatæ, qui in eo consistit (1) ut Dignitatum ordo, & ordinis geometrica servetur æqualitas, in quâ solâ Imperii residet Salus publica, ejusque fundamentum, *l. 2. C. ut Dignit. ordo serv. Libr. XII.* cum nihil æquè Reip. sit perniciosum, quàm simplex personarum æqualitas, *Obrecht. disputat. de Regal. th. 125.* cui subscribit *Nolden cap. 7. n. 56. Bo-*
2 *dinus de Rep. L. 3. cap. 8. pr.* Hâc ratione Nobilis antiquus, novo antefertur, *l. 1. pr. D. de albo scrib.* minor in Dignitate, majori postponitur, *l. 3. pr. D. de alienat. Judic. mut. caus. fact.* & Nobilis à plebejo separatur, velut de Theseo, Athenarum Conditore refert *Plutarch. in ejus vitâ*, de Romulo, *Dionys. Halicarnass. L. 7. Antiquit. Roman.* de Solone, Atheniensium Legislatore, *Tiraquell. de Nobilit. cap. 7. n. 4.* de Saxonibus
3 circa Connubii vinculum recenset *Nolden cap. 7. n. 18.* (2) ut debitum Virtuti constituatur præmium, *arg. l. 5. §. 3. D. de Jur. immunit. l. 4. C. de Stat. & Imag.* & ad eam sectandam, magis

gis magisque Cives invitentur, *arg. l. 6. in fin. C. de Professor. & Medicis Libr. X. Schönborn. L. 3. Polit. cap.* 20. Hic splendidus se- 4
se offert differendi campus de illo duplici Nobilium ordine, quorum alii Imperio immediatè sunt subjecti, alii mediatè.
Immediati dicuntur die freye unmittelbahre Ritterschafft/ 5
Item die freyen vom Adel / welche ohne Mittel der Käyserlichen Majestät und dem Reiche unterworffen sein/ *Buxtorff. ad A.B. conclus. 5. & inprimis Limnæus L. 6. c. 3.* & distribu- 6
untur à locis, in quibus degunt, in tres Classes, Franconicam, Suevicam & Rhenanam. Reischs-Absch. *de A.* 1542. §. demnach haben wir. R.A. *de anno* 1555. § dieweil. ibid: so dem Reiche ohne Mittel unterworffen. R. A. *de ann.* 1576.
R. A. zu Regenspurg *de ann.* 1557. §. wir wollen. Nec 7
obst. quod ibi locorum multi reperiantur, qui Principibus suis, Domicilii jure parent, nec non ad Comitia Provincialia vocantur, item in Dominorum Catastris descripti sunt,
iisdemque quotam solvunt, & coram eis se sistunt. Resp. 8
Illi huc non pertinent, sed qui neminem nisi Imperatorem tanquam Superiorem recognoscunt, so dem Reich ohne Mittel / und keinem andern Fürsten oder Herrn unterworffen sein. Gloriæ horum Nobilium, est præcipuum
Jus Austregarum, juxta *Ordinat. Cameral. P. 2. tit. 3. 4. 5.* & si 9
quæ alia passim apud Politicos & Juris Publici Scriptores prostant Privilegia. *vid. Nolden d. Tract. de Nobilit. cap.* 17.
An etiam Jus Comitiorum habeant, spinosa & vexata apud 10
Dd. est controversia? Videbimus, utrum sint Status? & 11
[n]eg. ut ut collegialiter pro Statibus Imperii velint haberi, [e]t sint immediati. R. A. zu Wormbs *de ann.* 1564. §. und [w]ollen wir / als Römischen/ ibi: gegen denen / so nicht [S]tände des heiligen Reichs / jedoch dem heiligen Reich [o]hne Mittel unterworffen. *Gylm. Decis. Cam. Imp. voc. Nobilitas.* Neque enim sequitur: Est immediatus. Ergò est
[St]atus. Malè, secundum Accursium, quia Immediata 12

 Im-

Imperii membra, alia sunt simpliciter, quæ non sunt Status, & quæ sunt Status, ac vocantur in A. B. Curiales, & membra Capiti suo adjuncta, in R. Absch. *de ann.* 1541. eingeleibte Glieder der Käyserl. Mayst. item pia capita. R. A.
13 *de ann.* 1524. Præterea confirmant Negativam duo infallibilia Juris Publici fundamenta, alterum quod ejusmodi Nobiles immediati non sint in matriculâ, *Sixtin. de Regal.* L. 1. c.
14 5. *n.* 94. alterum, quod non habeant Votum & Sessionem in Comitiis. *Idem ibid.* Ast hæc duo sunt Statûs *κεινόμενα*, *Gail.* L. 1. *Observ.* 21. *n.* 9. *Meichsn. Tom. II. decis. Camer.* 14. *n.* 44. *Knichen Encyclopæd. c.* 10. *n.* 52. *Reink. de* R. S. *&* E. L. 1. *class.* 4. *c.* 1. *n.* 4. Reichs-Absch. *de ann.* 1548. §. und sol unser. & §. wann auch / ibi: Stimm und Stand. *Ruland de Commiss.*
15 *p.* 2. L. 5. *c.* 4. *n.* 27. Ergò. Unde nec in subscriptionibus Recessuum reperiuntur, sed tantùm finitis Comitiis pro charitativo subsidio cum iis agitur, *Besold. de* J. *dict. Ordin. Equestr.* §. 11.
16 Hinc *A.* 1500. cum de Auxiliis contra Turcā in Comitiis Augustanis actum esset, insertum est Recessui, daß man mit der Ritterschafft in Francken / Schwaben und Rheinland
17 handeln solle. Sed obstat Aur. Bull. Caroli IV. ubi inter eos, qui Comitiis Norinbergensibus interfuerunt, etiam recen-
18 setur numerosa Nobilium multitudo. Resp. Hoc olim qui-
19 dem obtinuit: hodiè non sic. Quomodo verò Jus Comitiorum amiserint, non convenit inter Dd. An dicimus, quod Voluntate ipsorum in eorundem favorem sit remissum, ut à sumtibus Comitiorum, quæ aliquando longo tempore durant, subleventur. *Nolden. cap.* 16. *n.* 149. *Besold. d. loc. conclus. fin. & in Thes. Pract. voc.* Ritterschafft.

1 Th. 9. Quod attinet Nobiles mediatè Imperio subjectos, hi sunt, qui Duces & Principes suos, tanquam Dominos recognoscunt, & in Saxoniâ ac passim vocantur die Landsassen / de quibus prolixè tractat *Maximilian. Faust. ab* A-
2 schenburg *in Consil. pro Ærar. class.* 4. *consil.* 177. *ordin.* 323. Horum

rum Landsassiorum in Electoratu & reliquis Saxoniæ Ducatibus alii dicuntur Ambt-Sassen/alii Schrifft oder Cantzelley-Sassen. Ambt-Sassen sunt, die unterm Ambt sitzen/ qui Toparchis & Præfectis, den Ambtschössern subjiciuntur. *Idem ad Constit. Elect. P.* 1. *c.* 15. *n.* 14. Quæritur hîc: Cur 3
Nobiles in Hessiâ, Bavariâ, Saxoniâ & Westphaliâ habitantes plerumque pro Landsassiis, illi verò, qui in Sueviâ, Franconiâ & ad tractum Rheni larem fovent, pro immediatis habeantur? Resp. Hoc exinde dimanare, quod Carolus M. Hen- 4
ricus Auceps, & alii, prædictas Provincias occupatas (in quibus hodiè Landsassiatus viget) Imperio non incorporaverint, prout factum cum Rhenanis Provinciis, Sueviâ & Franconiâ, sed potius aliis titulo Ducatûs concesserint, eo fine, quo populi illi rebellione feroces meliùs à suis Dominis in absentiâ Imperatoris coërceri possent. Et quamvis Clodovæus M. Galliarum Rex in devictis Rhenanis Provinciis & 5
Francicis, omnes penè effecerit servos, vulgò leibeigne dictos, suos tamen FRANCOS, pro præstitâ bellicâ operâ, generosâ libertate donavit. Subjicerem h. l. aliquid de 6
Nobilibus Ganerbiis, Ganerben/ qui veniunt ex pacto Ganerbinatûs Ganerbschafft/ nisi actum agerem, & palmam præriperem *B. Dn. Hahn Tr. de Jure Rerum, cap.* 12. *per tot.*

Th. 10. Tandem venit virtuosus Nobilitatis effectus, 1
ad posteros sive Heredes transitorius, *l.* 1. *l.* 11. *C. de Dignit. Libr. XII. l.* 5. *D. de Senator. l.* 8. *C. de Advocat.* 1. *Tiraquell. de Nobilit. cap.* 25. sive sint nati liberi, sive nascituri, *arg. l.* 7. *D. de Stat. Hom.* veluti in simili argumenti genere probat *l.* 14. 2
C. de Ingen. manum l. 4. *D. de Liber. & posth. hered. instit. l.* 15. § 1.
de Legat. 1. §. 4. *Instit. de Tutel.* sive post adeptam Patris Di- 3
gnitatem, sive ante, fuerint progeniti, *d. l.* 5. *in fin. D. de Senator. l. pen. C. de Nupt. l.* 9. §. 14. *D. de pœn. l.* 2. §. 2. *D. de Decurion.* prout in simili, Filius Regis, Electoris, Regni & Electoratûs Successor est, licet ante adeptum à Patre Regnum,

 sit

sit editus, *Tiraquell. Tr. de J. primogenit. q.* 31. *n.* 27. *Hottomann. Illustr. Qq.* 2. *Forster. de Success. ab Intest. L.* 4. *c.* 24. *n.* 40. *Hermes Fascic. Jur. Publ. cap.* 14. *n.* 11. *B. Fiebig. in Vindic. Frantzk.*
4 *Semi Dec. VIII. q.* 1. ubi etiam ad obstantem *l.* 11. *C. de Dignit. Libr. XII. respondet. add. B. Carpzov.* R. R. *Elect. L.* 6. *tit.* 10. *resp.* 98. Intellige tamen, quatenus sunt Liberi legitimi, etiam legitimati per subsequens Matrimonium, *arg. cap.* 6. *X. qui Filii sint legit. l.* 10. *in fin. C. de Natural. Liber. Nov.* 12. *in fin. Nov.* 18. *c.* 11. *Nov.* 89. *c.* 8. *Tiraquell. d. Tr. q.* 34. *Covarruv. de*
5 *Sponsal. P.* 2. *c.* 8. §. 2. *n.* 9. Opp. (1) quod tales Liberi saltem comparentur Legitimis, non autem reverà tales sint; comparatum enim comparato non est idem, sed tantùm simile.
6 Resp. Imò favor Liberorum, per fictionem Juris, identitatem efficit, juxta canonem: casus fictus in casu ficto, tantum operatur, quantum ipsius rei veritas; nihil dicam, libe-
7 ros ejusmodi omni jùre & indistinctè Patri quoque in Feudis succedere, tàm in veritate theoreticâ, *B. Ungepauer Ex. Just. IX. q.* 6. *in Nego.* quàm forensi practicâ, *Gailius Observ. Pract. L.* 2. *Obs.* 141. cur non in Patris dignitate, cum hîc solum subsit Patris interesse, ibi simul Agnatorum, & tamen
8 valet successio? Opp. (2) Legitimatio per subsequens Matrimonium nihil quicquam efficit, quoties ipsum Matrimoniale vinculum subsistere non potuit, *l.* 11. *init. C. de Naturalib. Liber.* Ast Nobilis minus honestè cum plebejâ Matrimo-
9 nium contrahit, *Nov.* 89. *c.* 9. *circ. init. verb. neq; digna sit quo-*
10 *libet legitimo nomine.* Ergò. Resp. *H. Hermes cap.* 32. *n.* 56. *circa fin.* Idem statuitur de Liberis adoptivis, quia adoptio per
11 Dignitatem non minuitur, sed augetur, *l.* 35. *D. de Adopt.* & imitatur naturam, *l.* 16. *D. eod. tit.* maximè si sit perfecta, hoc est, ab Ascendentium aliquo facta, propter duplicitatem vinculi. *B. Dn. Hahn, Observat. Theor. Pract. ad WVesenbec.*
12 *Paratit. tit. de Adopt. n.* 6. *Theodorus Reinking. de R. S. & E. l.* 1. *class.* 5. *cap.* 11. *n.* 27. Non idem procedit in liberis naturalibus,

l. 7.

l.7.C. de incest. nupt. l. 6. C. de suis & legitim. multò minus ex damnato, nefario & incestuoso coitu productis, *Hermes dict. cap. 32. n.* 48.

Th. II. Familiam inter Nobiles ducunt, eandemque concludunt, personalia Privilegia, partim in præsumtione fundata, partim à Reverentia & Honoris cultu desumta, quorum præcipua recenset *Daniel Otto de J. Publ. cap.* 19. §. *Privilegia & prærogativæ. Reinhard* König *Theatr. Polit. L.* 1. *c.*1. *n.*313. *seqq.* Limnæus L. 6.*c.* 4. *n.* 22. *usq. ad n.* 67. *Nolden cap.* 9. & 10. *Tiraquell. de Nobil. cap.* 20. *Sprenger. in Jurisprud. Publ. tit. de Jure Dignitates conferendi.* Cæterùm, de modis amittendi Nobilitatem, *vid. Idem Nolden cap.* 17. *per tot.* cum omnia ad vivum resecare, angustia temporis vix admittat, nec Ulpianus suadeat in *l. 6. §. 3. D. de Procurat.*

1
2
3

CAPUT VII.
persequitur
Dignitates DOCTORUM, MAGISTRORUM & STUDIOSORUM.

Th. I.

Dignitatum gradûs, amplius persecuturi, Authorem & Fontem earum præmittimus, qui est summus Princeps, à quo omnes Dignitates ac Honores fluunt, & ad eundem quoque refluunt. *Rosenthal de Feud. c.* 2. *conclus.* 2. *n.* 3. *Sixtin. de Regal.* L.1.*c. n.* 3. *Gail. L.*1. *Observ.*30. *n.*21. Nec immeritò: quia Imperatoris proprium est, in conferendis Dignitatibus esse liberalem. *Cravetta consil.* 44. *n.* 16. proinde (verba sunt *l.* 2. §. 47. *med. de Orig. Jur.*) primus Divus Augustus, ut Major Juris Auctoritas haberetur, constituit, ut ex auctoritate

1
2
3

 ejus

ejus Doctores Juris responderent, & ex illo tempore peti
hoc pro Beneficio cepit: & ideò Optimus Princeps Hadrianus,
cum ab eo Viri Prætorii peterent, ut sibi liceret respondere,
rescripsit eis: HOC NON PETI, SED PRÆSTARI SOLERE:
procul dubio significans, tale quid non in
4 prece, nec pretio, sed MERITO consistere *vid. Zasius ad d. l. 2.* Novem autem ubi?
1 Th. 2. Conferuntur hæ Dignitates in Academiis (quarum Catalogum, ordine alphabetico unà cum Fundatoribus recenset *Dn. Bechmannus Exercit. ad J. Publ. XII. th.* 14. *n.* 14. earundemque fundatio itidem principaliter solius
2 Imp. reservatum est. *Sprenger. Juriprud. publ. tit. de Academ. cum ibi allgg. Sixtin. de Regal. c.* 2. *n.* 21. *Arnisæus de Jurib. Majest.* L. 2. *c.* 6. *n.* 14. *B. Dn. Carpzov. Jurisprud. Consistor.* L. 2. *defin.* 396. *n.* 1. *Sinold.* Schütz *de Vicar. Imp. conclus.* 42. *Rennem. Jurispr.* Rom. *Germ. membr.* 1. *disput.* 13. *th.* 7. exemplo Athe-
3 niensium Reip. in quâ Sophocles Legem tulit, ut nec Scholæ erigerentur, nec quisquam Philosophorum iis præesset,
4 nisi Superioris Voluntate; aliàs enim multi intempestivis & sumtuosis comessationibus convenientes, multa contra LL. pacem, & tranquillitatem publicam, ipsamque Religionem machinarentur, & Monopolia inter se concluderent, refragantibus Divalibus Constitutionibus in *l.* 15. *C. de Episc. & Cler. vid. Tholosanus de* Rep. L. 14. *c.* 2. *n.* 19. *Limnæus* L. 8.
5 *c.* 1. *n.* 24. *seqq.* hinc Academia, Auditorium Imperiale vo-
6 catur in *l. un. C. de Stud. liberal. Urb.* Rom. *Libr. XI.* Certâ ta-
7 men ratione etiam ad Principes & Status Imperii hæc potestas pertinet, veluti Serenisf. Ducum Saxon. tribus Academiis in totâ Germaniâ hodiè florentissimis, Lipsiensi, Jenensi & VVittebergensi, oppidò constat, sub limitatione & restrictione, ut confirmare & privilegiis donare non possint, nisi communicato prius Imperatoris consensu, a-
8 deò, ut in Judicio Camerali nullus alius, quàm in Academiis

ab

ab Imperatore approbatis, promotus, veniat admittendus,
juxta *Ordinat. Cameral. P. 1. tit. 3. §.* desgleichen sollen/ ibi: die
Universitäten/ welche zum wenigsten von unsern Vor-
fahren/ Römischen Käysern und Königen/ der jetzigen
Käyserl. Majest. oder uns confirmiret &c. licet quidam 9
sint, qui hoc ad Academias à Pontifice non approbatas tra-
here velint, quos contrariis refellit exemplis *Dn. Bechmann*
in Tr. de Privileg. Studios. th. 2. Limn, L. 8. *c.* 1. *n.* 32. *Sprenger dict.*
tit. circa init. Unde præjudicialiter controvertitur: An Pon- 10
tifex habeat Jus Academias erigendi? sunt, qui simpliciter
hoc affirmant, Sequaces ejus & Sectatores, *Tholosan. de* Rep.
L. 18. *c.* 5. *circa fin. H. Hermes in Fasciculo Jur. Publ. c.* 33. *n.* 5. 11
ast iis, tanquam suspectis Authoribus, quò minus accedam,
efficit vera Religio & simplex ipsius rei veritas, quæ semper
est unica; quapropter Imperiali confirmatione in locis ex- 12
tra Ditiones suas positis, esse opus, facilè evincunt varia
Academiarum exempla, Bononiensis, Patavina, Parisiensis,
& aliæ. Idem tradit *B. Carpzov. Jurispr. Eccles. d.* L 2. *defin.* 13
396. *n.* 7. cui adstipulatur ratio, qvia temporalis hæc est po-
testas, ubi brachio & ope Principum secularium Pontifex
indiget, *can. 8. distinct.* 10. *it. cap.* 1. *X. de N. O. N.* confitente
ipso Antagonistâ *Hermesio dict. loc.* cujus hypothesin utiliter
accipio, & comprobo.

Th. 3. Hisce prælibatis, prodeant omnium Facultatum 1
Doctores, Magistri, & Studiosi. Facultatum quatuor sunt 2
Collegia: Theologorum, JCtorum, Medicorum, & Phi-
losophorum; quorum unumquodque suum habet Deca-
num, causas Collegium concernentes moderantem, & La-
borum præmia, personis habilitatis distribuentem. De Do- 3
ctoribus Juris & eorum prærogativâ, quid dicam? Sereniss.
Elector Sax. Joh. Georg. I. gloriosissimæ memoriæ, ad A-
cademiæ Lipsiensis membra conjungenda & componenda,
Ann. 1642. *d.* 4. *April.* ita rescripsit: Auch darneben hiermit
ge-

geschehen lassen / daß hinfüro die Doctores Juris, so von
ihrem Rechte nicht abweichen / noch alten und erfahrnen
Medicis die Oberstelle guttwillig verstatten wollen / ohne
unterscheid denenselben / sie mögen Professor. oder Asses-
sores in Medicâ Facultate seyn oder nicht / sambt und son-
ders / jederzeit vorgehen und præferiret werden sollen &c.
Ad idem colludit *Guevarra in Horolog. Princip. L. 1. c. 43. n.*
190. ubi dicit, quod gliscente inter Cives tumultu, plus pro-
sit unum maturum JCti Consilium, quàm centum Medi-
corum purgationes de Rhebarbara, *jung. Reinking. L. 1. class. 5.*
c. 11. n. 57. & seqq. maximè *n. 75. Daniel Otto de J. publ. c. 19. §.*
4 *Theologos.* Quod ipsum multò magis de Philosophis erit ju-
5 dicandum. An rectè hæc omnia se habeant, ego in præsen-
tiarum non disputo, sed Superioribus adhuc decidendum
relinquo.

1 Th 4. Quoniam verò Honoris augmentum, non am-
bitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire,
l. 14. C. de Re milit. Lib. XII. ideò solennem Doctorum pro-
2 clamationem præcedit (1) Examen, quod Tentamen vo-
cant. (2) Lectio Cursoria sive Cathedraria. (3) Disputatio
Inauguralis. (4) Examen rigorosum; quæ agonysmata con-
firmant BONA NOVA, per Facultatis Juridicæ Actuari-
3 um, publicâ Authoritate, oblata. Hinc sequitur in Actu
Doctorali ipsa solennis, præviâ Dn. DECANI impetratione,
à BRABEVTA, Honorum Doctoralium collatio; quò in
præparatoriis pertinet Juramenti præstatio, & actualis in
nonnullis locis Licentiaturæ gradus: mox, Auspice Christo,
4 Doctoralia insignia, I. In Cathedram supre-
mam, ceu in signum acquisitæ doctrinæ inductio, sub
largâ potestate tàm publicè, quàm privatim legendi, di-
5 sputandi, & de Jure respondendi. II. Liber traditur, qui
aperi-

aperitur, & iterum clauditur, ad significandum, non solùm possessionem librorum eruditos facere, sed libros clausos aperiendos, aliquando volvendos & revolvendos esse, itemque ad respondendum ex iis non semper clausis, ex tempore & memoriter, sed quando res est altioris indaginis, non nisi lectis ac ponderatis totius legis verbis & ipsius Legislatoris mente, *l.* 24. *D. de LL. l.* 19. *C. de Transact.* quoniam memoria Hominum est labilis, *l.* 44. *pr. D. de acquir. possess.* omniumque rerum habere memoriam & in nullo peccare, divinitatis magis quàm mortalitatis esse dicitur in *Constit. Tanta.* §. 14. *ad Senat. & omn. popul.* Eodem redit testimonium JCti Pomponii in *l.* 24. *D. de Fideicomm. libertat. ego discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in octavum & septuagesimum ætatis annum duxi, memor sum ejus sententiæ, quam Julianus dixisse fertur: etsi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.* III. Bireto seu Pileo rubro, caput 6
munitur, ad indicium spectatæ Virtutis, indeque promeritæ Immunitatis & Libertatis, *arg. l. un.* §. 5. *C. de Latin. Libert. toll.* IV. Aureo annulo digitus exornatur. Sicuti 7
enim per annulum Matrimonium confirmatur, ita quoque hoc πκμνηςίῳ, scientia promotis desponsatur. Denique V. 8
Complexu & osculo, novellus Doctor excipitur, in symbolum Pacis, Charitatis, & Amicitiæ, ut cogitationes & Actiones suas ad amorem, concordiam, & tranquillitatem publicam privatamque conservandam dirigat, haud immemor, quod Pax & Justitia se exosculatæ sint.
Quibus peractis, gratulationem Promotor subjicit: accer- 9
sito optimæ expectationis Juvene, qui Novellis Doctoribus quæstionem aliquam, annexis rationibus dubitandi & decidendi resolvendam, proponit: hoc, dum agitur, 10
& insimul gratiarum actio solenni verborum apparatu, o-

 mnium

mnium Ordinum Hospitibus subjicitur, chirothecæ cum panno Holoserico à duobus Candidatis ad hunc actum specialiter nomine Facultatis rogatis, Proceribus Universitatis
11 offeruntur; quo facto, per Academiæ Ministrum publicum, **den Pedell** / jactu missilium tota solennitas Doctora-
12 lis finitur, & Voto Ecclesiastico absolvitur. Eadem ferè solennitatum ordinatio, mutatis mutandis, in Magistrorum promotione observatur.

1 Th. 5. De Doctoribus Juris, dubium oritur: quænam ætas ibi attendatur? Resp. Completum tempus ann. 17. *arg. l. 1. §. 3. D. de postul. l. 91. §. 3. D. de V. O. junct. l. 2. §. 47. de O. J. add. l. 13. D. de manumiss. vindict. l. 12. C. de Procurat. §. ult. in fin.*
2 *Instit. qui & ex quib. caus. manum.* Cui sententiæ subscribit antiquus ille Romanorum mos, qui post hanc ætatem Adolescentes in Forum producebant, depositâ puerili prætextâ & assumtâ virili togâ. *vid. Pancirollus in memorabil. cap. de Ha-*
3 *bit. & Vestiment.* Accedit Authoritas Nostratium, *Br. ad d. l. 1. §. 3. D. de postul. Francisci de Zabareli. in Proëm. Clement.* qui dicit, in Jure expresse cautum non reperiri, cujus ætatis esse debeat Doctor, ideoque nihil referre, sive senex sit per æ-
4 tatem, sive per mores. Non obst. (1) Minores 25. annis, alieno auxilio regi, secundum jura vullgg. adeoque periculosum videtur laborantium spem & vitam iis committi, pro ut Doctoris & Advocati hoc est officium, quod describitur
5 *in l. 14. C. de Advocat.* 1. Resp. Neg. conseq. per *l. 3. §. 11. l. 23.*
6 *D. de Minor.* opp. (2) *arg. l. 8. D. de Muner. & Honor.* Resp. est
7 eadem. Quis enim non videt, majori Prudentiâ esse opus ad Reip. administrationem, quàm Doctoris habilitatem, &
8 tituli defensionem. Nec (3) nobis præjudicat rarum & singulare, non dicam mirabile exemplum Andreæ Cantoris, qui tàm felici ingenio fuit præditus, ut decimo anno nondum completo, supremum in Theologiâ & Jurisprudentiâ gradum, cum applausu consequeretur; cui non æquandum,

dum, ſed potius præferendum volunt Puerum illum ſeptennem, cujus immenſos in omni ſcientiâ progreſsûs, ipſa Roma vidit, & univerſus Literatorum Orbis obſtupuit.
Reſp. 1. una hirundo non facit Ver. 2. nec omnibus licet 9
adire Corinthum. 3. nec de ejusmodi caſibus diſponit Jus Noſtrum; quod enim ſemel aut bis exiſtit, prætereunt Legislatores: nec 4. Fides Hiſtorica eſt infallibilis Eccleſia; eſt quidem probabilis, ſed non invincibilis.

Th. 6. Quod ſi autem notante Glorioſſ. Imperatore in 1
l. 14. C. de Advocat. 1. non ſolùm Imperio Noſtro militare credimus illos, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, ſed etiam eos, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam & poſteros defendendo, non minus provident humano generi, quàm ſi præliis & vulneribus Patriam ſalvarent, quantò majori Privilegio gaudebunt hi togati milites (Doctores) quo magis æſtimatur tranquillitas calamitate, Juſtitia iniquitate, & Civium conſervatio pluris reputatur inhumanâ hominum ſtrage & ſævitiâ. Hinc 2
ut nihil quicquam horum ignoretur, qui ſummo Doctoratûs honore ſunt ornati, inter perſonalia Jura hîc lubet referre titulos honorificos, uti videre eſt ex *l. 17. pr. D. de J. Patronat. l. 4. C. de Locat. Conduct. l. 1. C. de Executoribus Lib. XII. l. 2. in fin. D. de Excuſat. Tutor. l. 4 §. 1. D. eod. tit. l. 7. init. C. de poſtulando. l. 2. §. 5. D. qui petant Tutor.* quos textûs à rabulis foren- 3
ſibus exulare, non pro illis allegari poſſe exiſtimo, cum ſint Fori tintinnabula, vilisſima capita, crumenimulgæ, forenſia pecora, togati vultures, & injuſtitiæ Sacerdotes, qui bonos ſuos Clientulos, veritatis odio & burſæ hydropicæ amore, canino ſtudio defatigant, ac lites protelant, ſimulatam, non veram affectantes Philoſophiam, contra *l. 1. §. 1. de J. & J.* His optimè quadrat illud *Ventur. de Valent.* aliàs 4
Parthen. litig. L. 1. c. 11. n. 7.

In Inſtitutis, comparo Vos brutis,

In Digestis, nihil potestis,
In Codice, scitis modicè,
In Novellis, certatis cum asellis,
In Jure Feudorum, accipe notâ malorum,
In Jure Pontificio, meritò Vos rejicio,
In Doctoribus, statis præ foribus,
In Förstero, venistis serô,
In Accursii glossis, vix valetis duobus grossis,
In den Reichs-Abschied/ seyd ihr nicht kommen weit/
In dem Sächsischen Recht/ seyd ihr leider schlecht/
In scriptis Ulpiani, estis miseri Beani,
Non estis Sulpitii, sed miseri Titii,
Summa summarum,
Nihil scitis, aut parum,
& tamen vocamini Doctores,
ô tempora! ô mores!

5 Conf. *B. Henelius in Otio Vratislav. cap. 6. p. m. 46. Lansius in Discurss. de Academ. fol.* 85. quem ad hoc citat pessimus ille Legulejorum calumniator *Anonymus in Comitiolog. Ratisbon. pag.* 282. *circa fin. & p.* 342. *circ. fin.*

1 Th. 7. Privilegiis D. D. porrò connumeratur, quod apud Magistratum non stare, sed sedere debeant, *l. ult. in fin. C. de offic. diversorum Judicum.* iisdemque Honor & Reverentia in salutationibus debeatur, *d. l. ult.* itemque vehiculis Dignitatis suæ, id est, carrucis, intra urbem possint uti, *l. un.*
2 *C. de Honoratorum Vehiculis. Libr. XI.* His adde Jus aureorum annulorum, & sese vestiendi dignissimè; id quod magis magisque ab hodiernis etiam Impp. confirmatum legitur, tùm à Carolo V. in Comitiis Augustanis, sive Ordinat. Polit. *de ann.* 1548. *sub rubr.* von Doctoren. §. deßgleichen. it. *de ann.* 1530. §. Und so einer. ibi. Und so einer eines Fürsten Hoffmeister/ Cantzler/ Marschalck oder Raht/ und doch nicht vom Adel/ der mag sich sambt seinem Weib und Kind/

Kind/ denen vom Adel gleich tragen &c. tùm à Rudolpho in Comitiis Francofurtensibus *de ann.* 1577. *tit.* 12. add. R. A. *de ann.* 1550. Quibus accedit armorum & insignium usus, 3
Wapen mit einem offenen Helm. *arg. l.* 5. *C. de præposit. sacri Cubicul. Libr. XII. Decianus Tr. Crimin. c.* 3. *n.* 53. *lib.* 8. vid. R. A. *de ann.* 1577. *tit.* 11. §. 2. & quidem sine speciali Imp. permissu, *Chassan. in Cathal. Glor. Mundi P.* 1. *cons.* 38. *& P.* 8. *cons.* 10. *Georg. Becht. de salvo Conduct. class.* 3. *n.* 226. Imò, die vom Adel / so 4
nicht Ritter oder Doctores sind/sollen kein Gold noch Perlen offentlich tragen/per Recess. Imp. *de ann.* 1500. tit. Uberflüßigkeit der Kleider. Unde in Camerâ, paribus cum Nobi- 5
libus fruuntur stipendiis, juxta *Ordin. Cam. P.* 1. *tit.* 43. ibi: Einem Doctor, Licentiaten oder Edelmann/ 500. fl. (hodiè 700. fl. R. A. zu Speier / *de ann.* 1570. §. demnach. jung. Concept der erneuerten Cammer Ger. Ord. *P.* 1. *tit.* 37.) & acceptantur loco Nobilium, maximè si Nobiles non extant 7
idonei, *Ordinat. Camer. P.* 1. *tit.* 13. §. 2. *in fin.* R. A. zu Speier *de ann.* 1557. §. weiter nach dem. *Ruding.* 1. *observ.* 60. *n.* 2.

Th. 8. Præfata Impp beneficia, justissimè extendimus 1
etiam ad cæteros FF. DD. & Professores in Academiis docentes, *arg. l.* 11. *C. de Assessorib. l.* 6. *it. l.* 8. *l.* 11. *C. de Professor. & Medic. Libr. X. l.* 10. §. 2. *D. de vacat. & excusat. muner. Matth. Stephani de Jurisdict. L.* 2. *p.* 1. *c.* 7. Medicis insultat *Josias Nol-* 2
den de Stat. Nobil. c. 5. *n.* 42. satis tamen defensi à *Sprengero in Jurispr. Publ. tit. de Jure Dignitates conferendi.* Nec ipsis so- 3
lùm D. D. sed & Uxoribus & Viduis eadem concedimus, per jura notissima in *d. l.* 6. *C. de Profess. & Med. Lib. X. l.* 13. *C. de Dignit. Lib. XII. l.* 8. *D. de Senator. Becht. de Salvo Conduct. dict. class.* 3. *n.* 226. ubi ita pro Doctoris cujusdam uxore contra COSS. & SS. Civitatis H., quæ prætextu statuti sui Vestiarii adversus eam mulctando & pignorando processit, in Camerâ Imperiali pronunciatum fuisse, testatur. An etiam ad 4
Filios applicamus? Favorabilis est sententia affirmantium, 5

dum modò patrissant, hoc est, splendidis ornati Parentibus, sanguinis seriem cum Familiæ Gloriâ recenseant, prout Nerva Filius fecit, qui 17. ætatis anno, publicè de Jure respondit. *vid. l. 1. §. 3. D. de postulando. l. 2. §. 47. vers. ergò. de O. J. conf. Hunn. ad Auth. Habita. cap. 1. quæst. 4. Cothmannus Consil. Academ. 15. Guidò Pap. decis.* 388.

1 Th. 9. Illud adhuc Privilegiis D.D. videtur esse superaddendum, quod licet de FACTO, Doctor â Milite duellandi causâ provocetur, invitus comparere non sit obstrictus, scilicet, quia hic in armorum usu & exercitio prævalet, adeóque maxima intercedit duellantium imparitas, non secus ac si Doctor militem ad pugnam literariam, imprudens pro-
2 vocet. *Paris de Puteo de Re Milit. Libr. 9. quæst. 5.* Loquor verò in terminis de specie facti in FACTO consistentis, ex præconceptâ erroneâ Doctorum & Militum opinione, cum *Augusto Vischero* Tr. *de Duello proviso, Sect. pr. membr. 3. artic. 4.* quoniam sana ratio & Justitiæ æquilibrium, aliud dictitat. *vid. B. Frantzk. in speciali addit. ad Exercit. XII. quæst. 6. p. m.* 737. *seqq.*

1 Th. 10. Doctoribus comparamus Licentiatos promotos, quia iisdem in favorabilibus gaudent Juribus & Privilegiis, juxta illud: cingendus habetur pro cincto,
2 *l. 43. D. de Testam. Milit. Ruland. de Commissar. P. 1. Lib. 1. c. 14. n. 11.* indeque promiscuè in Camerâ, Assessorum Ordini accedunt, *Ordinat. Camer. P. 1. tit. 3.* ibi: der Rechte Gelährte oder gewürdigte. *vid. Limnæus de J. Publ. Lib. 8. c. 8. n. 41. & seqq. Besold. dissertat. de Studiosis, Magistris &c. cap. 8.* licet aliter
3 quoad prælationem gradus esse videatur. Ita Doctor inferioris Facultatis, Licentiatum Superioris Facultatis non Professorem antecedit; Doctor idemque Professor Junior, præfertur Doctori non Professori, etiam Seniori. Atten-
4 denda tamen cujusque loci consuetudo, quæ, tanquam Domina,

mina, prærogativas hasce ritè disponit. Notanter dixi: in favorabilibus: sic si Statutum requirat ad cooptationem in Collegium Canonicorum Doctorem, Licentiatus admittetur, prout in Ecclef. Metropol. Coloniensi in Canonicos Presbyteros, præter Perillustres personas, recipiuntur octo qui sunt Doctores, vel Licentiati Theologiæ aut Juris, teste *H. Hermes Fascic. J.P. cap.33. n.155.* Ergò non in odiosis, odia enim sunt restringenda, favores ampliandi, per *cap. 15. de R. I. in 6.to.* verbi gratia, si ex consvetudine Civitatis in Senatorium Collegium, alicubi non recipiantur Doctores, quod Hamburgi, Lubecæ, & alibi fit; Licentiati tamen inde non arcentur, *conf. Matth. Stephani de Jurisdict. Libr. 3. part. 2. c. 14. n. 96. & seqq. Wurmser. Exercit. J. Publ. 5. th. 11.* 5 9

Th. 11. Quis autem eorum non miser[illegible]r, qui amo- 1
·e Scientiæ exules facti, de Divitibus pauperes, semetpsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & ı vilissimis sæpè Hominibus (quod graviter ferendum est,) orporales injurias sine causâ perferunt. Studiosos appel-
), quorum scientiâ totus illuminatur Mundus, clara & au-
ɔ contrà cariora sunt verba Imper. Friderici in notabili 2
'uth. Habita. C. ne Filius pro Patre, ad quam, quasi anchoım sacram, Apollinis oraculum & commune Asylum congiunt bonæ mentis Alumni & LL. AA. Sectatores ılreıi, qui eò majoribus Privilegiis sunt juvandi, quantò ma- 3
· per studia in omnem Rempubl. redundat utilitas. Hæc
ɔque generalis omnium Privilegiorum causa dicenda, 4
ì cessante, meritò cessabit ipsum Privilegium, *ar[illegible]cap.60. de Appellat. cap. 25. in fin. X. de V. S.* frustrà enim Legis auım implorat, qui contra eam peccat, *l. 37. in fin. D. de ıor.* nec sufficit, Hierosolymis fuisse, sed benè vixisse laudum est, *can. 71. in fin. XII. q. 2. add. B. Carpzov.* RR. E-
lector.

*lector.L.2.Resp.*32.*n.*21.*& seqq. it. L.*6. *Resp.* 119. *n.* 6. *& Arumaeus de* J. *Publ. Vol.* 2. *disc.* 33. *th.* 3. *lit. B.* adeòque ad vaga-
5 bundos Scholares, helluones, errones, planetas terrestres, inutilia terrae pondera, desides, negligentes, in fornicibus & gurgustiis delitescentes, vitiis desudantes, obedientiam excutientes, (quos vulgò Scoristas vocant) Privilegia Studiosorum non extendimus, sed potius tanquam turpes personas, infamiâ facti laborare dicimus cum *Jasone in l.* 1.*C. de*
6 *S. S. Eccles.* licet in Album sive Matriculam Universitatis fuerint recepti, text. rotund. & inevitab. in *l.* 16. *C. de testam. Milit.* ibique Dd. communiter, *Br. Bl. Cyn.* J*ason. jung.*
7 *Gail. L.* 2. *Observ. Pract.* 118. *n.* 8. Hincà contrario sequitur, Studiosum etiam non inscriptum matriculae, si modò aliàs diligenter lectiones frequentat & studet, Immunitatibus Studiosorum nihilominus gaudere. *Suevus ad Auth. Habita. pericul.* 3. *th.* 1. *Horat. Lucius* Tr. *de Privileg. Studios. in fin. p.* 226. *n.* 20. *Cothmann. consil. Academ.* 49. cujus rationes omni-
8 nò vide. Absit tamen, ut haec in fraudem Legis dicta, multò minus observata velim, cum ignorantia neminem à poena excuset, nec dolus suus cuiquam patrocinari debeat, quo minus Statutis Academicis more recepto satisfiat; id quod
9 alioquin innuunt Dissentientes, *Donellus ad d. Authent. & alleg. apud Horat. Luc. dict.* Tr. Quemadmodum & hoc iis dabimus, posse talem Scholarem ob ejusmodi factum à Magistratu Academico pecuniariter puniri, vel alio modo coërceri, e. gr. singularis Beneficii amissione, quale in Academiâ Leucoreâ est immunitas certa à tributo Cerevisiario, freyer Tischtrunck / uti plura peculiaria Academiarum Privilegia recenset *Limnaeus Lib.* 8. *c.* 9. *n* 54. *& seq.* unde ap-
10 paret, eum ante immatriculationem, ut Studiosum, Rectori subesse, *arg. l. fin. D. de Jurisdict.* sicut de Academiâ nostrâ ad Salam, item ad Varnum, colligit *Hermes cap.* 33. *n.* 181.
11 Nec obst. argum. ex *l.* 42. *D. de Testam. Milit.* quia est à diver-

sis petitum. Militibus enim dari solent stipendia, & ideò necessaria est Matricula: at Scholares suo sumtu in Academiis vivunt. Ergò. *add. Godofr. Suevus in Disput. Inaug. de Jure singulari cap.* 14. *membr.* 3. *n.* 15. *Christoph. Besoldus in Differtat. de Studios. Magistr. &c. p.* 18. *& seq.*

Th. 12. Occasionaliter hîc quæritur, quid Juris: si Stu- 1 diosus, antequam Albo Academiæ inscriptus sit, coram Oppidano Magistratu conveniatur, an exceptio præventionis ei opponi possit? Affirmant hoc illi, qui Matriculam FACERE Studiosum præsupponunt, & ante inscriptionem, Senatui Urbano subjectum esse statuunt. Quod, quia in 2 Jure non satis est fundatum, dum Studiosus quà talis, etiam omissa immatriculatione, Judicem suum Privilegiatum habet, qui in eum Jurisdictionem exercet, mulctam imponendo, Privilegiis specialibus eundem privando &c. nihil cer- 3 tè obstabit præventionis exceptio, ob deficientia requisita ad ejusmodi punctum vel articulum Juris necessaria. Aliud st in Clero, qui antequam talis fieret, tanquam Laicus co- 4 am Judice seculari conventus, præscriptione ex post facto ti non potest, *cap. pen. X. de Foro compet.* Idem de Milite di- 5 endum, qui ante Militiam assumtam conventus, coram 'o Judice, litem finire debet, *l.* 7. *D. de Judiciis*, non ob- 6 ante præscriptione Fori, quâ aliàs munitus est, ita ut tanm coram Magistro Militum conveniri possit, *l. 6. C. de* 7 *risdict. omn. Judic. l.* 17. *C. de Judic. l.* 1. *&* 2. *C. de offic. Magistri lit.* uterque enim ante professionem, Clero vel Militiæ tam, Laicus fuit, non Clericus, non Miles; Studiosus ò jam tùm fuit Scholaris ante immatriculationem, pro n antecedentibus à Nobis est evictum, & fundamentaliter batum.

Th. 13. Sed anceps occurrit quæstio: An Privilegia 1 iosorum, etiam in Patriâ Academiâ studentibus comnt? Negativam defendunt præclari Magni Nominis 2

JCti, *Sichardus*, *Pacius*, & Alii plures alleg. *à Matth. Stephani*
3 *de Jurisdict. L. 3. p. 2. c. 5. n.* 34. Malè, contra mentem Legislatoris in prædict. *Avthent. Habita. C. ne Filius pro Patre. vid. Rebuff. Gilken. ad eand. Stephani de Jurisd. dict. loco.* quam consuetudo, optima Legum interpres, *l.* 37. *D. de.* LL, & Experientia, quotidiana rerum Magistra, satis abundè con-
4 firmat. Ratio decidendi est in aprico: quia voluit Imperator eos Privilegiis muniri, quorum scientiâ totus illuminatur mundus; quis verò talem successum & felicitatem, negare ausit in Academiâ Patriâ discentibus, & egregiè proficientibus? quis propterea eos Privilegiorum optimè meritorum incapaces pronunciabit, quos nascentes Academia
5 suscepit, & in ejusmodi Artium profectus eduxit? An non in insigne totius Literarii ordinis dedecus vergeret, si illi Studiosi, de quibus hîc agimus, utpote ex mente Dissentientium non participes Privilegiorum, injuriis aliorum manerent expositi, ob delictum vel debitum alterius Provinciæ damnum pati & coram alio, quàm suo & Privilegiato
6 Judice stare cogerentur? quæ injuria esset, quæ Invidia, quod opprobrium in Literatos, quale præmium acquisitæ scientiæ, quodnam ad majora capessendæ Gloriæ vestigia,
7 incentivum hoc foret dicendum, & iis reliquum? Quid multis? absurdum resurgit Dissentientium, filios Professorum, DD. & Advocatorum loci Academici (qui quando de promotione agitur, præferuntur Extraneis, *l.* 11. §. 1. *in fin. l.* 13. *med. C. de Advocat.* 1.) postponi extraneis, quando de Privilegiis Academiæ sermo est; Civium quoque filios excludi à Privilegiis, ad quæ Exteri admittuntur, & ita sitientibus propriis agris, irrigari alienos: quod satis est durum, & cru-
8 delitati proximum, *l. 6. C. de Servitut.* Frivolè verò captantur verba dictæ Avthenticæ: *Studiorum causa peregrinari, & exules fieri*, quæ tantùm causæ impulsivæ rationem habent, quâ cessante, non statim cessabit ipsa Juris dispositio, uti exemplo

emplo improbissimæ Fœminæ Arfaniæ, *l.1.§.5. D. de postul.* it. feriarum Messium, SCti Macedoniani, & similibus, facillimè probari potest. Sufficit igitur principalem causam, 9
quam supra diximus, spem nimirum acquirendæ egregiæ scientiæ, in talibus Studiosis subesse: ast ubi est eadem ratio, ibi quoque eadem debet esse Legis ordinatio, *arg. l.* 108. *de Verb. oblig.*

Th. 14. De cætero, in enarrandis Studiosorum Privilegiis nihil hîc addo, ne ab Aliis actum iterum agam *vid. Dn. Noster Bechmann*, & cum eo *Rebuffus, Horat. Lucius, Pacius, Trr. eruditè conscriptis ad d. Authent. Limnæus de J. Publ. Libr.* 18. *c.* 6. ubi & de ritu Depositionis & Juramento Studiosorum Academico. *addatur Matth. Stephani de Jurisdict. Libr.* 3. *p.* 2. *c.* 5. It. DD. passim ad *dict. Authent. Habita. C. ne Filius pro Patre. Dn. Richter, Gilken. Cynus. Cuppener. Hunn. Suevus. Sichardus. Donell.* Illud specialiter de Foro Studiosorũ Privilegiato notari meretur, quod 2
Rectoris Jurisdictionem Studiosus ita non possit prorogare, Magistratui oppidano nomen suum dando, eique se subjiciendo, sicubi studiorum causâ in loco aliquo degat, nec Civicam negociationem exerceat; fieret enim in præjudicium Authoritatis Academicæ, & cum maximo Scholarium 3
scandalo; imò hâc ratione facilè oriretur fœda Jurisdictionum confusio, Civiumque inter se contentio. In simili, quemadmodum Academiæ non permittet Senatus Oppidanus, 4
eos in Album recipere, qui mercimonia merè Civica exercent; ita quoq; sibi prohibitum esse credat Senatus Oppidanus illos suscipere, qui studiis addicti, in Academiâ degunt, & nulla ratione justâ, sed solo temerario ausu, à Juramento fortè Academiæ præstando abhorrentes, Jurisdictionẽ ejus defugiunt. Unde non dubitamus, posse Academiam 5
per literas compulsoriales causam à Senatu Urbano legitimè avocare, aut per modum supplicationis à Patrono Academiæ impetrare, ut Senatus Oppidanus talem non recipiat, nec fo-

foveat, aut defendat, sed talis Studiosus vel Rectoris Forum subeat, vel in pœnam contumaciæ, dum mali exempli res est, eum plane loco excesse jubeat. add. pro pleniori hujus materiæ evolutione *Dn. Lederer. Disput. Inaug. de Foro Privilegiato cap. 5. per tot.*

CAPUT VIII.
examinat
MILITES & CLERICOS.

Th. 1.

1 Præcedunt Togati: sequuntur Sagati, id est, in armatâ mi-
2 litiâ constituti. Num Jure hoc fiat, non satis convenit inter Dd. Communiter affirm. de actu indifferenti, qui promiscuè ad Literatos (cæteris paribus) pertinet, non verò differenti. *Conf. B. Dn. Ungep. Exercit. Justin. 1. q. 7. Gail. II. Observ. 118. n. 15. Daniel Otto de* J. *Publ. c. 19. Besold. Colleg. Polit. class. I. Disput. 11. n. 70. & in Dissertat. de Studios.*
3 *Magistr. c. 9.* Aliter definit consultatio Frider. Ulrici, Ducis Brunsuic. & Lüneb. ap. *Lansium Dissertat. de prærogativâ inter Milit. & Literat.* ubi Seyfridus à Greisen certamen hoc rectius componi posse existimat, *ut inposterum* (verba Voti refero) *Milites in actibus Militaribus, in actibus Literariis Literati, in communibus & indifferentibus itidem Milites primas teneant, ita tamen, ut in hisce non tyro aliquis & vilis conditionis Miles cum Papiniano aliquo, sed ut alterius ordinis Summates, cum Summatibus alterius, & pares cum paribus comparentur. vid. Mantiss. Consultat. & Orat.* Lansii, *consultat. 2. p. 104. seqq. Chassanæus in Cathalog. Glor. Mundi p. 9. pr.* ut *& Benius de Privileg. P. 3. cap.*
4 54. Sed quicquid horum sit, vix poterit certâ definitione, certamen hoc prærogativæ ad præsentis Seculi genium decidi:

di: ideò rectissimè pro qualitate Personarum utriusque sortis, item Officiorum, nec non pro ratione Status cujusque Reip. ac pro conditione Aulæ, ut & moribus utrobique receptis de eo statuendum erit.

Th. 2. Neque verò de omnibus Militibus, etiam exauctoratis & à militiâ dimissis, nobis est sermo, qui Militum quidem nomen prætendunt, re ipsâ catuli in sylvis fiunt, & lupi rapaces in nemoribus, ut inquit *Bl. ad l. 2. C. qui bon. cedere poss.* Germanicè vocantur Hünerfänger/ mitiori vocabulo Gart- und Herren-lose Knechte. R. A. *de ann.* 1555. §. und damit angeregte vergadderung &c. sed qui in expeditione militari sunt constituti, *arg. pr. Inst. de Milit. testam.* His favorabiliter connumeramus notissimos illos tres Equitum ordines, Torquatos, Auratos, Cruciferos, de quibus consul. *Speidel in Notabil. voc.* Ritter. & ex professo *Aubert. Miræ, Origin. Equestr.* quibus addimus Milites (1) Stationarios, *l. 4. D. de fugit.* & dicuntur vel Præsidiarii, die auf den Vestungen in Besatzung liegen / vel Limitanei, die in Gräntz-Häusern liegen/ vel Prætoriani, die unter der Leib-quarde sind. (2) in hybernis degentes, die in Winterquartieren liegen / propter rat. *l. 45. D. ex quib. caus. Majores.* (3) venaliciarios Castrenses, Marckententer/ *arg. l. 19. pr. D. de Testib.* imò (4) etiam illos, qui licet non sint Milites, in hostico tamen vel alio periculo vivunt, *arg. l. ult. D. de testam. Milit.* Nec (5) à Militibus & eorum Juribus recedunt Concionatores, die Feldprediger/ Consiliarii, die Krieges-Räthe / & Medici, die Feldscherer/ *Dn. Brunnemann Comm. Cod. ad l. 16. C. de testam. Milit.* Iisdem subjicimus eorum Uxores, *rubr. & t. t. C. de Uxor. Milit.* (non æquè focarias s. concubinas, quarum odiosa est causa, *l. 2. C. de Donat. int. Vir. & Uxor. l. 5. D. de Donat. l. 41. §. 1. D. de testam. Milit.*) ac Liberos *arg. l. 1. C. de restit. Milit.* Idque non magis ex usu Fori Romani, quàm ex styli observantiâ.

 Th. 3.

1 Th. 3, Meminisse tamen oportet, Milites etiam nostri temporis, privilegia juris communis habere, quæ generaliter illis competunt, licet non sint in castris, aut discrimine belli, h. e. vitæ & mortis periculo positi, *Gail. 2. obs. 118. n. 13.* quia eadem horum est ratio; ignorantia scil. Legum, quam exprimit *l. 3. C. de Testam. Milit. l. 1. C. de J. & F. ignor. l. 9. §. 1. D. eod. l. ult. circ. init. C. de J. delib. l. 40. §. ult. D. de Testam. Milit. l. 40. D. de administr. & peric. Tutor. Brunnemann ad pr.*
2 *Inst. de Milit. testam. cum ibi allegg.* Ergò. Loquimur autem de ignorantiâ LL. quæ sunt J. positivi Rom., non militaris Kriegsrecht / *l. 6. & t. t. D. de Re milit.* multô minus, quæ naturali ratione, aut Gentium præscripto veniunt; omnes enim consentimus naturæ, *l. 47. pr. C. de Episcop. & Cler. add. arg. l.*
3 *38. §. 2. D. ad L. Jul. de Adult. it. l. 2. C. de in jus voc.* Præterea defundunt thesin requisita in milite olim & nunc quoque necessaria. (1) Matricula, seu in numerum militum relatio, *l. 4. l. 42. D. de Testam. milit. l. 18. C. eod. tit.* vid. Fußknechts
4 Bestallung zu Speier *de ann. 1570. art. 1. n. 47. seq.* non obstante *l. un. in fin. D. de Bonor. possess. ex testam. Milit. conf. An-*
5 *ton. Merend. controv. Jur. Lib. 6. c. 7.* (2) Juramenti præstatio, *l. 11. pr. D. de testam. Milit. l. 45. D. ex quib. caus. major. &c.* non quidem ut singulis, sed ut universis facienda. *Bocer. Tr. de Bello & Duell. L. 1. c. 8. & 28. Dn. Richter P. 1. Decis. Pract.* 30, ubi præjudiciis rem confirmat. *Anton. Merend. d. l. c. 8.*
6 *Schneidew. Comm. Inst. de testam. Milit. n. 5.* Reliqua hodiè sunt obsoleta, quo refer. (3) Zonæ militaris impositionem, *l. 38. §. 1. init. l. pen. D. de testam. Milit.* (4) Stigmatis inustionem, *l. 3. C. de Fabricens. Libr. XI.* (5) Solennem militis electionem,
7 *l. 42. D. de testam. Milit.* in quibus, utpotè merè accidentalibus, cum non consistat ratio privilegii, nec ipsum sublatum erit Nostris Militibus, militum privilegium. *Hil-*
8 *liger ad Donell. L. 6. c. ult. lit. N.* Atque ita sentiunt Dd. communi-

muniter. *Viglius ad tit. Inst. de testam. Milit. Harprecht. ibid.*
Vaud. Libr. 1. Var. Qq. c. 55. Sichard. in rubr. C. de testam. Milit.
n. 9. Wesenbec. consil. 17.

Th. 4. Authorem quod concernit, ejusmodi singulå- 1
res Immunitates & dignitates Militibus concedendi, haud
abs re est Summus Princeps, qui Summum in Rep. habet τὸ
κύριον. In Romanâ suppetunt Alexander, Gordianus, Vale- 2
rius, Galienus, Severus, Antoninus, Diocletianus, Maxi-
minianus, Philippus, Constantinus & Anastasius, veluti ex
inscriptionibus LL. Codicis hinc inde apparet; maximè
JUSTINIANUS, qui omnia sua fecit, iisque Auctoritatem
& splendorem dedit, *l. 1. §. 6. C. de Vet. Jur. enucl.* Ejusque
successores, ad nostram usque ætatem, Trajani Optimi,
Libertatis Vindices & Veritatis Assertores strenui: hi o-
mnes in perpetuum per Gloriam vivere intelliguntur.
Quoniam verò in omni Legislatoris facto, ratio pro animâ 3
habetur, *l. 17. D. de LL.* idcircò & h. l. causam militarium
privilegiorum inductivam, dicimus esse æquitatem, quæ
svadet, ut promeritos merita sequantur invictissimæ Vir-
tutis præmia. Hanc sequitur (1) Principis erga milites favor; 4
veluti argumento est *l. 19. C. de pact. it. l. 1. pr. D. de testam. Mi-
lit.* ubi ipse Imp. nomen Militis reassumit, dum Milites
Commilitones suos dicit. (2) merita Militum, præmiis pro-
vocanda, *l. 26. in fin. D. de. Testam. milit.* (3) nimia Militum
imperitia. Arma enim magis, quàm Jura scire milites, sa-
cratissimus Legislator existimat in *l. ult. circ. init. C. de Jure
delib.* Finaliter supervenit tùm Salus publica, *l. 14. & 15. C. de* 5
Re Milit. Libr. XII. tùm Honestas publica, *l. 19. C. de Agri-
col. Libr. XI.*

Th. 5. Militum habilitatem introspicientes, postlimi- 1
niò evolvimus, nativam eorum appellandi rationem ex *l.*
1. §. 1. D. de Testam. Milit. Miles autem appellatur vel à mi- 2
litia (quidam legunt mollitiâ, κατ' ἀντίφρασιν SCILICET:

Paulus

Paulus ap. Festum. Boccrus in Tr. *de J. Pugna L.* 1. *c.* 7.) id est, duritia, quam pro nobis sustinent; aut à multitudine; aut à malo, quod arcere Milites solent; aut à numero mille ho-
3 minum, ductum à græco verbo Tagmate. Nam Græci mille hominum multitudinem τάγμα appellant, quasi millesimum quemque dictum; unde ipsum Ducem χιλιαρχίω
4 appellant. Habilitas per inhabilitatem dignoscitur, juxta vulgatum Philosophantium canonem: cognito uno contrariorum, cognoscitur & alterum, *arg. pr. Inst. de his qui sui*
5 *vel al. jur.* Huc pertinet (1) quoad sexum, Fœmina, *arg. l.* 1. §. 5. *vers. sexum D. de postul. l. d. de R. J.* argumentum enim à militiâ togatâ, ad sagatam valet. *Everh. in locis* Topic. *loco à milit. armat.* (2) quoad statum, servus, *l. 6. C. qui militare poss. Libr. XII.* & qui statûs controversiam patitur, *l.* 8. *D. de Re milit.* (3) quoad læsæ Dignitatis existimationem, infamis, *arg. l.* 4. §. 7. *de eod.* non per militare delictum talis factus, *l.6.* §. *6. D. de injust. rupt. irrit. Testam. l.* 11. *pr. D. de testam. Milit. l.* 22. §. 1. *de Legat.* 3. (4) quoad ætatem, impubes & senex, velut apud omnes est in confesso.

1 Th. 6. Inter personalia Militum privilegia refertur Forum privilegiatum, *l. 6. C. de Jurisd. omn. Jud. l.* 1. *C. de exhibend. & transmitt. Reis. l.* 18. *pr. C. de Re Milit. Lib. XII. l.* 2. *C. de offic. Magistri Milit. l.* 1. *C. de offic. Vicar. l.* 2. *pr. &* §. 1. *D. de his*
2 *qui not. infam.* Rationem suppeditat partim *l. ult. in fin. C. ubi de Ratioc. agi oport.* quod nimirum in Militari Judicio, & instructio sufficiens, & nota Testimonia, & verissima possint documenta præstari, partim *in l. ult. init. C. de Re milit. Lib. XII.* ne fortissimi milites, alieno submittendi Judicio,
3 læsionem aliquam sive dispendium incurrant. Sortiuntur verò illud Forum non solùm in contractibus, etsi alibi fuerint conventi: quo casu ex privilegio ad Judicem revocare possunt, *Donell. Comm. Jur. Civ. Lib.* 17. *c.* 20. sed etiam in de-
4 lictis, *dd. txx.* quod tamen non simpliciter accipiendum, sed

duo-

duobus tantùm casibus, si videlicet de delicto minus atroci aut gravi agatur; secus enim posthabito privilegio, forum delicti attenditur, ex Rescripto DD. Severi & Antonini in *l. 3. pr. D. de Re Milit. jung. l. 1. & 2. C. ubi de Crimin. agi oport. l. 3. D. de offic. Præsid. l. 1. §. 2. D. ad L. Cornel. de Sicar. B. Dn. Hahn ad VVesenb. Parat. Dig. de Re milit. n. 6.* Deinde proce- 5
dit nostra assertio in delictis militaribus, ad disciplinam militarem spectantibus, ut deserere militiam, stationem transfugere, *d. l. 6. C. de Jurisdict. omn. Judic.* Unde miles, delin- 6
quens in Provincia à Rectore ejusdem captus, per custodiam ad Magistratum Militarem emittendus, sub quo tempore criminis perpetrati militavit, *l. 9. D. de custod. & exhibit. reor.* Excipitur casus *in l. ult pr. D. de Re milit. Nov. 8. cap. 6. & 12. it. arg. l. pen. C. de pactis.* Hodiè autem de Militibus actu mili- 7
tantibus, ob delicta communia enormiter patrata, pœnam sumere Belli Ducem, observat *Dn. Brunnem. ad l. 6. C. de Jurisd. omn. Jud.* quo nomine comprehenditur ille, cujus au- 8
spiciis bellum geritur, Germ. der Krieges Herr; huic igitur subsunt alii Duces & Præfecti, vel respectu totius Exercitus, vel ejus partis, quorum prædicata tùm Idiomate lati- 9
no, tùm germanico in universum assignat *Schönborn. in sua Polit. L. 6. c. 15. de distinct. milit. & offic. in milit. H. Hermes Fasciculo J. Publ. cap. 34. n. 21. & seqq.* vide quoque de Foro Militari eleganter disserentem *B. Dn. Arum. de J. P. Vol. 3. disc. 8. lit. A. Bocer. c. 9. n. 13. & Lib. 1. c. 11.*

Th. 7. Forum Militum privilegiatum, ex dictis comitatur militare Judicium & dicitur vel ordinarium, daß hält der Regiment Schultheiß mit etlichen Beysitzern zu bestimbten Tagen früh umb 8. Uhr unter freien Himmel zu 3. unterschiedenen mahlen/ woselbst/ dem Kläger und Beklagten einen von den Beysitzern zum Vorsprach zu kiesen erlaubet: vel hasta militaris,

das Spießrecht/ quod die juridico, convocato exercitu itidem ter repetitur; Da der Verbrecher / so wider den Articuls Brieff gehandelt/ dargestelt / und auff vorgehendes Urthel und Recht durch die Spieß gejagt / da unterdessen alle Fendrich so zugegen / ihre Fahnspitzen biß das Urthel ergangen/ in die Erde stechen: vel Statarium, quod in causis notoriis & uno die habetur; das Standrecht/ da denn keinem Ubelthäter Auffschub / als wie in andern gestattet / sondern wo der Articuls Brieff gebrochen/ wird er an einen Baum gehenckt / die Ursach des Todes auff einen Zettel geschrieben / und auff die Brust gehefft: vel Camerale, quod in causis capitalibus adhibetur; das Cammergericht. *add.* Liebenthal *Ex. Pol.* 14. *n.* 43. *seqq.* Andreæ Reiters Kriegs Ordnung. *Maximil. I.* Reuter Bestallung. *junct. tit.* das Reuter Recht zu bestellen und zu halten. *Ejusdem* Fusknechts Bestallung *de ann.* 1570.

1 Th. 8. Similis farinæ est immunitas à munere Tutelæ & Curæ, §. 14. *Inst. de excusat.* Tut. *l.* 4. *C. qui dare* Tut. *poss. &c.*
2 *l.* 8. *C. de Legat.* ratio desumenda ex *l.* 31. *C. de Locat. Cond.* Ampl. ut etiam Milites, qui honestè compleverunt Militiæ tempus, & sunt Veterani, remissionem habeant Tutelarum adversus omnes hodiè privatos, *l.* 8. *pr. D. de excusat.* Tut.
3 Imò, quamvis non compleverint, nihilominus habent vacationem, sed diversimodè: qui enim vigesimum annum militiæ excessit, comparatur ei, qui tempus perfectè adim-
4 plevit, *d. l.* 8. §. 2. qui autem intra hos annos dimissus est, non habet continuam Tutelarum immunitatem, sed tantùm ad certum tempus; quemadmodum & reliquorum Civilium Munerum: ideò intra quinque annos militiâ solutus, nullam sibi vindicat immunitatem: ast qui post quinque annos, unius anni habet excusationem; qui post octo, biennii; qui post duodecim, triennii; qui post sexdecim,

qua-

quadriennii; qui post viginti, continuò in perpetuum absolvitur, *d. l.* 8. §. 3. Excipiuntur liberi Commilitonum, à quo- 6
rum tutelis intra annum remissionem habent; post annum verò non, quia coæqualitas honoris militiæ, fortior dicitur Militum privilegio, *d. l.* 8 *pr.* & §. 6. *in fin. D. de excus. Tutor. l.* 2. *C. de excusat. Veteran.* Usum practicum vide ap. *Schultz. Syn. Instit. tit. de excusat. Tutor. lit. F. Schneidevv. Comm. Instit. d. t.* §. 14 *n* 4.

Th. 9. Nec minor Militum favor occurrit in Matrimo- 1
nio. Uxor enim Maritum in militiâ absentem expectare tenetur, usque dum certissimum de illius morte habeat nuncium, juxta concordantiam Jur. Civ. & Canon. in *Novell.* 117. *cap.* 11. *c.* 19. *X. de sponsal. c.* 2. *X. de secund. Nupt. can.* 1. *XXXIV. q.* 1. Conf. *Farinac. q.* 140, *n.* 49. Quomodo verò 2
mors Mariti probetur, & quid in hâc probatione à Judice veniat attendendum, deducit *Sanchez de Matrim. L.* 2. *D.* 46, *n.* 2. *Farinac. cit. loc. Schneidevv. tit. de Nupt. P.* 4. *n.* 41. & 42. 4
Olim non erat sic. Marito enim in Militiam profecto, poterat Matrimonium bonâ gratia (mit guten Willen) dirimi, *l.* 61. *D. de Donat. int. V. & U.* posteà ex Decreto Imp. Constantini, quadriennium fuit statutum, *l.* 7. *C. de Repud.* quod ipsum, tanquam immaturum consilium à Justiniano in decennium rationabiliter mutatum; quia actibus bellicis occupato Marito, Uxoris privationem inferre, non minor est pœna, quàm ab hostibus capi, *Nov.* 22 *c.* 14. Et hæc de 5
necessariâ, Reip. causâ susceptâ Militum absentiâ dicta sunto: non vituperabili, quæ sub malitiosâ erronum desertione venit: tales enim desertores, post quinquennium vel qua- 6
drionnium vel etiam biennium, (quippe in hoc casu, Judicis arbitrium præponderat, *Covarruv. de Matrimon. P.* 2. *c.* 7. §. 3.) solent Edictis Consistorialium publicè ad valvas templorum affixis, in tribus diversis Territoriis, in dreyer Herrn Landen citari, & parti desertæ Judicis authoritate novum

 con-

concedi matrimonium *d. l. 7. C. de Repudiis. it. alleg. Nov. 22. c. 14. verb. ille verò. aut apertè renuat nuptias, aut absolutè conticeat. add. VVesenbec. in Parat. Dig. de Divortio n. 9. Beust. de Sponsal. P. 2. c. 27. it. cap. 61. usq. ad 66. & de Matrimon. cap. 26. usq. ad* 31. ubi processum malitiosæ desertionis latè exponit. *jung. Rennemann Jurispr. Rom. G. membr. 4. Disp. 56. th. 49. seqq. B. Dn. Carpzov. Jurispr. Consistor. L. 2. tit.* 11. *defin.* 192. ubi se-
7 quens habet præjudicium: dieweil daraus zubefinden/ daß Beklagter/als er zu Acken sich übel verhalten/ Klägerin/ als sein Eheweib bößlich verlassen / so wird der Weltlichen Obrigkeit die verwirckte Straffe wieder Beklagten vorbehalten: Klägerin aber der Ehe halber/ von ihm billich absolviret und entbunden/ in massen wir sie hiermit davon absolviren und entbinden/ihr auch in andere Wege sich hinwieder Christlich zuverehlichen/verstatten und nachlassen. &c. *Conf. Id. ibid. L. 3. tit. 3. defin. 66.*

1 Th. 10. Hactenus Milites terrestris Militiæ: succedunt cœlestes Milites, utpote Clerici, irregulares aliàs dicti, & Monachi, regulares; quorum ordines in particulari recenset Pontifex *can. 1. distinct. 21.* fusius *Sprenger. Jurisprud. Publ. tit. de divisione Ecclesiasticorum pag. 284. seqq. it. Milagius Disput. Inaug. Helmstad. habitâ anno 57. de Dignitat. th. 68. & multis*
2 *seqq.* Hic commodus disserendi locus est de Foro Clericorum Privilegiato, an OMNIMODAM & UNIVERSALEM inferat à Jurisdictione seculari EXEMTIONEM, veluti Papicolæ statuunt, & quasi pro lege fundamentali defendunt Felinus, Rebuffus, Abbas, Rochus, Curtius, Cardidalis Bellarminus, & alii, desumtis non modò ex sacrâ Sri-
3 pturâ argumentis, sed & Juris Pontificii Canonibus. Jure, an injuriâ potius, talis exemtio fiat, nunc videndum? Prius
4 neg. posterius affirm. Equidem non ignoramus, generalem aliàs Juris regulam esse, quod Clerici coram Judice Ecclesiastico sint conveniendi, *l. 25, l. 33. & Auth. statuimus. C. de Episc.*

Episc. & Cler. l. 13. *l.* 29. *pr.* §. 3. *& pen. C. de Episcop. Audient. Nov.* 83. *Nov.* 123. *c.* 8. 21. 22. 23. *it. cap.* 10. *X. de Judic. cap.* 12. *X. de Foro compet.* cum potestati Seculari in tantum sint exemti, *cap.* 5. *X. d. t. de F. C.* sive agatur civiliter, *d. cap.* 10. *de Judic. d. cap.* 12. *X. de F. C.* (aliàs enim coram Laico factum, est irritum, *arg. l.* 3. *D. de offic. Præsid. l.* 170. *de R. I. l.* 1. *& ult. C. si à non competent. Jud. cap.* 3. *X. de Consuetud.*) sive crimina liter, *can.* 2. 3. 4. 7. 9. 16. 40. 44. 45. 47. 49. *XI. q.* 1. adeò, ut illi Foro renunciare nequeant, intellige JURE CAN. juxta *cap.* 5
18 *X. de F. C.* (aliter JURE CIVILI, per *l.* 51. *C. de Episcop. & Cler. l. pen. C. de pact. & arg. Nov.* 123. *c.* 8. *verb. invitus.*) alte- 6
rius tamen Ecclesiastici Jurisdictionem, consensu Episcopi, ritè prorogant, *l.* 33. §. 4. *C. de Episc. & Cler.* quia competit Episcopis & Prælatis, administratio rerum Monasterii, & cura animarum: Laicis verò & non religiosis, nulla disponendi de rebus Ecclesiasticis potestas relinquitur, *cap. ult. X. de rebus Eccles. alien.* ne toti ordini, cui concessa hæc Privilegia, præjudicare videantur, pro ut ex observantiâ Judiciorum asserit *Dn. Struve de Jur. Sacro, tit. de Episcop. & Cler. quæst.* 1. 7
Quo jure autem hoc Clerici obtineant Privilegium, & utrum eo stante, EXEMTIO SIMPLICITER contra mentē Legislatoris possit colligi, de eo est quæstio? Et haud dubiè 8
interrogati, respondebunt cathegoricè, quod sic: defendendentes se cum illis M. F. Possessoribus *ex l.* 12. *D. de Hereditat. petitione*: QUIA POSSIDEMUS. Responsio hæc est, quæ 9
petitionem principii committit, & pertinet ad vitium possessionis, cujus prædones insimulat JCtus *in d. l.* 12. Quid ergò Nos dicimus in tàm periculosâ controversiâ? An subsistimus 10
cum Celso *in l.* 32. *D. de R. C.* & Ulp. *in l.* 33. *pr. D. de Procurat.* Negativâ intrepidè utrobiq; defendimus & probamus. Ita e- 11
nim suadet Pauli Apostoli præceptum, quo omnem ani- 21
mam, sublimioribus subjectam potestatibus profitetur, *ad Rom.* 13. & proprium ipsius exemplum, dum ad Cæsarem

13 appellavit, ejusque Jurisdictioni se ultrò submisit, *Actor* 25.
14 Plura ex Sacris Literis profert *Ummius th. 6. n.* 29. 30. *p.* 124. *seq.* imò, quod olim omnes Clerici cum Ecclesiâ, potestati seculari subfuerint, patet ex *Auth. Clericus.* & *l.* 43. *C. de Episc. & Cler. can.* 45. *XI. q.* 1. *can.* 10. 17. 18. 19. 22. 24. & *seqq. dist.* 63. *II. FF.* 53. §. 2. *vers. Episcop. jung. Illustr. & Generos. Dn.* à Seckendorff / Beschreibung des H. R. R. T. N. *P.* 1. *c.* 1. & *P.* 3. *c.* 9. *Dn. Thomæ ad Lamp. P.* 2. *n.* 11. *Dn. Conring. dissert. de R. G. Imp. th.* 48. 49. *Lehmann in Chron. Spir.* querulantem his verbis: Das also der gedienet und unterthan gewesen / seinem Herren zum Haupte gewachsen / und die Stüle ietzo auf
15 die Banck gestiegen. Quid quod Synedria Judæorum & Presbyteria Christianorum, neque in causis civilibus, neque criminalibus, Jurisdictionem, aut, si quam, angustis tamen limitibus inclusam habuerint, attestatur *Engelbrecht*
16 *de Jurisdict. Vet. & Nov. th.* 92. cum Clericis nuda audientia sive notio saltem sit relicta, *rubr. C. de Episcopali Audient.* donec sub Justiniano proprios ceperint habere Judices, *Novell.*
17 83, *Novell.* 123. *c.* 11. sed ita, ut non SIMPLICITER sive penitus fuerint EXEMTI à seculari Jurisdictione; quia & Præsides Provinciarum super iis cognoverunt, *d. Nov.* 83. *in præfat.* §. 2. & *Nov.* 123. *c.* 24. reservatâ etiam ab Imperatore summâ imperandi potestate, juxta *d. Nov.* 123. *c.* 8. *verb. citra*
18 *Imperialem jussionem.* add. plenius *Arnisæus Tr. de subject. & exemt. Cleric. cap.* 2. & prolixè *Dn. Lederer cit. Disput. Inaug. de Foro Privilegiato, cap.* 3. ubi ad Dissentientium fundamenta, tùm JurisCanon. tùm Civ. itemque *Covarruv.* rationes dubitandi *in Qq. pract. cap.* 31. operosè & solidè respondet. Mori-
19 bus nostris in terris Protestantium, Clerici quoad personalia Jura, h. e. ratione officii, vitæ, doctrinæ, uti & leviora delicta, coram Judice Ecclesiastico vel Consistorio conveniuntur; non item quoad Patrimonialia & facinora atrociora criminaliter vindicanda; quo casu seculari Judici subjiciuntur

tur: ratio differentiæ est, quia ille non gaudet, utpote dele- 20
gatus, mero Imperio, der Ober-Gerichte velut rectè sentit *Dn. Bechmann ad Schnobel. Disp. 5. Pandect. th. 11. verb. Clericorum.*

CAPUT IX.
pertractat
CIVES & Rusticos.

Th. 1.

Civis definitur ab *Aristotele* 3. *Polit.* quod sit pars rectè ad- 1
ministratæ Civitatis, NATUS vel FACTUS, aut omnium Civilium Immunitatum & Jurium particeps. Unde duæ
colliguntur Civium classes, quarum primam constituunt ii, 2
qui Parente Cive sunt NATI, & hi sunt veri Indigenæ sive Originarii, quippe quos origo seu Jus Civitatis facit *l. 1. pr. D. ad Munic.* indeque naturale & immutabile Dominium habere dicuntur, *Gail. L. 2. observ. Pract. 36. n. 5.* aliàs dicti pleni Cives, sive κατ' ἐξοχὴν Bürger/ ut Augustæ Vindelicorum
& alibi; cujus rei origo hæc, quod olim in Civitatibus Im- 3
perialibus, Cives primarii in Burgis, hoc est, fortioribus ædificiis habitaverint, quò adversus plebem vel tempore Civilium actionum tutiores essent, hodiè Patricii audiunt. In alterâ verò Civium classe sunt FACTI: hi vocantur Advenæ s. Exteri, qui Jus Civitatis sibi acquisiverunt, *l. 6. pr. D. d. t.* 4
vulgò Einwohner/ Beysassen/ Pfalbürger. *Besold. in Synops. Polit. L. 1. c. 16. num. 6.* aut clariùs, qui noviter recepti, 5
Jus Civitatis, daß Bürgerrecht/ certo pretio sibi coemerunt, & postquam Juramentum fidelitatis ac obedientiæ, quod Homagiale vocant, præstiterunt, in numerum Civium sunt electi & legitimè recepti. *Knichen de Jure Territor.* 6
cap. 3. n. 162. Quod hodienum ita observatur; præsuppositis

tis tamen terminis habilibus, ut primò à Magistratu, sub quo hactenus fuerunt, literas Testimoniales exhibeant, probentque, se isthic loci honestè vixisse, & bonâ gratiâ discessisse; pro cujusque loci consuetudine & observantiâ, quæ
7
8 hoc loco est attendenda: alicubi etiam cautionem præstare tenentur, se legitimè natos esse, daß sie recht und frey gebohren / und niemand eigen sein. *vid. Klock. Consil. pro Ærario 29. n.*1000. quæ omnia ab Originario non desiderantur.

1 Th. 2. Itaque Originarium Civem facit ipsa Nativitas, quæ origo dicitur in *l. 7. C. de Incol. Libr. X. l. 15. §. ult. D. ad Municipal.* item naturæ & originis veritas, *l. 6. pr. D. d. t.* An
2 indistinctè? an etiam quoad effectum Juris? Valdè dubi-
3 to. Finge enim, quod Titius, Parentibus salvo Civitatis jure peregrinantibus, adeoque insperato & fortuito casu, in Civitate N. fuerit editus, qui sanè hujus Civitatis propterea Civis non nascitur, sed in quâ Pater aliàs Domicilium fovet, & in quâ reversis à peregrinatione Parentibus natus esset, quia fingitur natus in Civitate, ubi Mater fingitur esse, *arg. l. 26. D. de captiv. & postlim. reversis. vid. B. Hahn Observ. Theor. Pract. tit. ad Municip. n. 4. Dn. Mev. ad Jus Lubec. L. 1. tit. 2.* ubi
4 dicit, absurdum est, quod à nonnullis traditur, solam nativitatem, etiamsi quis fortuitò nasceretur, transeunte fortè Patre & Matre, vel in aliquo loco ad tempus commorante, Originarium facere, scilicet quoad effectum. Brevi-
5 ter: distinguimus inter actum nascendi, & inter Jus nascendi; Actus nascendi non facit Originarium, sed Jus nascendi, id est, ubi jure nasci debuisset, *arg. l. 3. C. de Municip.*
6 *& Origin. Libr. X. ibiq. Cujac.* Idem quoque senserunt *Bl. Al-*
7 *ber. Castrens. aliiq. in l. 3. l. 84. §. 10. de Legat.* 1. Excipe, nisi consuetudinario jure aliud obtineat. *Dietherr. in addit. ad Besoldi Thes. Pract. voc.* Bürger / *lit. B. Boër Decis. 13. n. 51. seqq. Matth. de Afflict. Decis.* 38. & ita fortè *Perez. in Commentar. Cod. ad dict. tit. de Municipibus.* venit interpretandus.

1 Th. 3. Ex dictis statim apparet Civium differentia, & simul

simul Originariorum præstantia, quâ Exteros superant,
non solùm in privatis, sed etiam publicis negociis. Inter 2
publica eminet Jus prælationis, quod Originariis, & quidem
honoratioribus, (modò sat dignis & idoneis Civitatis Patriæ
membris) in Reip. partibus regendis & administrandis
competit, ex vetustissimo omnium ferè Gentium ac Rerumpubl.
totius Europæ, non dicam, Germaniæ tantùm, usu
recepto & voto communi plus quàm laudabili. Nec sine
ratione. Quemadmodum enim (*verba sunt Lipsii*) Vespil- 3
lones, in quam domum veniunt, signum dant funeris: ita
Reip. labentis, ad quam fulciendam adhibentur Peregrini. 4
Hi sunt πλεονεκτικοὶ, qui sibi suisque tantùm prospiciunt, haud
solliciti, quid de Regni & Reip. viribus fiat. E contra, Origi- 5
narii ex innatâ quadam erga Patriam charitate, fideliores
sunt in administrando Bono Publico, quàm quivis Extranei. 6
Originarii melius censentur scire mores, cor Civium &
consuetudines ejus Civitatis, in qua nati sunt: jam verò summum
caput Consilii de Rep. dandi est, nosse Remp. eamque
habere exploratissimam, *Cic. L. 3. de Oratore.* & mores
hominum scire, ad negocia tractanda apprimè conducit,
teste *Dn. Conring. de Civili Prud. p.* 37. 268. & 343. Originarii 7
de Patriâ benè merendi, omnem suam operam collocant,
nec minus provocant Subditos amore sui & animi benevolentiâ:
Extranei verò gloriam captandæ benevolentiæ non
affectant, quin potius magnam multitudinis invidiam & internecinum
odium inter se concitant, unde innumeræ oriri
solent dissentionum occasiones, seditionesque, quæ Bono
Publico sunt noxiæ & perniciosæ. *vid. Clapmar. de arcanis Rerumpubl.
L. 3. c. 23. Besold. L. 2. Polit. c. 3. §. 11. n. 6. in pr.* & novissimè
Puffendorff in disquis. de obligat. advers. Patriam. Exempla
rem illustrant. Ipse summus Legislator DEUS opt. max. 8
præcepto suo hoc confirmat *Deut.* 17. Idem suadet Jethro,
Moysi, *Exodi* 18. procul dubio, ne peregrinâ Religione, pe-

regrinis LL. institutis, moribusque, Populus Judaicus im-
bueretur, si exteri iis praeessent, quorum Imitatores facilè
9 existerent. Subscribit Pontifex *in can. 1. vers. eligatur. distinct.*
23. can. 13. dist. 61. cap. 41. X. de Electione & Electi potestate. Simile
10 tradit Papinianus *in l. 17. §. 4. D. ad Municipal.* DD. Impp.
in l. 2. C. de offic. Prætor. & specialiter de Syndicis, tanquam
Actoribus & Defensoribus Civitatum *l. 4. D. quod cujusq́ univers. nom. ibiq́ Gloss. Wesenb. in Paratit. n. 5. B. Hahn Obser-*
vat. Theor. Pract. ubi de Assessoribus Cameræ idem probat,
11 *Ordin. Cam. P. 1. tit.* 4. §. und wo aber / provocans simul ad
singularem Recessum Provincialem, Illustriss. Ducum Brun-
suicens. & Lüneb. *de ann.* 1601. cujus hæc verba: zum acht
und dreissigsten. Wenn die Landkinder in Ehren und Tu-
genden auf Universitäten / bey Hofe / in rühmlichen Krie-
geszügen / Haushaltungen und andern ehrbahrn Hän-
deln wohlgeübt und also qualificiret sein / daß Sie mit
Ruhm und Nutzen zugebrauchen / auch S. F. G. treulich
meinen / daß alsdenn der gnädige Landes-Fürst / so wohl
bey Hoff und Haushaltungs / Geistlichen und Weltli-
chen / geheimen - und gemeinen Sachen / nach iedes be-
findung / vor frembden und ausländischen / so viel sich
immer schicken wil / zu hohen und niedrigen Aemptern
und Dinsten zubefördern geneigt; dafür hat die getreue
Landschafft billich in aller unterthänigkeit zu dancken / und
die Jugend also aufzuerziehen / daß Sie solches mildens
erbietens in Werck geniessen mögen. Ut taceam alios Du-
12 catus, Saxon. Brandenb. Würtenberg. Holsat. it. Comita-
tus, Ost-Fris. Ditmars. & Respubl. quamplurimas, Argen-
torat. Norinb. August. Vindel. Francof. Magdeb. Ham-
burg. de quibus attestantur testes fide dignissimi. *B. Dn.*
Carpz. Jurispr. Consist. L. 1. defin. 25. Scheplitz ad Consuetud. Elector.
& Marck. Brandenb. P. 1. tit. 11. l. 8. p. 6. Speidel. in Notab. Ju-
rid. Histor. Polit. lit. F. n. 36. Antimach. L. 1. c. 3. p. 157. seqq. Gi-
seber-

Sebertus in peric. Statut. art. 4. n. 65. seqq. & n. 78. Zahn de Jure Municip. Carpan. ad Statuta Mediolan. tit. 414. Sed quid aliunde exempla peto? Inclutam & Augustissimam VRATISLAVIAM meam laudo, ubi Reip. munera committuntur personis idoneis, hoc est, Morum vitæque probitate probatis, antiquâ Generis Nobilitate conspicuis, & quidem PATRIO SOLO natis; idque observari non solùm in Foro, sed etiam in Choro, & Ludo gymnastico, vel apud Exteros est in propatulo. 13
Silentii sacro lubens involvo, tot Regnorum & Imperiorum peregrina testimonia, utpote Gallorum, Hispanorum, Britannorum, Venetorum, Hollandorum, Svecorum, Polonorum, imò domestica, Germanorum, qui quoad officia Imperii tàm in Aulâ Cæsaris, quàm alibi, Germanos suos Indigenas præferunt, uti videre est ex *Capitul.* Caroli V. *art.* 13. ibi: wir sollen und wollen auch unsere Königliche und Reichs-Aempter / und sonsten am Reiche / wie ingleichen unsern Krieges-Rath und hohe Kriegs Officia mit keiner andern Nation, als gebohrnen Deutschen besetzen und versehen. *add. Æneas Sylv. de Ortu & Author. Rom. Imp. c.* 10. *Limn. de J. Publ. L.* 2. *c.* 2. *n.* 82. *seqq. Reinking. de Reg. Sec. & Eccl. L.* 1. *class.* 2. *c.* 2. 14
Concurrit observantia Cameralis, de quâ supra anticipavimus. *vid. O. C. de ann.* 1495. §. 1. R. J. *de ann.* 1548. §. 23. & 24. verbesserte Käyserliche C. O. *de ann.* 1555. *P.* 1. §. 1. & *P.* 3. §. 1. 2. quod etiam confirmatum *in Noviss. O. C.* Ferdinandi III. *de anno* 1654. *tit.* 1. verb. So im Reiche teutscher Nation gebohren / erzogen / und auch der teutschen Sprache &c. jung. Passauischer Vertrag §. demnach soll. 15

Th. 4. Interim oppidò largimur, Extraneum aliquando, tanquam magis idoneum, esse Originario præferendum, (nisi per statutum aliud expressè sit cautum. *Kirchner. de offic. & Dignit. Cancell. L.* 3. *Hermann. Lather. de Censu c.* 16. *n.* 140.) quicquid etiam alii in contrarium nobis objiciant. 1
Quomo- 2

do enim hujus vel illius Exteri ingenium, quasi ad præcoces mutationes natum, potest universalem legem facere, quia à
3 particulari non valet illatio. Nec credibile est, ut Domicilium in loco semel firmiter constitutum quis velit sine causa mutare, maximè, dum omnia bona, omnes res, omnem-
4 que fortunam suam, in unum Patrimonium conjunxit. Et quis Patronos semel favorabiliter sibi conjunctos velit pro-
5 digiosè ad ventum dare, & novos quærere. Magis juvat, quod Viri ingenui Virtutibus præditi, sæpè plus favoris experiantur apud Exteros, quàm in Patriâ; siquidem rarò Vir doctus in Patriâ suâ honoratur, asserente *Dn. Brunnemann Tr. de Jure Peregrinorum*, & approbante vel ipso Salvatore *Matth. c. 13. in fin.* Non est Propheta sine honore, nisi in Pa-
6 triâ suâ, & in domo suâ. Sed & eâdem liberalitate sub hypothesi nostrâ damus, quod Exteri etiam Sessionem & Votum in Imperio habeant, exemplis tàm in Germaniâ, quàm extra eam passim obviis. *vid. subscriptio in noviss.* Rec. J. *de ann.* 1654.
7 *it. Pacificat. Osnabrug. art.* 10. modò sint benè meriti, & præ aliis in Imperio possessionati, eidemque immediatè subjecti. *Gail. 1. observ. Pract. 21. n. 9. conf. Capitulat. Ferdin. IV. de ann.* 1653. licet & hoc non sit perpetuum. Unus vice omnium No-
8 bis sufficiat Dux de Amalphii, Comes Piccolomini, moderni Imp. LEOPOLDI, generalis Campi-Mareschallus, ob præclaras Res Gestas, aliaque merita tàm Pacis quàm Belli tempore, S. R. J. præstita, sine exemplo h. m. privilegiatus, veluti annotavit *Hermes in Fascic. Jur. Publ. cap.*
9 5. *n.* 10. Dico: sine exemplo. Facessent igitur Razevil in Litvania, & Transylvanus, Dux Mantuæ, Marchio Montisferrati, & Dux Mutinæ; hi enim reverà non sunt Status Imperii, quia non habent χρινόμενα, Statibus aliàs propria. *vid. Arum. Tr. de Comitiis cap. 2. & 4.* ubi quoque de Rege Bohemiæ extra Regnum considerato, idem concludit.
add.

add. B. Carpzov. ad L. Regiam cap. 5. sect. 5. n. 9. it. sect. 8. & 9. n. 9. seqq.
Th. 5. Hæc de Originariorum prærogativâ in negocitis publicis. Prodeant etiam privata, sub generali Benefi- 1
ciorum titulo, quæ potiori jure conferuntur Indigenis, quàm 2
Exteris. Curatè hoc observatur in Ecclesiis Cathedralibus, 3
in hohen Domstifften. *Draco de Patric. p.* 290. item Canonicatibus, affirmantibus & Theologis & JCtis apud *Dedekinn. in append. ad loc. de Ministerio sec. 2.* von den Thumherren. conf. *Balduin. de Casib. Conscient. L. 4. cas. 3.* nec minus hoc obtinet in
Stipendiorum collatione, præviâ tamen diligenti studio- 4
rum examinatione, & datis à Beneficiario literis reversalibus, ac præstito juramento vel simplici promissione, de quibus omnibus & singulis formaliter *vid. Dn. Ahasverus Fritschius, Vir de Re Literariâ optimè meritus, Consiliarius hodiè Schwartzburg. gravissimus Tr. de stipendiis & stipendiatis Scholaribus.* Idem usu venit in Eleemosynis præstandis, juxta man- 5
datum Divinum, *Deutor. cap.* 15. & Divorum PP. Rescriptum in *l. 2. C. de Annon. Civil. Libr. XI.* peregrinis medicantibus propterea non omninò exclusis, veluti notat diligenter *laudat. Dn. Fritsch. Tr. de Mendicant. validis c. 5. n. 34. seqq.* 6
Nec refragatur *Ordinat. Polit. de ann.* 1577. rubr. von Bettlern / ibi: das auch die Obrigkeit versehung thue / daß eine jede Stadt und Commun ihre Armen selbst ernehre und erhalte / und den frembden nicht gestatte an einem jeglichen Orte im Reiche zubetteln &c. quia loquitur de ejus- 7
modi genere mendicantium, qui tanquam vagabundi circulatores, omnes Provincias ac Civitates pervagari solent, quique eleemosynarum collectionem, ut artem licitam profitentur; horum nulla est habenda commiseratio, dum citra necessitatem ad flebile mendicitatis adjutorium (ut in simili loquitur Justin. *in l. pen. C. qui bon. ced. p.*) sese conferunt.

1 Th. 6. Civibus honoratioribus connumerantur Mercatores, satis necessaria & utilia Reip. membra, veluti deducit *Dn. Joh. Marquard. Tr. de Jure Mercator. & Commercior. singul.* L.1. c. 1. *per tot. Adam. Rassius Tr. de Nobilit. & Mercaturâ p.* 180. *& seqq. Bartolus Chassan. de Glor. Mundi p.* 11. *consi.* 45. *Georg.* Schultz *Math. quondam Prof. Erffurt. Discurs.* von der Edlen / und in der gantzen Welt berühmten Mercanzy und Kauffmanschafft. *Sigism. Scacc. ICt. Rom.* Tr. *de C.mmerc. & Cambiis* §.1. *q.* 1. *tit. de Negoc. & Mercat.* & cum eo *Dn. D. Simon in Disput. de J. Mercator. singul. præfat. ad* Lectorem.
2 *it. cap.* 3. §. 2. proinde tot & tantis personalibus sunt donati Privilegiis, quæ passim apud Interpretes sunt obvia. *vid. Strach. de* Mercator. *it. Dn.* Marquard. *Disput. Acad. de J. Mer-*
3 *cat. Dn. D. Simon. d. l. cap.* 6. Ergò licita per se erit res Mercatura, & nemini **regulariter** prohibita. Argumen-
4 tor: Quodcunque **per se, & ex suâ naturâ** non est malum, sed potius ad conservandam Societatem humanam necessarium, illud est licitum: atqui Mercatura per se &c. E. Dico: **per se & ex suâ naturâ:** quia rerum indifferentiũ talis est conditio, ut quoad usum modò
5 res sit bona, quoad abusũ verò fiat res mala. Usus habet laudẽ, crimen abusus habet. Proinde valeant usurarii, fœneratores improbi, utpote nomine Mercatorum planè indigni, *l.* 5. §. 2. *D. de Institor. act.* quorum versutias & fraudes publicè in lucem exponit *Dn. D. Simon cit. Dissert. cap.* 4. 8. Dico:
6 **regulariter:** quia ad Magistratus curam pertinet, publicè prospicere, ne omnes indistinctè commercia ge-
7 rant, *l.* 4. *C. de commerc. & Mercator.* non obstante, quod commercia sint J. Gent. adeoque omnibus permissa, *l.* 5. *D. de J. & J.* cum nihil novi sit, à Supremâ potestate Gentium mores & instituta determinari, restringi, & circumscribi, *arg. l.* 6. *D. de*

*de J.&J.vid.Dn.Struv.Ex.I.th.*58. maximè ubi imperfectus ra- 8
tionisusus legitimum impedimentũ quibusdam personis ob-
jicit, iisq; liberam rerum suarum administrationem adimit,
limitatâ h.m.*l.20.C.Mandati.conf.generaliter Dn.Struve Ex.VI.th.*
37. *seqq.* Nota hic, quod specialiter arceantur CLERICI, 9
ne à Spiritualibus officiis avocentur, animumque vanis cu-
ris & secularibus negociis implicent, *add. Thomas 2da.*
2dæ. q. 77. Frider. Balduin. Casib. Conscient. L. 4. c. 3. figuratè
Hieronym. in can. 9. dist. 88. Negociatorem Clericum, quasi
pestem fuge; cui correspondet *Augustin. in can. seq.* 10. *& Chry-*
sostomus in can. 11. Quod tamen est intelligendum non de Mer- 10
catura Oeconomicâ, sed lucrativâ, h.e. non quæ ad neces-
sitatem victus, sed voluptatem quæstus dirigitur, suadente
*can.3.& 4. distinct.*91. Unde simul redit Magistralis inter artifi- 11
cium, PERMISSIVE, & officium Mercatoris, PROHIBITI-
VE, distinctio, quæ theoreticè probatur, quia officium Artifi-
cio extinguitur, *Dominic. Cardinal. Tusch. conclus.* 205. Nec 12
abs re: quia invicem differunt, per ea quæ deducit *Joh. Cal-*
vin. verb. Artificium it. verb. officium. Clericis comparamus 13
MILITES, & hîc quoque in Mercaturâ conjungimus, non
solùm Armatos, *Maxim. Faust. ab Aschaffenburg. Consil. pro*
Ærar. class. 10. *ordin.* 773. *& class.* 14. *ordin.* 962. sed etiam To-
gatos, *Joh. Marquard. de Disp. d. J. Mercat. th. 6. lit. F.*

Th. 7. Jam ad NOBILES. His videtur itidem Merca- 1
tura planè esse prohibita. Ita enim Impp. AA. Honor. &
Theodos. in *l. 3. C. de Commerc. & Mercat.* rescripserunt: *No-* 2
biliores natalibus & honorum luce conspicuos & Patrimonio ditiores,
perniciosum urbibus Mercimonium exercere prohibemus, ut inter
Plebejos & Negociatores facilius sit emendi vendendiq; commercium.
Quâ de causâ etiam Serenissimus Elector Saxoniæ Joh. Ge- 3
org. II. in resolutionibus gravaminium à Statibus sibi pro-
positarum, expressè cavit in Erledigung der übrigen Ge-
brechen/*sub tit.* Justitien Sachen/gravam.118. §. 66. seq. und
aber

aber unsere in Gott ruhende hochlöbliche Vorfahren gantz reifflich und weißlich erwogen/ auch ihre Ordnungen mehrentheils dahin gerichtet/ daß ein Stand bey den andern hinkommen kan. Und weiln handthirungen/Kauffmanschafften und Handwercke zu treiben eigentlich den Bürgern in den Städten/ aus sonderbahren erheblichen Ursachen geeignet/ und derselben Wesen und wohlstand darauf gleichsam gewidmet und gegründet/ die Prälaten/ Graffen/ Herren und vom Adel/ so wohl unsere Aembter und andere Gerichts-Herren/ Bauren/ und Dorffschafften sich solcher Bürgerlichen Handthierung enthalten/nnd zum Verterb unserer Städte nicht Ursach geben: Dahero Standes und Adeliche Personen ihrer Ritter/Solden und Güter/und die Bauren ihres Pflugs und Ackerwercks warten; damit unter Standes-Personen/ Adel/Bürgern und Bauren ein unterscheid sey &c.

4 Quod & olim Theophilus Imp. Uxori suæ negociatiatoriam navem exercenti, apud *Zonar. Tomo 2. Histor.* graviter increpavit hisce verbis: *Cum me DEus Imperatorem designavit, tu me* Mercatorem *facere contendis. Scito autem,* Mercaturam *privatis hominibus esse concessam, ut eum tolerandæ vitæ modum habeant. Quod si Nos præter Imperii opes, etiam* Mercaturæ *emolumentum interceperimus, unde nam fortunæ & sortis tenuioris homines victum com-*
5 *parabunt.* Similiter graphicè Sigismundus Rex Poloniæ, Nobilibus Jus negociandi à se petentibus respondit: *Oportet me in Regno habere triplex genus hominum; nempe Rusticos, qui agros colant:* Mercatores, *qui necessaria importent & exportent: & deniq; Nobiles, qui me & Patriam defendant. Quæ defensio Ptriæ, cum per se ardua sit, & cum aucupio lucri & quæstus vix consistere possit, nolim generosa pectora Patriæ defendendæ nata,* Mercatorum *negociis implicari: aut si hoc cupiant, permittant* Mercatores *in suum locum succedere, & Patriæ defendendæ Curam*
6 *suscipere. Kekermann.* 1. *Polit.* 14. Verùm, Nos dist. cum *Cicerone*

rone 5. *Offic.* inter Mercaturam tenuem, quæ ob vile lucrum venit, & inter amplam, quæ copiosa audit. Si enim tenuis, sordida putanda v. g. quæ ad ulnam, mensuram, numerum, vel pondus se extendit; & est Venalitiorum **der Krämer**/ adeoque recte prohibita, veluti probat ex *Zonar. Aschaffenburg Consil.* 68. *class.* 20. *ordin.* 1592. *Hermann Lather. de Censu L.* 3. *c.* 13. *n.* 20. *seq.* si verò magna, Nobilibus erit concedenda, quia hæc Nobilitati nihil quicquam derogat, per *l.* 5. §. 3. *D.d. Jur. Immunit.* quin potius plurimum facit ad Reip. conservationem, *l.* 2. *D. de Nundin.* & excellentem rerum peritiam, teste *Cœlio Rhodig. Antiquit. L.* 16. *cap.* 5. Quam distinctionem quoque confirmat *Latherus d. cap.* 13. *n.* 52. *Citra ul-* 7
lum vituperium & Nobilitatis detrimentum, Nobiles apud Venetos, Genuenses, cæterosque Italiæ populos, Mercaturam exercent. Nec enim Italis abundans & quæstuosa Mercatura, *Nobilitatis labem & dedecus ullum infert: nec Tullius ipse uberem* Mercaturam *improbat, sed eos qui ab aliis emunt, quod carius vendant, quos sordidos appellat.* Secutus fortè *Br. in l.* 65. *de Legat.* 3. *& l.* 29. §. 3. *D. ad* 8
L. Jul. de Adult. ubi tradit, nomina verbalia alicujus functionis significativa, quæ quis suâ voluntate sive optione assumit, ut Mercator, Hospes &c. uno actu non verificari: quod tamen alibi limitat *Stracha de Mercator. p.* 1. *n.* 6. nisi illum actum præcedat professio s. descriptio in Matriculam.

Th. 8. De illustribus personis v. g. Regibus & Principi- 1
bus, quæstio solet moveri, quam eâdem distinctione adhibitâ, decidere non verebimur cum *Bodino de* R*epubl. Busio de* R*ebuspubl. Læl. Zech. de Princ. instit. Petr. Gregor. Tholos. de Rep.* 2
præsuppositis tamen terminis habilibus, h. e. Boni Publici & Privatorum commodo, cujus momenta curatè exponit *Dn. D. Simon d. Disp. d J. Mercator. Sing. cap.* 4. §. 6. Quemadmodum etiam Monopoliorum usus iis competit, ut ut aliàs 3
privatis simpliciter sit interdictus, sub pœnâ quam constituit Zeno Imp. in Constitutione suâ *l. un. C. de Monopol. Vid. ad* 4
eandem Dn. Fritschii Synoptica commentatio. Ratio prohibitiva

est facilis (1) quia nihil magis Reipubl. perniciosius, nihilque majus detrimentum Civibus adfert, quàm si unus tantùm, reliquis omnibus exclusis, solus potestatem res vendendi sibi vindicet, aut si Mercatores privati inter se conveniant de non emendâ & vendendâ merce, nisi constituto, & quidem injusto pretio, per quod via comparandarum ad vitam necessariarum rerum, aliis intercluditur, & rerum caritas introducitur, contra æquitatem naturalem, cujus vestigia sunt *in l. 14. D. de condict. indeb. l. 203. de R. I. l. 74.*
5 *D. eod. l. 25. §. 2. in fin. D. ad SCt. Trebell.* Adde (2) quod si in Societatibus privatis, non quod cujusque privatim interest servari debet, sed quod Societati expedit, *l. 65. §. 5. D. pro So-*
6 *cio. l. 21. D. Communi divid.* multò magis idem observandum, ubi publica Omnium utilitas periclitatur, ut privatorum conventionibus eadem præferatur, *l. 3. C. de Primipil. Lib. XII. l. un. §. 14. C. de caduc. toll. l. 38. D. de pact.* Ast hoc fit in priva-
7 torum Monopoliis. Ergò. Ita concludunt uno ore *Besold. Tr. de Ærario c. 3. n. 6. & in Synops. Polit. L. 2. part. prior. n. 1. & class. 2. Disput. Polit. 4. thesi 12. Scip. Ammir. L. 12. ad Tacit. discurs. 3. Bornit. de Ærar.* L. 2. *c. 1. Lather. d. Tr.*
8 L. 3. *c. 14. n. 12. Klock. de Ærar. L. 2. c. 26. n. 1. & seqq.* Piè hâc de re disserit Megalander Noster Lutherus in Tr. von Kauffhandlung und Wucher. allegatus à *Dn. Arnold. Mengering. b. m. Theologo quondam Hallensi in informat. Conscient. Domin. 10. Trinit.* quæst. Ob bey einem wohlbestelten Stadt-Regiment der Vorkauff/ Monopolium genand/ mit guten Gewissen angerichtet/ mit Privilegien bedacht/ oder geduldet und practiciret werden möge. ibi: Daß etliche in einem Lande oder in einer Stadt gantz und gar auffkauffen/ auff das sie allein solch Gut gantz und gar in ihrer Gewalt haben/ und darnach setzen/ steigern/ und geben mögen/ wie theuer sie wollen oder können/ daß verbieten auch die Käyserlichen und Weltlichen Rechte/ und heissens Monopolia, daß sind eigennützige Käuffe/ die in Landen und Stä-

den

den nicht zu leiden sind/ und Fürsten und Herren solten solches wehren und straffen/ wenn sie ihr Ambt wolten vollführen/ denn solche Kauff-Leute thun gerade/ als weren die Creaturen und Gütter Gottes allein für sie geschaffen und gegeben/ und als möchten sie dieselben den andern nehmen und setzen nach ihrem Muthwillen &c. *jung. Reformat. Polit. Augustæ promulgata A.* 1548. *tit.* die Monopolien und schädliche Fürkäuffer belangende. & repetita *ann.* 1577. *tit.* 18. Cui calculum superaddunt variæ Impp. sanctiones, R.J. *de ann.* 1512. §. und nach dem. it. R. J. *de anno* 1524. §. item dieweil. R. J. *de anno* 1520. R. J. *de ann.* 1529. §. item nach dem. R.J. *de ann.* 1530. §. und nach dem. nec non Capitulationes Caroli V. *art.* 17. Ferdin. II. *art.* 16. Ferdin. III. *art.* 19. Ferdin. IV. *art.* 17. 9

Th. 9. Sed quid si Princeps ex plenitudine potestatis, Monopolium privatis concedat, erit ne factum boni Principis officio dignum, justum, & legitimum? Interest, utrum privatis sit damnosum nec nec. Priori casu neg. posteriori vero affirm. Neque enim Principis, sed Tyranni vox est: quod libet, licet; abutens Imperatoris verbis *in* §. 6. *Inst. de J. N. G. & Civ.* quod Principi placet legis habet vigorem. *Confer. David Mevius in e-leg. disc. Levam. Inop. Debitor. c.* 1. *n.* 44. Quid? cum non ut Angelum, sed ut Diabolum loqui, respondet *Cravetta Consil.* 241. *n.* 20. Aliud suadet *l.* 4. *C. de LL.* Digna vox est Majestate regnantis, Legibus alligatum se Principem profiteri: viva voce applaudunt Divi Severus & Antoninus *in* §. *ult. Instit. quib. mod. Testam. infirm.* licet LL. simus soluti, tamen LL. vivimus: quibus subscribit *Vasquius Illustr. controv.* 5. *n.* 17. ubi dicit, plenitudinem Summæ Potestatis ad malum & injustum non extendi; secus non potestatis, sed tempestatis plenitudinem fore. Ita boni Principis factum sub concessione Monopoli 1 2 3 4 5

nopolii est justisſimum: Ita vel ipſius proprium Monopo-
lium est æquisſimum, quatenus ſcil. cum grano ſalis accipi-
tur, h.e. adſtipulante necesſitate ſimul & utilitate Reip. ac
Civium exercetur, juxta illud: SALUS PUBLICA, SU-
6 PREMA LEX ESTO. Et mox: OB CIVES SERVA-
TOS. Inducitur ergò illa Principalis Monopolii exercendi
poteſtas certis cancellis, quibus & ipſa juſtificatur & appro-
batur, notante *Dn. Fritſchio, ſupra laudato Tr. de Monopol. cap.*
10. *n.* 35. *ſeqq.* (1) *ne Magiſtratus ſub prætextu necesſitatis publicæ,
quæ vel planè non, vel non adeò magna ſubeſt, Monopolia vel ipſe-
met exerceat, vel aliis, præſertim ditioribus, ſub emendicato Pri-
vilegio concedat.* (2) *ne adhuncce Ærarii locupletandi modum facilè
confugiat, ſi utilius, expeditius, minusq́, ſubditis oneroſum inopiæ
Fiſci ſublevandæ ſuppetat remedium.* (3) *ne Monopoliorum grava-
men ſubditis ſit intolerabile, ſed moderatum, & cum minori ipſorum
moleſtiâ conjunctum.* (4) *Cum hoc Ærarii ſubſidium ſit extraor-
dinarium, cavendum certè Principi, ne in Ordinarium degene-*
7 *ret locupletandi modum.* Plenius posſunt conſuli *Spei-
del. notab. Jurid. Hiſtor. Polit. verb.* Fürkauff. *Lather.* L. 3.
c. 14. *Aſchaffenburg claſſ.* 20. *conſil.* 69. *ordin.* 1593. *Reyger The-
ſauro Jur. verb. Monopolium. Klock.* L. 2. *c.* 26. *Beſold. Theſ. Pract.
verb. Monopolium. Bornitius de Rep. curand. pag.* 127. *Tuſch. con-
cluſ.* 358. *lit.* M. *Toloſan. Syntagm. Jur. Civ.* L. 25. *c.* 14. *n.* 6. At-
8 tentis hiſce cauteriis, immaturè judicat *all. L. un. C. de Mono-
poliis* perſonatus ille *Conſtantinus Germanicus in Itinerario G. Po-
lit. pag.* 220. ibi: *Jus Noſtrum Civile videtur in hoc negocio corvis
veniam, columbis verò cenſuram indicere, dum in d. l. publica Mo-*
9 *nopolia probat, privata damnat.* An non contra verba & men-
10 tem Legislatoris hic diſputat? Et poſito, ſed non conces-
ſo. De diverſis non idem est ferendum judicium, *ut in ſimili*
11 *probat l.* 11. *C. de Vectigal.* Pari ratione, præter rem alicubi
Damhuderus queritur: Monopoliorum prohibitionem,
magno cum Reip. detrimento hodiè ferè obſoleviſſe. *vid.
Spekhan in Synopt. Exeg. Jur. Caſ. ad L.* 48. *Pandect.*

Th.

Th. 10. Præmissis ita præmittendis, facilè nunc justifi- 1
cari possunt illustria Monopoliorum exempla. Hoc modo 2
Josephus in Ægypto, Monopolium frumenti exercuit, *Ge-
nes. cap.* 41. quales Curatores rerum fungibilium Græci vo-
cant σιτώνας, id est, frumentarios, *l. ult. §. 5. D. de Muner. & Ho-
nor. l. 9. §. 6. D. de administr. rer. ad Civit. pertin.* Sitonia etiam-
num frequens est apud Venetos, & Electorem Bavariæ. Et 3
quis nescit, Christianissimum Regem Galliæ, ut & Electo-
rem Bavariæ, Monopolium Salis exercere, adjuncto Jure
braxandi, das weiß Bier brauen / quod ipse Bavarus in suo
Territorio fœneratitiè sibi applicat, cum maximo Subdi-
torum damno & præjudicio, contra expressa Politicorum
principia: Reip. interest, Subditos potius habere divites,
quàm Fiscum intumescentem; quem facete admodum Non- 4
nemo describit, quod sit saccus sine conscientiâ, probans
illam vulgatam Syntaxeos regulam: Dignus & indignus ab-
lativum adsciscunt. *Consule sis Reinkings* Biblische Policey
axiom. 56. Zeiler. epist. 389. Authores Anonymos, als / Schlüs-
sel des Reichthumbs: politisch Hahnengeschrey / grosser
Schatz der Welt: Fürsten Schatz. *Besold. de Ærario. Maximil.
Faust. Consil. pro Ærario. Piccart. in observ. Histor. Polit. Dec. 15. c. 5.*
Longè majori prudentiâ, Civibus suis succurrit Senatus
VRATISLAVIENSIS in Monopolio Lupuli, den Hopffen- 5
kauff und Verkauff / de quo *vid. Faust. d. Tr. cl. 10. consil. 142.*
& Norinbergensis in Jure calcis coquendæ; Urbes aliæ, Ce-
revisiarum & Vinorum exoticorum, e.g. Malvatici, Hispa-
nici &c. commercio, Weinschanck und frembde Bier ein-
legen / *juxta D. Petr. Theodor. Colleg. Crimin. Disp. 9. thes. 12. lit. B.*
item Cupri & ferri negocio, den Eisenhammer *Conf. Klock.
de Ærario L. 2. c. 26. Dan. Moller. 4. Semestr. cap. 17.* Quæ omnia 6
tamen sub terminis habilibus esse accipienda semel atque ite-
rum ex *Lathero de Cens.* rectè monet *Dn. Fritsch. d. Tr. de Mono-
pol. cap.* 10. *n.* 79. scil. exigente vel Regionis indigentiâ, vel

Civium inopia, & sumtuum faciendorum copiâ, quibus faciendis singuli haut par sunt oneri ferendo. *add. B. Carpzov. R. R. Elector. L. 1. resp. 41. & Decis. 4. n. 10. 11.* ubi de Monopoliis in Saxonia per Principis concessionem, cum Privilegio, sive ad certas personas sive ad certa loca restricto, fidem facit, e. gr. ne ad quingentos aut mille ab oppido passus coquere in pagis aut vendere cerevisiam liceat; quod *Idem ibid. n. 12. notabili Scabinorum Lipsiensium Responso de ann.* 1643. M. *Augusti* confirmat his formalibus: Ob nun wohl Beklagter/wieder die Churfürstlichen Privilegia und Befreyungen sich dergestalt aufhalten wil/ daß solche Sub-& obreptitiè aus bracht/ und zwar das erste nur allein uff 15. Jahr/ nach derer verfliessung/ und vor ander weit erlangten Privilegio er allbereit das Werck zu treiben angefangen/ dahero ihm solches nicht nachtheilig sein können/ weil dasselbe zumaln auff ein Monopolium, nicht ohne schaden des gemeinen Wesens hinaus lauffen wolte. Dieweil aber dennoch höchstgedachte Privilegia einmahl vorhanden/ und zwar das leztere in gemein/ und auff keine gewisse Zeit gerichtet/ solche auch aus wichtigen Ursachen/ insonderheit wegen vieler zu solchen Werck auffgewendeten Unkosten/ und in Betrachtung/ daß dasselbe zu sonderbahren Ruhm und Nutzen des Chur-Fürstenthumbs gereiche/ auch hierdurch so wohl fremden Handels-Leuten/ als diesen Landen alle ersprießligkeit zuwächst/ ausdrücklich ertheilet/ und also keinesweges sub- & obreptitiè ausbracht/ noch dadurch ein verbothenes Monopolium auffgerichtet worden/ zugeschweigen/ daß nach gemeinen Wahn der Rechtsgelehrten und Politicorum, die hohe Obrigkeit aus gewissen Ursachen/ und des Landes Nutzen eine oder die andere Handelung gewissen Personen zu lassen/ den andern aber verbieten/ und solcher Gestalt gar wohl Monopolia verstatten kan/ daß also/ wenn dißfals von Chur-Fürstl. Durchl. gnädigst

digst verwilliget/und dem Lande zum besten geschehen/ nicht in Zweifel und Disputat zu ziehen &c. So ist dahero Beklagter / die bey währenden Pacht transferirte Messings-Arbeit/nach dessen Endigung wieder abzuschaffen/ und Klägern gebührliche Caution de non amplius turbando zu bestellen schuldig. V. R. W.

Th. 11. Hinc ad Artifices & Opifices progressum facimus, quos longâ serie recenset Straßburgische revidirte Kleiderordnung *de ann.* 1660. Illorum non minor in Rep. 1
quàm aliorum Civium, vel honoratissimorum, est necessitas, cum sint partes sine quibus ea non potest subsistere, *secundum Aristot. Lib.* 7. *Polit. cap.* 8. *Platon. L.* 2. *de Rep.* imò tantò beatior Resp. est, quantò magis in eâ florent artes Mechanicæ, *Speidel. Observat. Histor. Polit. Jurid.* voc. Handwercker. Quod exemplo suo huc usque comprobarunt Florentia, Genua, Venetiæ, in quibus majoris habentur pretii & valoris, quæ Duce Arte inventa fuere, quâm ipsâ naturâ. *Boter. de Illustr. Stat. & Polit. cap.* 3. *pag.* 506. *Hieronymus Elver. in delic. Apodem. epist.* 41. *pag.* 154. *seqq.* Augustæ itidem & Norinbergæ laudes inde deprædicantur, quod opificibus ingeniosissimis, inventoribus & Magistris operum subtilium abundent, quæ non parum Civitatis incremento conducunt. Jam dudum etiam ab Exteris creditum fuit, illorum opera non de grege opificum, sed planè egregia esse, teste *Thom. Lans. orat pro German. pag.* 45. Unde natum Proverbium, Germanis usitatum: Nürnberger Hand/gehet durch alle Land. Nec solùm celebriores, sed & populosiores redduntur Civitates, adjectione ac sustentatione opificum, quod præter experientiam unico saltem PATRIÆ VRATISLAVIENSIS exemplo probo, idemque Textorum opificio, satis numeroso apud Lovanenses ex *Lips. in Lovan. L.* 2. *c.* 2. 5. 11. comprobat *Thom. Lans. d. l. pag.* 46. add. pro pleniori Discursu *Arnisæus in doctr. Polit. cap.* 12. *in fin. Matth. Stephani de Jurisdict.*

Margin numbers: 2 (beside "Illorum non minor in Rep."), 3 (beside "imò tan-"), 4 (beside "Flo-"), 5 (beside "No-"), 6 (beside "Ger-"), 8 (beside "Discur-").

rüdict. L. 2. part. 2. cap 6. n. 22. Besold. L. 1. *Polit. cap. 12 th. 25. n. 2. Goedd. ad l. 85 de V. S. n. 1. Knipschildt de Jur. & Privileg. Civit. Imp.* L. 16. *n. 96.*

1 Th. 12. Ast, cum in Civitatibus non idem sit Civium genus, nec idem genius, sed alius alio atque alio semper delectatur studio; inde factum, ut morum vitæque similitudo, inter paria Ingenia, arctiorem introduceret conversationem, quæ Jus Collegiorum, unanimi Voto constituit, *Me-*
2 *vius eleg. Comment. ad Jus Lubec.* L. 4. *tit.* 13. *art.* 3. *n.* 2. Uno verbo: Ipse usus exegit, singulis negociis & artibus deditos in certa Collegia redigere, quibus Seniores die Zunfft und Güldenmeister præessent, & quæ ad ea pertinent, subordinatâ cura vel deciderent, *vid. Petr. de Ubald. Tr. de Societat. p. 2. n. 3. & 4. Joh. Baptista de S. Severin. in l. 9. de. J. & J. n. 25. B.*
3 *Habn ad VVesenbec. tit. de LL. n.* 3. vel ad Imperantes referrent; quia Magistratûs vigilantissimi curam superat, omnia pari diligentia inspicere, observare, & disponere, sive libera-
4 lia sive mechanica spectemus studia, ita tamen, ut in iis cujuslibet desideriis & cœptis frenum coarctari, id est, certis Legum cancellis contineri; publicè intersit, *Knipschild dict.*
5 *loc. L. 5. c. 2. n.* 1. Non enim subditos solùm habere, sed ut etiam honestè vivant, providendum est imperanti, *Besold. Sy-*
6 *nops. Polit. L. 2. part. prior. n.* 1. & 3. Inde Magistralis resurgit Collegiorũ in LICITA & ILLICITA divisio, rectâ Ratione moderatrice suborta; siquidem ad quietem & tranquillitatem Civitatis pertinet, non pati, ut ex quavis causâ Cives coëant, & ibi quælibet sine coërcitione conferant, quia talis indulgentia est turbulentis Ingeniis optata turbandi occasio: è contra tyrannicum est, nullos permittere conventus, quoniam hoc Societati humanæ & negociis publicis privatisque
7 videtur adversum. Quapropter licitum Collegium erit, quod à Principe, aut eo, penes quem Reip. Summa residet, habet Authoritatem & comprobationem, *conf. VVissenb. ad l. 85. de V. S.*

V.S.§.9. Mevius d.l. n. 4. B. Frantzk. ad tit. Dig. quod cujusq; Univ. nom. WVesenb. ibid. n. 2. Knipschild. *all. loco n.* 10. & 11. *Daniel Otto dissert. de J. Publ. c.* 21. *in fin. Limnæus de J. Publico. L.* 4. *c.* 8. *n.* 298. *Just. Sinold. cognomento* Schütz *Vol.* 1. *Colleg. Publ. Disp.* 6. *th.* 21. *lit. E.* etiam tacitè, per consvetudinem, *Berlich. Decis. Pract.* 150. *n.* 2. Illicitum verò, quod eo modo neque institutum, neque 8
comprobatum, *l.* 1. *D. quod cujusque Univers. nom. rubr. & t. t. Dig. de Colleg. & Corpor. l.* 9. *C. de Hered. instit. l.* 20. *D. de reb. dub. l.* 15. *C. de Episcop. & Cler. Cothmann. Vol.* 2. *Respons.* 64. *n.* 19. *Hubner. differ. Jur.* 527. Knipschild *alleg. loco. n.* 10. Hâc ratione 9
damnantur omnia Societatum atque Collegiorum pacta irrationabilia, h. e. contra rationem & interesse Reip. aut privatorum introducta. Tale est, quando per Statutum prohibetur, ne quod unus incepit, alter perficiat, was einer gedinget/ angefangen/ oder zugeschnitten/ der ander nicht ausmachen dörffe/ quia pugnat cum justitiâ, & charitate Christianâ. Et ita respondit *D. Zeno Imp. in sæpè alleg.* L. *un. C. de Monopol. vers. Ædificorum quoque Artifices. it. l.* 12. §. 8. *C. de Ædific. privat.* Similiter responsum fuisse testatur *Dan. Moller.* L. 2. *Semestr. cap.* 15. *B. Carpz. in Jurispr. F. R. S. P.* 2. *constit.* 6. *definit.* 11 *n.* 10
4. *add. Mevius dict. loco n.* 39. Schütz *Vol.* 2. *Disp.* 9. *lit. b.* Eò refer
omnia opificum Statuta, quæ Monopolium sapiunt, quod 11
sint invalida, per R. J. *de ann.* 1548. tit. die Monopolia. ut si inter se agant, ut unus tantùm emendi & vendendi certas res, Jus habeat. *Menoch. de A. J. Qq. c.* 569. *n.* 2. it. ut merces non vendantur, nisi certo inter se convento pretio, *d. l. un. C. de Monopol. circa init. Reform. Polit. de ann.* 1548. *tit.* 36. von Handwerckern. & aliis modis, de quibus *Dd. ad tit. C. de Monopol. vid. præ cæteris Dn. Fritsch. Tr. de Monopol. cap.* 12. *n.* 21. *seqq.*

Th. 13. Idem Judicium manet de Statuto, quo Tonso- 1
rum, Balneatorum, Molitorum, Textorum, Opilionum, Publicanorum, Tibicinum & Tubicinum filii, ab Opificum Collegio arceantur, cum nulla infamiæ aut levis notæ maculâ

2 laborent, *Dn. Struve Ex. ad P. VII. th.* 21. proinde tanquam irrationabilem consuetudinem, exulare jussit Legislator *in Reform. Polit. de ann.* 1548. *tit.* von Handwercks Söhnen/Gesellen und Lehr-Knaben/ ibi: als auch an etlichen Orten der Gebrauch ist/ daß die Leinweber/ Barbirer/ Schäffer/ Müller &c. so wollen wir solche beschwerliche Gebräuche hiermit auffgehoben und vernichtiget haben. Setzen/ordnen/ und wollen demnach/ daß die Leinweber/ Barbirer/ Schäffer/ Müller / Zollner/ Pfeiffer/ Trompeter/ Bader/ und die / derer Eltern/ davon sie gebohren sind/ und ihre Kinder/ so sich ehrlich und wohl gehalten haben / hinfüro in Zünfften/ Ambten und Gülden keines weges ausgeschlossen / sondern wie andere redliche Handwercker auff-
3 genommen und darzu erzogen werden sollen. Quod ipsum confirmatur in R.I. *de ann.* 1577. *tit.* 38. *confer. B. Carpzov. L. 6. RR. EE. tit.* 10. *resp.* 99. *Arnold. de Reiger in addit. ad Mynsing.* 4. *Obs.* 31. *Bocer. clasf.* 6. *Disp.* 8. *th. ult. Rutg. Ruland. de Commiss. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. *lit. x.* & 9. *Limn. de* J. *Publ.* L. 4. *c.* 8. *n.* 299. *Dn. Richter P.* 2. *Decis.* 80. *n.* 10. *seqq.* & *novissimè Dn. Joh. Philippi in usu Pract. Inst. L.* 1. *eclog.* 26. *Speidel. observat. Histor. Polit. Jurid. voc.* Zunfft. & latius *Knipschild de* J. & *Privil. Civit. Imp.* L. 5. *c.*
4 2. *n.* 57. & 58. Non obst. *l.* 6. *C. de Dignit. Lib. XII.* quia opificia non sunt de genere Dignitatum. Q. autem, quid dicendum de Excoriatorum & Lictorum Filiis, anne illi vigore hujus
5 Statuti sint ab opificio excludendi? Resp. Neg. quia excoriator non est infamis, sed tantùm turpis & vilis persona, *Schneidevv. ad* §. 1 *Instit. de Inoffic. Testam. n.* 27. neque Lictor, *Speidel. dict. loco.* ubi responsum Facult. Jurid. Rintel. allegat. *Dn. Richter d. l. n.* 25. ubi Jenens. præjudicium. *Dn. Struv. cit. loco.* ubi decisum Scabin. Hallens. adducit: *add. B. Hahn Observ. Theor. Pract. tit. de his qui not. Inf. n.* 2. *circa fin.* Eodem modo nec
6 viduam lictoris in Uxorem ducens, infamis declaratur, & per conseq. nec ab opificio justè repellitur, pro ut à Scabinis

Lipsi-

Lipsiensibus judicatum refert *B. Carpzov. decis.* 18. secus est in carnificis filiâ, prout statuit *Dn. Richter laud. decis.* 80. *n.* 19. *in fin.* Sed quid si cum carnifice quis edat, bibat, vel contra- 7
hat? Negat. *Id. Dn. Richter d. loco. Freher. de Infam. L.* 3. *c.* 22. *Knipschild d. l. n.* 72. & 73. nec qui per Militum minas coactus, aurem cuidam abscindit, *Zahn de Jure Municip. cap.* 36. *n.* 14. *Dn. Richter ibid. n.* 26. multò minus, qui canem vel aliud animal, sive casu sive necessitate interficit. *Besoldus Thes. Pract. voc.* Handwercker/ ibi: So ist auch nicht zu passiren/ wenn ein Handwercks-Mann einen Hund oder ander Thier nothgedrungen/ oder ohngefehr zu tode schlägt/ daß er deßwegen vor unredlich zu achten sey/ oder sich deßwegen mit dem Handwerck abzufinden und zu vertragen habe. licet alicubi bey den geschenckten Handwercken per abusum contrarium observetur. *Knipschild d. l. n.* 75.

Th. 14. De cætero, quoniam Reip. interest, perfectos 1
habere Opificiorum Magistros, cum nihil magis eidem sit damnosum, quàm si semicocti illi Magistri, halbgebackene Meister/ Bönhasen/ Störer/ prius Magistri evadant, antequam discipuli esse desinant, per ea quæ tradunt *Besold. d. voc.* Handtwercker. *Barbos. Thesaur. Loc. Commun. Lib.* 1. *cap.* 82. *axiom.* 5. *B. Carpzov. Lib.* 6. *Resp.* 99. *in fin.* ideò rationabiliter 2
Novitiis certum tempus ad apprehendendam artem assignatur. *Limn. de J. publ. in addit. ad Lib.* 4. *c.* 8. *n.* 298. *fol.* 636. productis tamen in antecessum literis legitimæ Nativitatis, Gebuhrtsbrieff/ das sie von ehrlichen frommen Eltern/ und aus einem rechten ehelichen/ unbefleckten/ ungetadelten Ehebette herkommen und gebohren sein. Dergleichen Gebuhrts beweisung/ unde petenda sit, ex Limnæo & Deciano remissivè probat *Dietherrus in Addit. ad Besold. Thes. pract. voc.* Geburthzeit. p. m. 514. med. *Ruland. de Commissar. p.* 1. *Lib.* 4. *cap.* 6. *lit. e. Besold. L.* 1. *Polit. cap.* 12. *th.* 26. *n.* 3. *circ. fin.*

Webner. Observ. Pract. verb. Zunfft. §. *in opificum.* Schütz *Vol.* 2. *Colleg. Publ. Disp.* 9. *part.* 2. *th.* 9. *lit.* 6. hinc Q. quid stante e-
3 jusmodi Statuto de tali casu sentiendum: Tyro ante annos completos ab Artifice fugit, deinde redit, an teneatur de novo ad integrum præfixi temporis spacium; an verò ad tot dies, septimanas, vel menses, quot abfuit? Posterius, tanquam benignius & verius, communiter est receptum, *arg. l.* 4. §. *fin. l.* 14. §. 1. *l.* 39. §. 3. *D. de liberali causa. Besold. L.* 1. *Polit. cap.* 12. *th.* 25. *n.* 4. *Webner. obs. Pr. voc.* Zunfft. §. *si*
4 *Artifici. Idem ibid. verb.* außlernen. Nec obstat argumentum à personâ Clerici desumtum, qui intra annum probationis, Monasterium derelinquens & rediens, novum iterum debet incipere. Resp. à diversis non benè procedit argumentatio. Rationem differentiæ clarè exponit *H. Hermes in Fascic. Jur.*
5 *Publ. cap.* 25. *n.* 9. Huic Statuto, cohæret illud, quod in Collegium Opificum nemo recipiatur, priusquam (1) produxerit Instrumentum, den Lehrbrieff. *Webner. dict. voc.* Zunfft. §. *in opificum.* quo scilicet probet, se esse ab Artifice quodam per aliquot annos, ritè instructum. *Knipschild. d. l. n.* 30. *Limn.*
6 *in addit. d. l. fol.* 636. & 638. Rectissimè: quia per hoc Juventus excitatur, sectandi vitæ innocentiam, & vitandi improbas
7 morum corruptelas. Quod præcisè inter Opifices observari, evincit illa vulgata loquendi formula: Die Aembter und Zünffte müssen so reine sein/ als wann sie eine Taube ge-
8 lesen hette. (2) examine se habilitaverit, *arg. l.* 7. *C. de Profess. & Med. Lib. X. B. Carpz. L.* 1. *Resp.* 47. *n.* 11. adhibitis tribus vel quatuor opificii Magîstris, iisque minus suspectis. *Matth. Stephani de Jurisdict. L.* 2. *part.* 2. *cap.* 8. *n.* 54. *seq. Rutg. Ruland. de Commiss. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. *lit. B. Vid. Knipschild. d. l. n.* 31. (3)
9 impensis suis certum aliquod opus fecerit, das Meisterstück/ *Knipschild d. l. n.* 30. *Rutg. Ruland. d. l. lit. d. Besold. de J. Colleg. c.* 2.
10 *n.* 2. ita tamen, *ne* nimiis sumtibus in commessationibus graven-

ventur, vel tale operis specimen sit, cujus hodiè nulla est u-
tilitas. *Limn. in addit. d. P. n.* 398. *pag.* 634. *Knipsch. d. l. n.* 33. (4)
pretium certum in arcem communem dederit, quam vo- 11
cant die Ambts-Lade/ ad sustentationem & sublevanda o-
nera Collegii, *Limn. d. l. pag.* 636. & 638. modò sit modicum
arg. Clement. 2. *de Magistr. Tholosan. de Rep. Lib.* 13. *c.* 3. *n.* 4. *circ.*
fin. quod maximè ei remittendum esse censent, qui Vidu- 12
am vel Filiam quandam Magistri in uxorem ducit, *Limn.*
d. l. pag. 636 *cum seqq.* Neque enim improbum censetur 13
statutum, da einer muß ins Ambt oder Handwerck freyen/
quin potius ex justâ ratione tolerandum, vult *Matth. Ste-*
phani d. l. n. 46. scil. ad hoc, ut opificia eò rectius in suâ
Integritate conserventur, modò quædam adsit, cum quâ 14
licitè & commodè Matrimonium contrahi possit. *Be-*
sold. Thes. Pract. voc. Handwercker. *David Mevius ad J.*
Lubec. L. 4. *tit.* 13. *art.* 3. *n.* 40. Nam si adsit quidem, sed 15
vel nondum per ætatem habilis, vel propter corporis animiq;
vitia inepta; tunc non est irroganda ducendi necessitas,
neque libertas Matrimonii amplius restringenda, *arg. l.* 116.
pr. de R. J.

Th. 15. Sed Q. Num hæc Statuta Opificum, die Jn- 1
nungs-Articul/ valeant sine Principis confirmatione?
Videtur dicendum, quod sic (1) quia à lege Civili, adeo-
que ipso jure censentur esse confirmata, *l. ult. D. de Colleg.*
& Corpor. l. 2. §. *ult. C. de constit. pecun. l. ult. C. de Jurisd. omn.*
Judic. (2) quod Collegio semel à Superiore approbato, 2
eo ipso simul Statuta intelligantur approbata, *Besold L.* 2.
Polit. cap. 12. *th.* 26. *n.* 2. *Hilliger in Donell.* L. 17. *c.* 9. *Berlich.*
Decis. 150. *n.* 15. *seqq. Jason ad l.* 9. *de* J. & J. *n.* 34. *lit. b.* Ve-
rùm, consuetudine aliud obtinet, daß die Jnnungen und 3
Zunfften von den Oberherren confirmiret werden/ ne
forte iniqua & Monopolium sapientia statuantur, *Reform*

Polit. de ann. 1548. *tit.* von Handwercks Söhnen §. hiedurch. & *tit.* von den Handwercken ins gemein. *Schneidevv. ad* §. 3. *Instit. de* J. *N. G. & C. n.* 15. *Knichen de Sublimi & Regal. Territ. jur. cap.* 1. *n.* 270. *Knipsch. d. l. n.* 26. *VVesenbec. Parat. Dig. tit. de* LL. *n.* 3. *ibiq. B. Dn. Hahn. Schultz Syn. Inst. tit. de* J. *N. G. & C. lit.* B. *VVehner observ. Pract. voc.* Zunfft/ Innungen / Gildenmeister. *Dn. Richter P.* 1. *decis.* 3. *n.* 4. *& decis.* 80. *n. ult.* B. *Carpz. L.* 1. *resp.* 48. *n.* 11. *&* 12. *Dn. Me-*
4 *vius d. l. n.* 36. *&* 37. ubi aliam præterea rationem annectit, nimirum, ut eò majori Authoritate subsistant, & sine lite robur suum habeant, cum aliàs facilè membris Collegii possent rixandi ansam dare. B. *Dn. Hahn Observ. Theor. pract. ad VVesenbec. tit. de* LL. *n.* 3. *Just. Sinold* Schütz *in Colleg. Publ. Vol.* 1. *Disp.* 6. *th.* 11. *lit. E.* add. latè *Marquard Tr. de J. Merc.*
5 *Sing. L.* 3. *c.* 2. *pe. tot.* Atque h. m. pronunciarunt Scab. Lips. M. Jan. *Ann.* 1631. Seyd ihr mit euerm Nachbarn zu unfrieden / und von ihm beschuldiget worden / ob hättet ihr bey eurem Handwerck untüchtige Wahren gebrauchet. Ob nun wohl in den Innungs-Articuln bemeltes Handwercks versehen / daß dergleichen verbrochene sich der Arbeit hinfüro eusern / und aus der Zunfft gelassen werden sollen / dafern aber dennoch solche Innungs-Articul von der hohen Obrigkeit nicht confirmiret wären / dafür sich auch euer Frage ansehen lässet / so wären dahero dieselben ungültig / und möchte euch dennach / wenn ihr auch gleich der Bezüchtigung überwiesen werden köntet / daß arbeiten nicht verbothen / noch ihr aus dem Handwerck gestossen werden. V. R. W. Breviter:
6 si non ad Statuti necessitatem, attamen ejus utilitatem fa-
7 cit hæc ipsa confirmatio. Objic. Atqui in Statutis Municipalibus aliquando eadem necessitat, *conf. Matth. Coler. de Process. Execut. p.* 1. *c.* 3. *n.* 12. *Thoming. consil.* 24. *q.* 5. *Heig.*

Heig. P. 1. q. 23. n. 20. ſeqq. Dn. Mev. ad Jus Lubec. quæſt. prælimin. n. 55. & 62. Gutierez de Juram. confirm. p. 1. c. 38. Reſp. longè aliud hoc eſt. Collegia enim tantùm de privatis opificii negociis Statuta condunt: aſt Municipium de publicis totius Reipubl. ſalvandæ & rectè gubernandæ cauſis, Jura facit, ubi vel maximè Superioris conſenſus eſt neceſſarius. *Dn. Struve Ex. ad Pand. II. th. 42. circa fin.* 8

Th. 16. Agmen perſonarum claudunt Ruſtici & Agricolæ, ultimi quidem in ordine, non tamen poſtremi in promovendâ vitæ humanæ necesſitate & utilitate. Quantis enim encomiis Agricultura & vita ruſtica celebretur, noſtrum hîc non eſt latè deducere; ſufficiat nobis quondam Nobiles Romanos agriculturâ maximè delectatos fuiſſe, ita ut Conſules ex Agricolis fuerint lecti, à quibus celeberrima Romæ Agricolarum familia, Hortenſiorum ab horti ſtudio, Pilumni à Pilo, convertendi frumentario inſtrumento, Fabii à fabis, Piſones à piſis, Lentuli à lente, Cicerones à ciceribus, aliisque quæ ſerebat, maximè nata. *Klock. de Ærario L. 2. c. 2. n. 6.* Hinc etiam Cicero in ſuâ Oratione pro Rege Dejotaro ipſum commendat, quod non ſolùm Tetrarcha nobilis fuerit, ſed optimus quoque paterfamilias, & diligentisſimus Agricola & pecuarius. Hinc non tantùm infimi, ſed & ſupremi ordinis homines, hanc vitam, tanquam optimam dolisque carentem olim ſelegerunt; quippe in Ruſticis moribus, in victu arido, in hâc horridâ incultaque vita, maleficia gigni non ſolent: idcircò ſancta eorum ruſticas celebratur in *can. 56. II. q. 7.* Quamvis, hodiè, mutatis rerum vicibus, callidiores & verſutiores facti ſint Ruſtici, quàm Oppidani, mox etiam daturi progeniem vitioſiorem; quorum vanæ fraudes in heros ſuos, vicinos, emtores & Parochos ſæpisſimè deprehenduntur: quos callidos ruſticos non ruri,

1 2 3 4 5

ſed

juri operam dedisse; & hoc abuti, ait *Menoch. de A. J. Q.*
6 *caf.* 194. *Petrarch. de remed. utriusq. for. dial.* 59. Quæ Agricolis competant Privilegia, tradunt *Dd. ad l.* 1. *C. de Agricol.* Libr. *XI.* & in specie *Renat. Choppen. in Tr. de Privileg. Rustic. Tiraquell. de Nobilit. c.* 2. *n.* 59.



PARS II.

PARS II.

De

REBUS.

CAPUT I.

de Rebus Dominorum.

Th. I.

Notabilis hîc in J. Rerum pertractando 1
occurrit Ulpiani *l. ult. D. de LL.* Totum Jus aut in
conservando, aut in minuendo consistit. Haud 2
obscurè significans, objecti Jurisprudentiæ, nempe Actionum Civilium ad Legum normam exigendarum, tria esse genera: Acquisitionem, quâ quid cujusque fiat; conservationem, quâ quis rem vel Jus suum conservet; & minuitionem, quâ quis rem vel Jus suum alienet aut amittat. 3
Nos addimus Rei amissæ Recuperationem, atque in Jure, h. e. in Judicio institutam persecutionem, quæ fit mediantibus Actionibus legitimè nobis competentibus, velut infra *in Part. 3.* plenius videbimus. Quod spectat Acquisitionem, 4
hæc non solùm fit per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus, item per servos, in quibus usumfr. habemus, item per homines liberos, & servos alienos, quos b. f. possidemus, de quibus singulis mox diligentius dispiciamus, loquimur cum Celso *in l. 10. pr. D. de A. R. D.*

Th. 2. Quodcunque igitur Servi nostri ex traditione 1
nanciscuntur, sive quid STIPULENTUR (intellige stipulationem, quæ est dandi, non verò faciendi, §. 2. *Instit. de stipu-*

lat. servor. ibique Dd. communiter) vel ex qualibet alia causâ acquirunt, id Nobis acquiritur, tanquam per ἔργανον ἔμψυχον, Instrumentum animatum, quod ad rem familiarem augendam est compositum, uti pluribus exponit *Aristot. 1. Pol. 4.* ita, ut ne momento quidem subsistat in personâ ejus, per quem acquiritur, *l. 79. D. de acquir. Hered.* ipse enim, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest, *d. l. 10. §. 1. D. de A. R. D. §. 3. Instit. per quas pers. nob. acquir.* Ampliatur: ut ex omnibus PENE causis etiam ignorante &
3 invito Domino, fiat per servum acquisitio, *l. 12. D. de A. R. D.* quia hæc acquisitio fit ipso jure, vi potestatis Dominicæ, ex
4 quâ Servus χαρακτηρίζεται. Dixi: PENE: Nam si heres sit institutus Servus, non aliàs nisi nostro jussu Hereditatem
5 adire potest, *d. §. 3. d. l. 10. §. 1.* secus quàm in Legato, *d. l. 10. §. 1. in fin. D. de A. R. D.* Ratio diversitatis hæc datur: legatum enim acquisitum nunquam damno esse potest: hereditas interdum damnosa est, *l. 32. D. Mandati.* scilicet, propter æris alieni cumulum, qui in hereditate latitat, cujus nomine Dominus verisimiliter non obligatur, *l. 6. pr. D. de acquir. Hered.* ne deterior fiat ex facto Servi ipsius conditio, contra *l. 133. de R. I.* quam interpretatur Justinianus in *l. ult. C. de ac-*
6 *quir. & retin. possess.* At dicis: Imò, vel ipse Servus ex legato sibi acquirit, juxta Paulum in *l. 82. §. 2. de Leg. 2.* quod magis confirmat regula in *l. 12. §. 2. de Leg. 1.* ut quibus ipsis le-
7 gare possumus, eorum quoque servis legare possimus. Resp. 1. Voluntatis hæc est quæstio, quæ ex mente Testatoris venit decidenda. Resp. 2. cum JCto in *d. l. 82. §. 2.* non universum Jus capiendi ex personâ Domini dependere, sed hanc tantùm IN GENERE facultatem à Domino participare, ut
8 aliquid possit ex Testamento capere. Quod ipsum eò pertinet, ut cum quo Domino non est Testamenti factio, ejus Servus quoque nihil capere possit: inde autem non sequitur, quod etiam facultatem ratione REI LEGATÆ hujus vel

istius

iſtius à Domino accipiat; licet enim Teſtamenti factio J. 9
Civilis ſit, ideoque Domini perſona Servo ad hoc neceſ-
ſaria, *arg. l. 32. de R. I. l. 20. §. 7. D. qui Teſtam. fac. poſſ.* tamen
Teſtamenta ipsa & Legata, ex J. Gentium fontibus proma-
naſſe, evincit ratio, quam ſuppeditat Imp. *in §. per tradi-
tionem.* 41. *Inſt. de R. D. add. Theophilus Lib.* 1. §. 2. *vid. Cujac.
comment. ad tit. Dig. qui Teſtam. fac. poſſ.* Et ita eleganter M. 10
Cato, Stoicus à *Tullio Lib.* 3. *de Fin. fol.* 104. inducitur de-
monſtrans, Teſtamenta, commendationesque morientium
natas eſſe ex hâc animorum affectione, quam communis
hominum inter homines natura inſtituerit, quâ ad conjun-
ctionem & naturalem communitatem nati ſimus, qua com-
munem utilitatem noſtræ anteponamus, quâ & Poſteris
proſpiciamus. Atque ex his ipſis Stoicorum principiis, 11
ratio eſt, quâ in *d. l.* 32. *de R. I. Ulpianus* utitur, ut è *Merillo
Jacob. Godofredus* notavit.

Th. 3. Undè ſatis apparet, jusſum Domini in causâ 1
Hereditaris, tanquam ſpeciale factum, debere ſemper præ-
cedere, *l.* 25. §. 5. *D. de acquir. Hered.* quod non ſimile eſt Tu- 2
toris Authoritati, quæ interponitur perfecto negocio, *d. l.*
25. §. 4. *D. eod. tit.* hoc eſt, ſtatim, negocio jam jam conſum-
mato, *l.* 31. *pr. D. de uſucap. l.* 1. *in fin. l.* 2. *D. de ſolut.* non ex
longo intervallo, §. 2. *Inſtit. de Auctor. Tutor.* Nec obſt. (1) *l.* 3
65. *pr. D. ad SCt. Trebell.* quam in contrarium allegat *Godofr.
d l.* 10. §. 1. *D. de A. R. D.* quia apertè diſcrimen conſtituit 4
inter Fideicommiſſum univerſale, quod exemplo Bonorum
Posſesſionis per ratihabitionem confirmatur, *l.* 6. §. 1. *D. de
acquir. Hered.* Quæ ratio differentiæ? nimirum, quod dire- 5
ctæ Hæreditatis acquiſitio, rigore Juris XII. Tabb. ſit con-
cepta, *pr. Inſt. de B. P.* & ideò, quantum ad Servum, ſtrictè
requiritur præcedens Domini mandatum: at Fideicommiſ-
ſum, non ex rigore J. Civ. proficiſcitur, *Ulpian. in Fragm.
Tit.* 26. *pr.* ſed ex æquo & bono ab Impp. eſt approbatum,

7 §. 1. *Inst. de Fideicomm. Hered.* Pariter & Bon. Possessionis Jus à Prætore est introductum, ut Jus percipiendarum Hereditatum, angustissimis finibus constitutum, per L. XII. Tabb. augustius redderet, *pr. Inst. de B. P.* unde non mirum, quod placuerit in his non rigorosè præcedens Mandatum exige-
8 re, sed ratihabitionem benignè admittere. Alias rationes
9 suppeditat *Hilliger* ad *Donell. L. 6. Comm. Jur. c. 6. lit. E. N. O.* (2) quod ratihabitio aliàs mandato æquiparetur, juxta perpetuam Theoricam *l. 60. de R. I. l. ult. C. ad SCt. Macedon.* quæ
10 totidem verbis est canonisata in *cap. 10. de R. I. in 6to.* Resp. Regula hæc officium suum perdit in iis actibus, in quibus Lex pro formâ mandatum & jussum prærequirit, ut hîc: quod ipsum facilè quotidianum Nostratium probat fundamentum: Toties consensus alicujus prærequiritur, quoties de præjudicio ejus agitur, *arg. §. 7. Inst. de Adopt.* ast h. l. Domini præjudicium subest. Ergò.

1 Th. 4. Porrò, per servum non modò acquiritur Dominium rei corporalis (id quod semper significari, cum simpliciter res acquiri dicitur, notatur in *Colleg. Argentor. Lib. 41. Dig. tit. 2. th. 2.*) sed etiam rei incorporalis f. Juris, nec non obligatio, quâ Domino alium obligat, minimè verò, quâ Dominus alii obligatur, *arg. l. 133. d.* R. J. *vid. l. 11. D. de O. &*
2 *A.* Excipitur de J. Prætorio casus, ubi ex contractu Servi Dominus obligatur, veluti si ejus jussu contraxit Servus, si eo sciente & non contradicente; in merce peculiari; si in rem ejus versum; quos *Justinianus tit. quod cum eo,*
3 *qui in al. pot. est. negot. &c.* exponit. Cujus rei evidens est ratio, nimirum quod æquum sit, ut ex quâ personâ quis commodum sentit, ejus quoque factum præstet, secundum vulgata Jura in *l. 10. de* R. J.

1 Th. 5. Imò, non solùm Dominium, sed etiam posses-
2 sionem, Domino acquirit servus, *l. 10. §. 2. D. de A. R. D. N. O.* quod possessio plurimùm facti habeat, *l. 19. D. ex quib.*

caus.

cauf. Majores. &c. l. 1. pr. l. 8. D. de acquir. posfesf. l. 4. C. eod. Br.
ad l. 1. D. de acquir. posfesf. n. 6. & omnes ferè Dd. teste *Vacon. à*
Vacun. L. 2. declarat. 32. n. 1. quibus adstipulatur *Giphan. ad d. l.*
1. n. 13. ibiq; Duaren. Schneidevv. ad §. 5. Inst. de Interd. n. 9. Matth.
Steph ani de Arte Juris & ejus Princip. cap. 1. n. 23. ast factum in
personâ servi subsistit, *§. 2. Inst. de stipul. servor.* nec transit ad
Dominum, *l. 44. pr. D. de condit. & dem.* Ergò. Resp. sufficit, 3
quod & plurimùm ex Jure mutuetur, *l. 49. pr. D. de acquir.*
posfesf. adeoque non tantùm corporis sit, sed & Juris, exem-
plo Manumissionis, Emancipationis, Consvetudinis, Testa-
menti factionis, Traditionis, de quibus consule *B. Ungep.* 4
Ex. Just. VI. q. 5. in Nego. Idcircò Servus Civili Jure non pos-
sidet, *l. 38. §. 7. D. de V. O.* sed requiritur, ut is acquisiturus
habeat & intellectum possidendi, qualis non est furiosus, *l. 1.*
§. 9. 10. D. de acq. posf. & VOLUNTATEM Domino suo ac-
quirendi, *d. l. 1. §. 19.* hoc est, si nomine ejus eam adipiscitur,
l. 34. in fin. D. eod. nam si alterius nomine possessionem in-
tret, Domino non acquirit, *d. §. 19.* Sed quæ ratio? an, quod 5
si Dominus possit acquirere, tametsi Servus nollet, posset
sine animo Servi acquirere; si hoc, simul quoque sine cor-
pore ejus, cum corpus ab animo gubernetur, & cuique a-
ctui destinetur. Quicunque ergò animum non habet alteri 6
acquirendi, is nec membra ad id mutuari creditur. Subsum-
tio fiat de Servo fugitivo, qui vix videtur habere VOLUN-
TATEM Domino suo acquirendi, cum nec verè amplius
possideatur, quod Nervam F. Proculianum haud sine ratio-
ne movit, veluti ostendit *l. 1. §. 14. D. de acquir. posfesf.* quem
etiam theoretica veritas satis defendit: interim Paulus per
fictionem Juris contrarium ibidem decidit, cujus fictionis
fundamentum Cajus in *l. 15. D. eod.* aperit, & Ulpianus re-
petit in *l. 13. pr. D. eod. it. l. 17. §. 3. D. de furt.* modò se liberum
esse non credat, *l. 58. §. 1. D. d. t. de acq. posf.* quando enim
se gerit pro libero, & Diu in libertate moratur, tunc non vi-

debitur à Domino possideri, cui se Adversarium præparat, u fecit Spartanus, *l. 3. §. 10. D. eod.* quia tunc cessat illa fictio propter diuturnam in libertate moram, quam alii biennio, alii decem annis inter præsentes, viginti inter absentes definiunt. *Gloss. ibid.*

1 Th. 6. Illud h. l. quæritur: An Servus æquè possessio-
2 nem ex omni causâ IGNORANTI Domino acquirat? Simpliciter hoc affirmat *Glossa ad §. 3. Inst. per quas person. nob. acq.* eamque sequitur *Cujac. 24. observ. 9. Colleg. Argentor. Libr. 41. Dig. tit. 2. th. 15. n. 16.* & *Lockamer Quæst. Justin. 263.* moti generalitate texxt. in *l. 34. §. ult. D. de acquir. poss. l. 31. §. 3. D. de*
3 *usucap.* Verùm texxt. isti ex aliis Legibus veniunt explicandi & supplendi, ita ut Servi possessionem nobis ignoranti-
4 bus quidem acquirant in RE PECULIARI, *l. 3. §. 12. D. de acquir. poss.* ideò, quia nostrâ voluntate intelliguntur possidere, qui eis peculium habere permisimus; *l. 1. §. 5. D. eod.* quod latius declarat Papinianus in *l. 44. §. 1. D. d. t.* scilicet, ne cogerentur Domini per singula momenta, species & causas peculiorum inquirere; cum scire quidem, sed non utique singulas res, quæ in peculio sunt, exactè, sed *παχυμερέστερον*
5 Dominus debeat, *l. 7. §. 2. D. de pecul.* in NON PECULIARI verò, tantùm scientibus & jubentibus Dominis, *d. l. 44. §. 1.* dico: scientiam: non fictione Juris æstimatam, sed veram & expressam ac distinctam h. e. conjunctam cum Vo-
6 luntate possidendi, non generali, sed speciali. Ratio differentiæ est in propatulo, quia in peculio Servi, utilitatis causâ, jure singulari hoc est receptum, *d. l. 44. §. 1.* eò, quod voluntas Domini peculium semel concedentis, tacitè recurrere intelligatur: quod verò contra rationem juris est receptum, non est producendum ad consequentias, *l. 14. D. de LL. l.*
7 *141. de R. J.* N. O. exemplum Procuratoris in *§. 5. J. per quas pers. nob. acquirit.* quia Procurator negocia Domini, voluntate & mandato ejus administrat, *l. 1. D. Procurat.* at Servus

extra

extra causam peculiarem, omni planè consensu Domini destituitur; ideoque à diversis malè infertur.

Th. 7. Sed quid de usufructuario Servo? is, cum sit in 1
proprietarii potestate, *l. 25 pr. de V. S.* eidem quoque acquirit ex omnibus causis, extra duas hasce, quod ex re usufructuarii, vel ex operis suis adipiscitur, illud ad usufructuarium pertinet, §. 4. *Inst. per quas perf. nob. acq. l.* 10. §. 3. *D. de A. R. D. l.* 21. *cum seqq. D. de usufr.* Idem de Servo usuario VIDE- 2
TUR esse dicendum, *l. 23. de stipulat. Servor. l.* 16. §. 2. *de Usu & Habit.* quia operæ quodammodò ex re ejus, cui servit, habentur, *l. 23. pr. D. de A. R. D.* Ast hoc rectè negat Ulpianus 3
in *l. 14. pr. D. de Usu & Habit.* propter rationem, quoniam nec locare operas Servi, usuarius potest. Quod & authoritate Labeonis confirmat *l. 12. §. 6. D. eod. tit.* quomodo enim concedere alii operas poterit, cum ipse tantùm uti debeat, ratiocinamur cum nostro Ulpiano. Quicunque enim mercedem ex operis percipere potest, ille etiam operas locabit, *l. 2. D. de usu & usufr. legat.* atqui usuarius mercedem ex iis capere nequit, *d. l. 12. in fin. D. de Usu & Habit.* Ergò. Minor prob. quia mrcedes ex operis, vicem fructuum obtinent, *l. 34. D. de usur.* ast usui fructus deest, *l. 14. §. 1. D. d. t. de Usu & Hab.* Ergò. De B. F. Possessore idem placet, quod de u- 4
sufructuario, per expr. text. *l. 10. §. 4. D. de A. R. D. add. l. 23. l. 57. D. eod. l. 1. C. de R. V.* cum utriusque FERE par sit ratio, nisi quod hic servum alienum potest usucapere, & tùm ex omnibus causis acquirere; fructuarius non item: primùm, quia non possidet, sed habet Jus utendi fruendi; deinde, quia scit Servum esse alienum, §. 4. *Inst. per quas personas nobis acquiritur.* Denique generaliter dicendum, quod ex re suâ, hoc est, ejus cui bonâ fide quis servit, ei acquirere non potest, si- 5
bi eum acquisiturum: quod autem non ex re ejus sibi acquirere non potest, ei acquisiturum, cui bonâ fide servit, *l. 23. §. 2. D. de A. R. D.* & in hoc similis est usufructuario, *l. 10. §. 4. D. eod.*

D. eod. tit. Et hæc de Servis dicta sufficiant. Idem intelle&u-ri de Liberis quoquè & Parentibus, quorum in potestate sunt. Quid enim præcipuum in his servetur, separatim ostendemus in subsequentibus, verba sunt Imp. *pr. in fin. Inst. quod cum eo qui in al. pot. est &c.*

CAPUT II.

De

Rebus Parentum & Liberorum.

Th. I.

1 Plus quàm simplici vice in memoriam repetimus suprà laudatum Nostratium principium ex *l.* 10. *§.* 1. *D. de A. R. D.* Quicunque in alterius potestate est, ille nihil suum habere potest. Atqui Filiusfam. subest Parentum potestati, & civiliter *l.* 3. D. *de his qui sunt sui vel al. Jur.* & naturaliter, *l.* 2. *D.*
2 *de J. & J.* Ergò. Hinc quoque legitima Parentum per Libe-
3 ros acquisitio, vel ipsi juri naturæ conveniens. Nam ut *Philosophus*, vel si quis est alius Author οἰκονομικῶν scribit: *Liberorum procreatio non pertinet tantùm ad explendum munus naturæ, sed*
4 *ad* utilitatem *quoque L.* 1. *c.* 3. Quæ utilitas non solùm in eo consistit, ut Parentes suos filii operâ sublevent, & quem laborem, *ut ibidem traditur*, valentiores Parentes infirmioribus Liberis impendunt, ejus fructum recipiant effoeti Parentes in senectute à valentioribus Liberis: sed etiam ut rem familiarem, utpote partes Familiæ, operâ suâ, quàm de-
5 bent Parentibus, ac res acquirendo augeant. Quod adeò extensum J. Rom. Vet. ut *Liberi nostri, utriusq; sexus, quos in potestate habemus, olim quidem quicquid ad eos pervenerat (exceptis videlicet Castrensibus peculiis) hoc Parentibus suis acquirerent, sine*

ullâ

ullâ distinctione,& hoc ita Parentum fiebat,ut etiam esset eis licentia, quod per unum vel unam eorum acquisitum esset,alii filio vel extraneo donare,vel vendere, vel quocunque modo voluerant, applicare. §.1. *J. per quas pers. nob. acquir.* quia Pater unicum est Familiæ caput, & in domo Dominium habet. *l.*195. §.2.*de V.S.* eique competit Jus vitæ & necis in Liberos *L.* 11. *D.de Libr. & posth. her. instit. l.ult. C.de P.P.* & per consequens in bona eorum, *l.*11.§.2. *D. de Bonor. poss. secund. Tab.* Sanè, hodiè attenditur Pecu- 6
liorum differentia. Profectitium enim s. Paganum, ita di- 7
ctum, quia ex re Patris proficiscitur, contemplatione & in commodum Familiæ paternæ, Patri acquiritur, ad instar peculii servilis, *pr. Inst. quib. non est perm. fac. Test. vers. quanquam.* nisi quod Filiusf. obligabatur etiam ipse, non de peculio tantùm, sed in solidum, tanquam Paterfam. *l.* 39. *D. de O. & A. l. ult.* §. 2. *D. de V. O.* Peculium verò Castrense est, 8
quod contemplatione Militiæ Filiusfam. adipiscitur, ab ipsa occasione Castrensi tantùm æstimatur, *l.* 16. §. 1. *D.de Castrensi pecul.* & ex Impp. Constitutionibus ipsi Filio simpliciter acquiritur, *pr. Inst. quib. non est permiss. fac. Testam.* An etiam ex JCtorum mente? Hi quippe de custodiendis 9
antiquæ Jurisprudentiæ principiis valdè solliciti constitutum Jus ita interpretabantur, ut quàm minimùm fieri posset, à veteri Jure dissentiret; ita ut quamvis bona Castrensia jure proprietatis competerent Filiof. Militi, tamen Pater posset postliminii cujusdam similitudine retrò videri habuisse eorum Dominia, *l.* 19. §. 3. *in fin. D.de Pecul. Castr.* Cujus rei 10
hic est effectus, ut si quando Filiusf. intestatus decessisset, ad Parentem pertineant bona Castrensia, idque Jure communi, *pr. J. quib. non est perm. fac. Testam.* hoc est, interprete Ulpiano in *l.* 1. & 2. *D. de Cast. Pecul.* & Impp. *in l. pen. C. eod. tit. Lib. XII.* non quasi Hereditas, sed quasi Peculium (Profectitium) Patri deferantur, & apud Patrem remaneant, hoc respectu, ut Pater ipse heres non fiat, nec ea nunc obvenisse Patri, sed non esse ab eo profecta credantur, *l.* 9. *D. eod.* &

is jure pristino peculium habeat, *l.* 14. §. 1. *in fin. D. eodem.* In
11 summâ: hinc efficitur, ut hi actûs Patris, qui alienationem alicujus juris de Castrensi Peculio non statim præstant, va-
12 leant, si ante decesserit Filius intestatus, *l.* 18. §. 1. *D. eod.* Hæc, utrum magis verè ex sententiâ JCtorum, quàm ingeniosè dicantur, ut Doctis judicandum relinquam, facit Re-
13 verentia, quæ maximis debetur Ingeniis. Illud tamen mihi observasse videor, JCtos negare, Patri VERE competere Dominium in bona Castrensia, antequam Filius intestatus decesserit, sed tantùm per fictionem, quâ tempus post mortem Filii intestati retrotrahitur ad tempus, antequam Filius iret in militiam & cepisset habere tale Peculium. At-
14 que hoc est, quod Tryphoninus in *l.* 19. §. 5. *D. de Castr. pecul.* admodum subtiliter disputat contra Ulpianum, Ejusque Antecessores in *l.* 33. *pr. D. de A. R. D.*

1 Th. 2. Ad imitationem peculii Castrensis, quasi Castrense peculium supervenit, §. *ult. J. de Milit. Testam. l.* 37. *pr. C. de inoffic. Testam*, quod occasione muneris, & dignitatis, salariiqve publici Filiofam. quæritur, ad instar veri Castrensis, *l. 6. pr. in fin. C. de bon. quæ liber.* ita, ut utrobiqve ei compe-
2 tat Testamenti factio, licet non eodem modo, sed potius diverso; quia in peculio, quod quasi Castrense appellatur, non quasi Militibus, h. e. quo voluerint modo, *pr. J. de Milit. Test.* sed communi & licito ac consueto ordine observando, fit dispositio, *d. l.* 37. *pr. vers. in tali.* Inde est, quod testandi facultas in his arctius restringatur, dum querela inofficiosi in hâc specie locum habet, exemplo Clerici, in *Nov.* 115. *c.* 4. & *Nov.* 123. *c.* 19. quæ aliàs in peculiis Castrensibus regulariter cessat, propter singularem favorem Rerum &
3 Militiæ armatæ, *Colleg. Argentor. tit. de inoffic. Testam.* §. 11. N. O. generalia verba *d. Nov.* 115. *c.* 4. per quæ speciale Privilegium in *l.* 9. *C. de Milit. Test.* & *l.* 9. *C. de inoffic. Testam.* Militibus non adimitur, juxta vulgatam Dd. regulam: specialia Privilegia non solent subjacere generali Juris correctioni.

conf.

conf. in simili Paul. Berens. Disput. 6. th. 3. *q.* 5. licet dissentiant
Dd. communiter secundum *Francisc. de Barry. Tr. de success.*
testati & intest. L. 10. *tit.* 8. *n.* 21. Exceptio est, si Miles J. Com- 4
muni testamentum fecerit; tunc enim ex hoc æstimatur, &
querelæ subjacet, *d.l.* 9. *C. de Testam. Milit.* Nec officit, quod 5
quidam Neotericus opponit: h. m. Privilegium datum esse
modo testandi, non rebus; quia verum est, quod aliter non
competat Privilegium, nisi J. militari Testamentum fiat,
cum aliàs 7. Testes requirantur. Et ideò juxta præfatũ casum 6
exceptum hodienum querelæ subjacent ejusmodi Testamenta,
si in cæteris non est observata forma *dict. Novell.* 115. *c.* 4.
tunc Testamentum IPSO JURE nullum est, adeoq; querelâ
non amplius HOC CASU rescindendum; secus quàm vulgò
erratur, ut verbis utar *Dissentientis Schnobelii Disput. ad P. V. th.*
15. quem satis refutat *Dn. Struve in Resolut. ad Exerc. X. th.* 15. 7
it. Ex. XXXII. th. 32. De Legatis in tali Testamento relictis,
quæritur an J. Novo subsistant, an verò simul intercidant? 8
Contradicere sibi ipsi videtur *Schnobel. d. Disp. ad P. V. th.* 16. 9
junct. Disp. XVI. th. 12. *in fin.* An dicimus, priori loco agi de causâ
EXHEREDATIONIS; in posteriori de causâ PRÆTERITIONIS: quæ omninò sunt diversa, juxta *Cujac. in l.* 4. *D. de
lib. & posthum. Alciat.* 4. *παρέργων.* 9. *Anton. Fab. decis.* 20. *error.
Pragmat.* 4. *& Lib.* 9. *Conject.* 14 *Gilken. in Auth. ex causâ. C. de Liber.
præter. n.* 1. *& seqq. Caspar. Schifordegh. Lib.* 1. *Tr.* 17. *Hilliger. ad
Donell.* 6. *Comm.* 18. *lit. F. Treutl. Vol.* 1. *Disp.* 13. *th.* 7. *lit. G. Andr.
Gerhard. Ex. Just. VIII. q.* 4. frustrà dissentiente *Besselio Disp.
ad P. X. th.* 4. Cui ex asse respondet *B. Dn. Fiebig. in Vindic.* 10
Frantzk. Exerc. VI q. 3. Qui INDISTINCTE negant, sequenti
contra nos insurgunt ratiocinio: Ubicunq; non valet Heredis institutio, ibi quoq; non potest subsistere Testamentum,
& per conseq. nec Legatum. Ratio conseq. quoad prius est,
quia heredis institutio est caput & fundamentum totius Testamenti, §. 34. *Instit. de Legat.* quoad posterius conseq. prob.
quia Legatum est accessorium Testamenti: accessorium ve-

rò sequitur naturam sui principalis, *arg.* §. 5. *Inst. de Fi*
11 Ergò. Resp. ad Majorem (1) neg. conseq. Legata enim J. N
vo, etiam sine Testamento, tanquam Codicillis ab inte
to relictis, possunt valere, quoniam à legis Authoritate d
pendent, secus quàm J. Vet. ubi à Testatoris Voluntate,
solâ Heredis institutione fundatâ, descendunt, per ea q
deducit *B. Dn. Ungep. Ex. Iustit. VIII. q.* 8. *in Nego.* Resp
12 procedere conseq. prioris in Heredis institutione, q
absolutè & simpliciter est nulla, v. gr. si sit ince
ta, captiosa, h. e. ad Arbitrium alterius composita, con
l. 32. *pr. D. de Hered. instit.* nostro autem casu solùm r
spectivè vitiosa dicitur, respectu habito ad e.g. Fili
non ritè institutum, nec ritè exheredatum, qui admitti
quasi in locum instituti. Hinc si ille, cui facta Injuria,
probet Testamentum, ipsa quoque valet institutio, *arg. l.*
13 *D. de Injust. rupt. irrit. Test. l.* 23. §. 1. *D. de inoff. Test.* Et ita S
binos Lipsienses *A.* 1569. pronunciasse, testantur *Con*
Saxon. Constit. Tom. 1. *p.* 2. *q.* 23. *n.* 5. *vers. sed sanè posterior*
Quam sententiam etiam approbavit Serenissimus Elect
P. 3. *constit.* 10.

1 Th. 3. Cæterùm, præter Castrensia Peculia, ali
concurrit, quod Græci Interpp. ἀπροσπόριςον vocant, qu
dicas, acquisitioni (Paternæ) exemtum; Latinis audit A
ventitium, in similitudinem dotis profectitiæ & adventit
l. 5. *pr. &* §. 2. 6. 9. 11. D. *de* J. *dot. Cujac. in Not. ad tit. Inst.*
quas pers. nob. acq. & ex eo *Galvanus de usufructu cap.* 7. I
2 Imp. Hadriani decretum, jussit Patrem rogatum Heredi
tem Filio restituere, si in potestate suâ esse desiisset, & si co
pertus sit bona dissipare, ut à filio compelli posset ad re
3 tutionem, *l.* 50. D. *ad SCt. Trebell.* unde postea JCti velut
jure recepto ita intrepidè respondebant, *l.* 16. §. 11. D.
4 Posteà D. Antoninus Pius rescripsit, suam interponens B
neve

nevolentiam, ut Filiusfam. habens Patrem furiosum, adire possit Hereditatem, atque si Paterf. esset, *l.* 52. *pr.* D. *de acquir. Hered.* hinc subsecuta est Constantini Magni Constitutio, ut in bonis Maternis, quæ Mater liberis relinquit, Pater solum usumfructum haberet, Dominium non ad ipsum, ut antea J. Vet. *l.* 6. *C. de bon. quæ Libr. l.* 2. *C. de P. P.* sed ad Liberos pertineret, *l.* 1. *C. de Bon. Matern.* Liberis verò emancipatis tertia pars bonorum Patri, quasi remunerandi gratiâ Jure proprietatis quærebatur, *l.* 6. §. 3. *C. de bonis quæ Liber.* quod ad lucra nuptialia extendit Constitutio Theodos. & Valentin. *in l.* 1. *C. eod.* & de Muneribus Sponsalitiis interpretantur Leo & Anthemius in *l.* 5. *C. eod.* Denique Justinianus, plenius consulendo sancivit, ut in omnibus bonis Adventitiis, h. e. non ex Patris substantiâ, sed extrinsecus ab aliis, quibuscunque causis, vel ex liberalitate Fortunæ, vel laboribus suis, putâ artificio obvenientibus, liberis Dominium, Patri ususfr. tantùm quæreretur; ne quòd iis laboribus vel prosperâ fortunâ accessit, hoc in alium perveniens, luctuosum procedat, *l.* 6. *pr. C. d. t.* §. 1. *Inst. per q. p. n. a.* usque dum vixerit, *d. l.* 6. §. 2. *vers. sin autem verb. post obitum. Nov.* 22. §. 23. *vers. & hæc communis* In emancipatis autem liberis, pro tertiâ parte Dominii, dimidiam ususfructus lucraretur. *d. l.* 6. §. 3. Ita etenim, & Parenti nihil derogabitur, usumfructum rerum ampliore summâ possidenti, & filii non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda aspicientes, vel ad extraneos, vel ad Fratres suos; quod etiam graviùs multis esse videtur, *d. l.* 6. *pr. C. de bonis quæ liber.* §. 2. *in fin. Inst. per quas pers. nob. acq.* Aliter J. Saxon. obtinet, quo liberi Parentibus eo usque acquirunt, donec adolescant, seqve ab iis separent, propriamve rem Familiarem instituant, und sind nicht mehr aus Vatern Brodt: hoc facto Pater eis omnia bona Materna, etiam non retento usufructu restituere tenetur, Er muß ihnen ihr

5 6 7

ihr Muttertheil geben / secundum Interpp. Juris Saxon
communiter, per *text.* LandR. *L.* 1, *art.* 11. *pr. Elector. Constit*
10. *P.* 2. *ibiq; B. Dn. Carpzov. defin.* 5. *vid. Köppen Observ.* 104
8 *n.* 2. *Berlich. p.* 2. *conclus.* 11, scilicet (1) quia Filius hodiè non
à Patre, nec ipsius facto emancipatur, sed statuto vel con
suetudine Patriâ potestate eximitur, *Andr.* Kohl *Tr. de Suc-*
9 *cess. Conjug. P.* 2. *n.* 75. (2) quia hoc casu onus educationis &
alimentationis cessat, in cujus vicem PATER, jure quo-
dammodò compensationis, tale quid percipit, *conf. Dn. Stru*
10 *ve Ex. ad P. XII. th.* 5. *vers. moribus.* Imò, etiamsi Liberi ali
unde alimenta capiant, & de pane Patris non vivant, hoc
tamen non attento Patri ususfructus in bonis liberorum Ad
ventitiis Jure Patriæ potestatis debetur, quia ei imputari ne-
quit, quod liberi ejus, ope & alimentis non indigeant, ve
luti ita *M. Mart. A.* 1633. Dn. Scabinos Lipsienses respondis
se refert *B. Dn. Carpzov. in Jurisprud. For. Rom. Sax. P.* 2. *const*
11 10. *defin.* 7. Eodem planè modo *M. Jun. A.* 1605. à Veneran
dis Dnn. Antecessoribus Jenensibus ad requisitionem Claus
Hessen zu Tambach responsum fuit: Ob gleich euer Vater
sich anderweit verehelichet / und ihr in der frembde bey
ehrlichen Leuten zu dinste für einen Knecht / und nicht in
euers Vaters Brod euch auffgehalten / Er auch alles das
jenige/was ihr von euer Mutter und Mütterlichen Gros
vater ererbet/ bis anher genutzet/und noch zu dieser stun
te innen hat: So gebühret doch eurem Vater der Nut
und Gebrauch euer Grosväterlichen und Mütterlicher
Erbschafft / nicht allein bis zu euer erlangten Mündigkeit,
sondern auch bis ihr eine eigne Haushaltung anstellet. It
quoque ab Eisdem eodem tempore ad quæstionem Philipp
Pezolts zu Rudolstadt pronunciatum fuit: Das die ver-
storbene Groß-Eltern ihre Erbschaffe auff eure Kinder
allein eigenthümlich vererbet und gebracht / an welcher
Gütern ihr als der Vater nicht allein euch der Administra

tion

tion, sondern auch des Usus fructus, bis sie zu ihren mündigen Jahren kommen/ und sich von Euch mit Anstellung ihrer eigenen Haushaltung und Nahrung scheiden werden/ gegen gebührlicher Nothdürfftigen Alimentation anzumassen wohl befugt/ und sind weder der Unmündigen Vormünder / noch die Obrigkeit Euch dißfals einhalt zu thun nicht berechtiget / zu förderst / weil ihr erbötig/ die Güter in Esse bleiben zu lassen / und davon im wenigsten nichts zu veralieniren. V. R. W. Unde sequitur (1) factâ 12
bonorum restitutione, ad Alimenta præstanda Patrem non obligari, nisi liberi aliàs sese exhibere nequeant, *l. 5. §. 7. D. de agnosc. vel alend. liber* (2) quamdiu PATER liberos alit, eatenus ad fructuum perceptorum restitutionem non obligari, quia eos lucratur. *Gloss. ad Text. latin. d. Articuli* LandR. *vers. Fructus autem.*

Th. 4. An & MATER? Affirm. non quidem de J. Civili, quippe cum hoc jure in Matre deficiat P. P. vinculum, 1
juxta §. 10. *J. de Adopt. l. 13. D. de suis & legitim. Hered.* sed de J. Sax. per *text.* LandR. *L. 1. art. 11. vid. VVesenbec. Paratit.* Dig. *de Tutel. n. 5. vers. quin moribus Saxonicis*, quem Nostri gregatim sequuntur, uti videre est ap. *Jacob. Schultes. quæst. pract. 46. n. 21. & in Addit. ad Modestin. Pistor. P. 1. q. 22. n. Reinhard. Ros. in addit. ad* Dan. Moller. *p. 2. constit.* 11. *n. 12. Matth. Berlich p. 2. conclus. 12. n. 11.* Dn. *Richter. p. 1. Decis.* 18. contra quem in cas- 2
sum disputat *B. Carpzov. L. 6. Resp. Elector. 70. & in J. prud. For. P. 2. Const.* 10. *defin. 13.* & *de J. Fœmin. Decad. 2. posit.* 4. cum satis eum refellat responsum JCtorum Wittebergensium *de anno* 1636. *M. Jul.* annexis rationibus dubitandi & decidendi formaliter conceptum, ac pro salvandâ emeriti Nostri Ordinarii Dn. Richteri Authoritate, avthenticis verbis hîc notandum: Ist auff eure vorige Frage wegen Christierni Wildemans hinterlassenen unmündigen Sohnes erster Ehe Vormundschafft/ deren sich seine beyde Groß-Mütter N. und-

N. und N. anzumassen bedacht / von uns erkand worden / daß uff solchen Fall / nach Sächs. Rechten uñ deren bewehrten Lehrer Meinung / ihnen der Ususfructus, von deren unmündigen Enckels-Güttern / so lange sie ihn alimentiren / verbleibe / und es dieser Vormundschafft halben / wie mit der Väterlichen / nach benümbten Rechten gehalten würde. Darauff ihr euch an einem andern Ort des Rechten belehren lassen / daselbst gesprochen / daß gedachte Groß-Mütter in Vormundschafft ihres Enckels in dessen Güttern der Fruchtniessung sich anzumassen nicht befugt / sondern dem unmündigen nach geendeter Vormundschafft davon richtige Rechnung und Abstattung zu thun schuldig; alles nach mehrem Inhalt eures Berichts und der Beylagen. Ob nun wohl fürgewendet wird / daß nach gemeinen Käyserl. Rechten / die Mutter oder Groß-Mutter in Vormundschafft ihrer Kinder / sich des Ususfructus in unmündigen Gütter nicht zuerfreuen haben / auch solche nur denen Vätern / ratione Patriæ Potestatis zustehet / und das alles in keinem Orthe der Sächs. Rechte ausdrücklich geendert / noch durch beständige erweißliche Gewonheit ein anders eingeführet / derowegen von der Disposition gemeiner Rechte / uff Sächs. Boden / bevorab / weil dadurch der unmündigen bestes gesuchet und befördert würd / nicht abzuweichen / auch sonsten / da die Sächs. Rechte gegen die Kinder wegen des Vaters gelinder / in dem dieselbe Ihm nur den Usumfructum usque ad separationem zulassen / welcher de Jure Civili Ihm auch uff Zeit seines Lebens vergönnet / wegen der Mutter aber schärffer wären / welches nicht zu præsumiren. Dennoch aber und dieweil in Sächs. LandR. L. 1. *art.* 11. dieses klar zu befinden / **hält ein Vater seine Kinder in Vormundschafft nach ihrer Mutter tode / wenn si sich darnach von ihm scheiden / Er sol ihnen lassen und geben alles**

ihr

ihr Mutter-Gutt sey ihm dann von Unglück und ohne seine schuld abgangen. Dasselbe sol das Weib den Kindern auch thun/ob ihr Vater stirbt. In welchen Worte die Mutter dem Vater in der Vormundschaft/ beydes was die Administration derselben/un denn die Ausantwortung der Gütter nach der scheidung betrifft/gleich geachtet wird / und darneben deutlich versehen / daß uff solchen Fall ihr Mutter oder Vater Gutt ihnen gelassen und gegeben werden solle: welche Worte denn von der substanz und Eigenthumb reden / und dahero die Nutzungen denen Eltern verbleiben sollen; Inmassen der Sachse an diesem Orthe nicht uff die Väterliche Gewalt/ sondern die Vormundschafft sich fundiret, wie solches die *Gloss. german. n. 2. pr.* und sonderlich die Glossa Latina daselbst sub lit.b. mit mehren erinnert/quod certum sit, existentem in patriâ potestate, Tutorem habere non posse; ergò à contrario sensu satis commodè inferri, neque Patrem in tutelâ habere Filium, nisi prius ipsum emancipaverit &c. Damit denn gänzlich übereinstimmet *Fachs. differ. 19. n. 2.* und erkläret es ferner die *Gl. Lat.* daselbst *sub lit. D.* sufficit, si bona ipsa vel fundos acceptos eis restituat, neque cogitur etiam de fructibus quid respondere &c. und *sub lit. e.* das der Vater seinen Kindern sol wieder geben ihr Mutter-Gutt. debet hoc intelligi, postquam pervenerunt ad legitimam ætatem, ut hic textus dicit: nam quamdiu intra annos pubertatis consistunt, Pater ex eis lucratur Usumfr. propter alimenta ipsis præstanda;und deutlich von den Eltern in gemein/ und der Mutter insonderheit *ad art. 23. Lib. 1.* LandR. *ad verba*: wo aber der Vormund auch Erbe mit ist/so darff Er niemand des Kindes Gutt berechnen / noch Bürge setzen. *lit. n. ibi: quod tamen sanè intelligendum est de parentibus, ut de Matre, quæ relevatur ab onere perhibendæ rationis ob Reverentiam.* Auch sonsten in den Sächs. R. nach derer bewehrten

 Leh-

Lehrer Meinung/ auff die Observanz und Gewonheit am meisten zusehen/ und aber die fürnembste und erfahrenste Sächs. Rechts-Lehrer/ so wohl alte als neue dieses klar bewehren/ und von der Observanz und Moribus bezeugen / welchen dahero billich glauben zuzustellen/ und sonderlich/ weil kein geübter in Foro Sax. anzuziehen / der in öffentlichen Druck / ein anders iemals gelehret; derowegen die Verordnung gemeiner Rechte/ so nur von dem Ususfructu, vermöge der Väterlichen Gewalt reden / anhero dißfals nicht zu appliciren/ in dem ein anders bey Vormundschaft der Eltern uff Sächs. Boden eingeführet und durch der Mutter und Groß-Mutter Administration ihrer Kinder und Enckel bestes eben so wohl gesucht/ und man sich bey ihnen gleicher Mühwaltung/ Affection/ und Treue zuversehen/ und keine Gefehrde zuvermuthen; dahero die Mutter dem Vater in Verwaltung der Vormundschafft nach Sächs. Recht / gleich gehalten wird / auch darwieder die vermeinten præsumtiones und conjecturen gantz unschließig sind. So erscheinet dannenhero und andern mehren so viel/ daß der angezogenen Notturfft ungeachtet/ es bey unserm vorigen Urthel nochmals billich verbleibet. V. R. W.

1 Th. 5. Hic controvertitur 1. An si quid pervenerit ab ipso Parente ad Filium, intuitu solius Filii, non ut augeatur res paterna, Adventitium sit, non peculii profectitii? Receptam opinor esse negativam, quia proprium est peculii Adventitii, nunquam à Patre, sed semper à Filio advenire.
2 *Colleg. Argentor. tit. de peculio th. 3. n. 4. Galvanus de usufr. c. 7. n. 7. & 10.* putat Adventitium esse. Cum enim liceat extraneis peculium Adventitium constituere, cur non liceat hoc idem Patri, à quo LL. omnes naturales & humanæ, uberiora bona expetunt & expectant? quemadmodum Dos à Patre profecta, sine contemplatione paternæ pietatis, non Profecti-

fectitia est, sed Adventitia, *l.* 5. §. *6. D. de J. Dot.* Atque hanc 3
animadversionem esse maximi momenti, nòn solùm quoad
Jura Ususfructus, sed etiam Collationis, & similia. Quam 4
sententiam confirmare videtur id, quod & ipse ususfr. in his
bonis Patri debitus, ab eodem remitti & donari possit Filio, *l.6.§. 1. vers. sin autem. C. de bonis quæ liber.* Huc facit, quod 5
Vand. 1. *q.* 4. ait, HODIE Filiisfam. Parentes posse donare,
quicquid velint, postquam sint compotes facti acquisitionis
propriæ: quod *Hilliger ad Donell L. 9. c. 5. lit. D.* probandum 6
esse negat. Huic affinis est II. quæstio: utrum Filiifam. patrimonium auctum, præsumatur Adventitium, an verò Profectitium? Dist. cum *Glosf. ad* §. 1. *verb. prospera. J. per q. p. n. a.* 7
Aut Filiusfam. non est industrius, sed ineptiæ deditus, Pater è contra dives; & tunc præsumitur ex re Patris provenisse, adeoque Peculium Profectitium, ut tollatur suspicio &
evitetur turpis quæstus ac adulterii opinio, *arg. l.51. D. de Donat. int. V. & U.* Aut Filius est industrius & artificiosus, qui
consuevit operari, Pater verò pauper; & hoc casu ea quæ accedunt Filio, præsumuntur esse Adventitia, quia nemini industria vel augmentum Patrimonii, quod laboribus & multis casibus quæritur, venit interdicendum, *l.* 10. *C. Arbitr. Tut.* Hæ autem conjecturæ si desint, vel pares esse videantur, melior censeri debet conditio possidentis, *cap. 65. de R. J. in 6to.* Ergò Beati POSSIDENTES, dicimus ex *l. ult. C. de R. V. &* §. 4. *Inst. de Interdict.* add. *Zasius in* §. 10. *Inst. de Act.* 8
ubi dicit, se consulendo per hanc distinctionem obtinuisse aliquando 3000. aureorum. Verùm non omnibus tàm licet esse beatis, ut in simili casu loquitur *B. Henel. in Otio VRATISL. cap. 6. pag. m.* 45. III. notari meretur elegans 9
decisio in casu valdè quotidiano. Finge enim: Titius Pater habet multa prædia; & quia est decrepitæ ætatis, vel alias
valetudinarius, non potest ipse rebus suis præesse, easdemque administrare, pro ut opus est; idcircò Mævius filius ma-

jor natu, omnia gubernat, tâm domestica negocia, quàm curam prædiorum; Sempronius verò Frater minorennis vel Infans, nihil domi agit: mortuo Titio Patre, Mævius, utpote Frater major contendit, se longo tempore administrasse curam Rei familiaris, unde petit, ut ipsi ante divisionem hereditatis paternæ Salarium aliquod certum, tan-
10 quam alii Negociorum Gestori præcipuum detur, Q. quid Juris? Negativè decidit *Jason in l. 20. C. decollat.* (1) quia Filius ex debito Reverentiæ Paternæ ad tales operas tenetur, juxta illud Senecæ: Parentibus & Præceptoribus non potest reddi æquivalens. Accedit (2) quod mandatum debeat esse gratuitum in non solito operas locare, *l. 1. in fin. D. Mandati.* Atqui in Patre verum est posterius. Ergò & prius. Conseq. prob. quia mandatum traxit originem ex officio & Amicitiâ. *d. text.* Minor luce suâ radiat, nec indiget probatione.

1 Th. 6. Acquisitionem Patris in præfato peculio Adventitio, sequitur Obligatio, quæ contra Patrem ex CONTRACTU Filii peculiotenus tendit, *l. ult. in fin. pr. C. de bonis quæ Liber.* §. 10. *Inst. de Act. l. 57. D. de Judic. Donell. L. 15. c. 20. in fin. Heig. ad d.* §. 10. *n.* 8. tùm propter commodum peculii, quod ad Patrem spectat, *l. 1. pr. D. si à parente quis manum. junct. l. 10. de R. I.* tùm propter præsumtam voluntatem contrahendi cum Filio, ex concessione Peculii, *l. 7. §. 2. & 3. D. de Donat. Jason ad d. §. 10. n. 9. & Dd. Communiter. Bachov.*
2 *disput.* 8. *de Action. th.* 9. deducto tamen eo, quod Patri aliisque sub ejus potestate constitutis à Filio debetur; quia Pater prævenisse, & cum Filio egisse creditur, *l. 9. §. 2. D. de pecul.* Quod si verò Pater plus quàm in peculio erat, persol-
3 verit, non repetit, *l. 11. D. de condict. indeb.* quia damnum, quod suâ culpâ sentit, meritò incurrit, *l. 203. de R. I.* & Jura sunt vigilantibus scripta, non dormientibus, *l. 6. §. 7. l. 24. in fin. D. quæ in fraud. Credit. l. 25. D. ex quib. caus. Majores &c. l. 21. pr. D.*

pr. D. de pecul. l. 2. init. C. de Annali except. Quod ipsum à Præ- 4
tore summâ æquitate est constitutum, ut Pater nomine Filii
obligetur; ne contrahentes cum Filio deciperentur: non i-
tem Jure Civili, *arg. rubr. & t. t. C. ne Filius pro Patre vel Pater* 5
pro Filio &c. quia hoc Jure unusquisque ex proprio suo facto
debet obligari. Ergò & Filius hoc casu obligabitur, & qui-
dem in solidum. Licet enim sit sub manu Patris, tamen ex
omni contractu vel quasi, delicto vel quasi, etiam vivente
Patre, tanquam Paterfam. obligatur, ita ut à Creditoribus
conveniri, & per sententiam ad solvendum integrum debi-
tum possit condemnari, *l. 57. D. de Judic. l. 39. D. de O. & A.* Et 6
hoc non solùm procedit, quando habet Peculium Adventi-
tium, Castrense vel quasi, sed etiam quando nihil habet, &
omnia sunt Patris; quia adhuc potest fieri contra eum execu-
tio, usque ad carceres, nisi potiùs miserabile Cessionis Bo-
norum Auxilium, utpote flebile adjutorium sibi eligat, *l. 7.*
C. qui bon. cedere poss. qualis procedendi modus, hodienum in
Filiisfam. consensu Patris mercaturam exercentibus obtinet,
Schultz. Syn. Instit. ad §. 10. *J. de Action. lit. G. Heig. ibid. n.* 19.
Straccha Tr. de Decoct. P. 3. *n.* 12. Excipitur singulariter ob fre-
quentiam suam (quam rationem contra *Abbat. in
cap. 8. X. de Immunit. Eccles.* benè defendit *Petrus Mozz. Tr. de
contract. tit. de mutuo. rubr. quomodo deficiat. n.* 14.) MUTU-
UM ignorante Patre à Filiofam. contractum, beneficio
SCti Macedoniani elidendum, cujus verba hæc: *Cum inter
cæteras sceleris causas Macedo, quas ipsi natura administrabat, et-
iam æs alienum adhibuisset, & sæpè materiam peccandi malis mori-
bus præstaret, qui pecuniam (ne quid amplius diceretur) incertis
Nominibus crederet: placere, ne cui, qui Filiof. mutuam pecuniam
dedisset, etiam post mortem Parentis ejus, cujus in potestate fuisset,
actio petitioq́ daretur: ut scirent, qui pessimo exemplo fænerarent,
nullius posse Filiifam. bonum nomen expectatâ Patris morte fieri. vid.*

8 *l. 1. pr. D. de SCto Maced.* Unde ratio inductiva hujus SCti, scilicet privata Parentis, maximè publica Reip. utilitas, contra quam nulla valet renunciatio, *l. 11. D. d. t. l. 38. D. de pact. it. arg.*
9 *l. 3. §. 3. verb. si non fraus SCto sit cogitata. D. d. t. de SCto Maced.* Non obst. *arg. ex d. l. 11.* ubi comparantur invicem Fœminæ intercessio, & Filiifam. obligatio. Ast contra SCt. Vellej. valet Fœminæ renunciatio, *l. ult. §. pen. D. ad SCt. Vellej. l. 21. init. l. 22.*
10 *l. 23. C. eod. tit.* Ergò, Resp. Ab intercessione & obligatione, ad renunciationem non valet consequentia. In priori conveniunt, quod utrobique justa subsit prohibitionis causa; in posteriori differunt. SCtum enim Vellejanum respicit principaliter interesse privatum ipsius Fœminæ intercedentis, *l. 2. §. 2. D. ad SCt. Vellej.* adeoque valida est renunciatio, *arg. l. pen. C. de pact.* SCtum verò Macedonianum primariò respicit Interesse publicum, nec juratâ renunciatione simpliciter infirmandum. *vid. B. Carpzov. P. 3. Dec. 296. Dn. Struve Ex. ad P. XVII. th. 27. in fin. ibiq. allgg. Dd. Gutierez, Gomezius cit. loc. Bachov. ad* Treutl. *Vol. 1. Disput. 20. th. 7.*

1 Th. 7. Nota: quod cessante in DELICTO Filii præsumtâ Patris voluntate & utilitate, cesset quoque Patris obligatio, *l. 1. §. 7. D. de his qui effud. vel dejec. l. 58. de R. I.* quia pœnæ debent tenere suos Authores, *l. 22. C. pœn. l. 26. D. eod.*
2 nisi (1) ex delicto Filii, veluti furto, Pater locupletetur: tunc enim peculiotenus tenetur, *l. 3. §. 12. D. de pecul. l. 4. D. de condict. furt.* quia iniquissimum foret, ex furto Filii Patrem impunè locupletari, contra *l. 14. D. de condict. indebiti. l. 206. de*
3 *R. I.* aut (2) lis cum eo contestata fuerit, *l. 35. D. de Noxal. Action. l. 57. D. de Judic.* quia per L.C. quasi contrahitur in Judicio, *l. 3. §. 11. D. de pecul.* adeoque & obligatio, licet fuerit pœnalis, contra Patrem, tanquam Heredem, ritè extenditur, *§. 1. in fin. Inst. de perpet. & tempor. Action. l. 139. pr. de R. I. l.*
4 164. *D. eod. l. 26. l. 58. D. de O. & A.* Hîc Q. 1. An valeat Statutum, ut Pater ex delicto Filii puberis teneatur? Affirm. quoad

quoad pœnam PECUNIARIAM, juxta congruam Legitimæ quantitatem præstitam, *arg. l.* 70. §. *fin. D. de Fidejusf. cap.* 2. *verb. secundum consuetudinem illius terræ. X. de delict. puer. Gail. L.* 1. *Observ. pract.* 36. *n.* 3. *ibiq; Br. Bl. Jason, & Dd. communiter.* 5
Ad Dissentientium rationes & textus resp. *Schneidevvin. Commen. Inst. tit. de Action.* §. 10. *n.* 23. 6
Q. II. An stante tali Statuto, Pater repræsentando Filium in carcerem, evadat onus Statuti, ita ut non teneatur solvere condemnationem pro Filio? Resp. Neg. 7
quia noxæ datio ad liberos non pertinet, §. *ult. J. de Noxal. Action. Bl. in l. fin.* §. 1. *C. de usuris rei judic.* quem sequitur *Jason ad d.* §. 10. *n.* 75. *& in l.* 32. *D. de LL.* 8
Q. III. An illud ipsum, quod Pater SPONTE solvit pro condemnatione Filii, computetur in Legitimam? Neg. itidem. *arg. l.* 17. *in fin. C. de postlim. reverf.* 9
Dissent. urgent (1) argumenti diversitatem, quæ ex odio delicti h. l. facilè colligitur; unde & omnis donandi animus, quasi ex pietate paternâ profectus, penitus excluditur. 10 11
Resp. Hoc negatur nostro casu, ubi de Patre VOLENTE est sermo. opp. (2) potius ex necessitate, quàm liberalitate illud factum esse videtur, & per conseq. meritò confertur, quia in necessitatibus nemo liberalis esse præsumitur, *l.* 18. *in fin. D. de adimend. vel transfer. legat.* Resp. 1. etiam in casu *d. l.* 17. concurrit necessitas. Resp. 2. Patris voluntas omninò liberalem manum ostendit, adeoque Jus Collationis excludit, præprimis, quando peculium Filiifam. deficit, uti tradunt Dd. per *l.* 16. *D. de pecul. legat.* 12

Th. 8. Sunt præterea & quædam Adventitia, in quibus ad similitudinem Castrensis peculii & quasi, ne quidem usufr. Patri quæritur, quæ recenset *Gl. ad* §. 1. *J. per quas pers. nob. acq. Dn. Brunnemann ibid. Dn. Struve Ex. ad P. XII. th.* 5. *circa init. Donell. L.* 9. *c.* 5. 1
Atque in his non posse testari Filiumf. satis abundeque probat *l. pen. l. ult. C. qui testam. fac. poss. & pr. in fin. J. quib. non est permiss. fac. Testam. Nov.* 117. *c.* 1. 2

§. 1.

3 §. 1. quæ rectè ad dispositionem inter vivos restringitur; quod prob. (1) *Libr. Basil. verb.* ΔΙΟΙΚΕΙΝ. (2) *Nov. alleg.* ubi toties vox: gubernationes: repetitur. (3) ibidem præcisè perfecta, h. e. adulta Filiifam. ætas requiritur, cùm aliàs pubertas testantis sufficiat. §. 1. J. *d. t. quib. non est perm. fac. Test. l. 5. D. qui Testam. fac. poss.* Rectè: quia Testamenta possunt revocari, per *l. 4. D. de adimend. & transf. legat.* Con-
4 tractus non item, *l. 17. §. 3. D. Commod.* Ast dicis: Quodcunque inter vivos conceditur, illud etiam inter mortuos erit concedendum, *arg. rubr. & t. t. Inst. ac Cod. de L. Fus. Canin. toll.* Resp. 1. argumentum ab actibus inter vivos, ad actus inter mortuos, nunquam procedit in derogationem Legis. *Everhard. loc. Top. loco à contract. ad ultim. Volunt.* Ast hîc derogaretur texxt. allegg. Ergò. Resp. 2. Nec valet argumentatio, ubi ratio est diversa, sed ubi est eadem. *Id. ibid.* Exemplum peti potest ex *l. 51. in fin. D. de V. O.* Ast hîc in præsenti peculii genere est ratio diversa. Ergò. Minor prob. (1) quia in ejusmodi bonis Adventitiis extraordinariis cessat favor, qui militat in Castrensibus & quasi. (2) Testamenti faciendi Jus prærequirit Patremf. vi L. *XII. Tabb. in l. 120. de V. S.* Ast ta-
5 lis h. l. non est Filiusfam. Ergò. Sed objic. nobis ulterius: hâc ratione nihil novi esse in dict. Novell. constitutum, cum de dispositione inter vivos nullum subsit dubium, propter vulgat. *l. 21. C. Mandati.* Resp. QUASI verò omnis Novella Constitutio necessitate legali debeat esse correctoria. Minimè gentium, quia potest etiam esse confirmatoria. *Cujac. in princ. Novell. & Conrad. Ritterschus. proem. Novell. c. 1. n. 7. seqq.* Neque enim omnis Lex posterior statim derogat priori, nisi sit expressè contraria, *l. 28. D. de LL.* Imò, utique aliquid novi hæc ipsa Novella in se continet, per ea quæ deducit *B. Ungep. Ex. Just. VIII. q. 6. in Ajo. circa fin. vers. Deinde.*
6 Ad reliq. obst. resp. *Dn. Struve in Resolut. ad Ex.* XXXII. *th.*
7 7. Ampliatur: ut ne quidem permittente Patre, Filiusf. possit

ſit de ejusmodi peculio teſtari, *pr. Inſt. quib. non eſt perm. fac. Teſt. l. 6. pr. D. qui Teſt. fac. p.* (1) quia Teſtamenti factio eſt Juris publici, non privati, *l. 3. D. d. t.* (2) Teſtantium jura per ſe firma eſſe oportet, non ex alieno arbitrio pendere, *l. 32. D. de Hered. inſtit.* quia liber debet eſſe ſtilus, & liberum, quod iterum non redit, morientium Arbitrium, *l. 1. C. de S.S. Eccleſ.* ſecus quàm contractus, *l. 43. D. de V. O. §. 1. Inſt. de E. V.* Nec obſt. quod mortis cauſa poſſit Filius h. m. donare, *l. 25. §. 1. D. de m. c. donat.* Ergò & teſtari. 8
Ratio conſeq. eſt, quia m. c. donatio & Teſtamenti factio invicem ſunt exæquata, *§. 1. Inſt. de Donat.* Reſp. Neg. conſequentia, quia in m. c. donatione perinde ut in contractibus attenditur præjudicium Donatoris: unde meritò conſenſus Patris prærequiritur, utpote de cujus præjudicio agitur: at in teſtando alia conſideratur ratio, juxta *l. 3. D. qui Teſt. fac. poſſ. vid. Arum. Diſputat. Pand. XIX.* |*th.* 12. Deinde illa exæquatio ſecundum quid eſt intelligenda, non verò ſimpliciter, h. e. quoad ſui PERFECTIONEM, dum non aliter ſortitur effectum m. c. Donatio, quàm morte ſubſecuta, & poteſt revocari ſicut ultima voluntas; non verò quoad ſui CONSTITUTIONEM, ubi ſapit naturam contractus, quia requiritur præſentia Donatarii & conſenſus utriusque, *l. 38. D. de m. c. Donat.* quod in ultimis voluntatibus ſecus eſt, cum & abſenti & ignoranti poſſit legari, *l. 77. §. 3. de Leg. 2.*

Th. 9. Huc usque de Liberorum officio, & ejus partibus tuendis. 1
Quod attinet Parentum Jus, illud conſiſtit 2
in largâ Bonorum acquiſitorum cumulatione & juſtâ ad Liberos translatione, ſive per Teſtamentum ſive ab inteſtato factâ; 3
niſi improbum Filii factum hoc impediat, *pr. Inſt. de Exhered. Liber.* Scilicet, ut nihil quicqam in rebus humanis eſt, quò firmius in amore ligantur Conjuges, quàm Liberi, ut tradit *Ariſtot. 8. Eth. cap. 11. & 12.* nihiloque magis Matrimonia ſubnituntur, ut ſcribit Ulpianus *in l. 1. §. ult. D. de Liber. exhib.* ita quoque nihil charius Parentibus eſſe ſolet.

Dd Li-

Liberis enim omnia ex voto parant, *l.* 50. §. 2. *D. de bon. Libert.* omnesque impendunt Curas, Sollicitudines, Labores & vigilias, juxta *Virgilii* satis decantatum 1. *Æneid.* Omnis in Ascanio cari stat cura Parentis: Liberi quasi alteri & succenturiati sunt parentes, ut idem refert *Stagirita* 8. *Ethic. cap.* 12. horumque sive prospera, sive adversa Fortuna ad ipsos Parentum manes redundat, teste *Philosopho* 1. *Eth. c.* 10.
4 Quanto verò majori gaudio afficiuntur Parentes, cum morigeros & bonæ Indolis Liberos habent, tanto majori tristitiâ è contra implentur eorum animi, cum ab omni Virtute & bonis moribus eos vident alienos, cum luxuriæ dediti sunt, Parentum monitis refragantur, iisque molestiam creant, ut exclamare necesse habeant cum Demea: Nati filii, alia
5 miseria; aut cum Augusto: O quàm oportuisset me & cælibem esse, & sine Liberis. Ideò longè melius atqve felicius est, nullos planè, quàm malos & degeneres habere liberos, secundum Capitol: qui Antoninum Philosophum hâc unâ re infelicem statuit, quod cum Filium haberet à patriâ voluntate degenerantem, præ dolore vitam protrahere reme-
6 diis noluerit. Hinc, cum nulla gravior sit injuria, eâ, quæ Parentibus infertur, olim Pater filium immorigerum & refractarium abdicare & relegare è familiâ poterat, eundemque, pro ut volebat, castigare atque corrigere; quod tamen posteà improbarunt Legislatores, moderatam saltem castigationem in filium transgressorem concedendo, *l.* 3. *l.* 4. *l.* 6. *C. de Patr. Pot.* & exheredationem, *t. t. Inst. de exhered. liber.* utpote per quam liberorum inobedientia coërcetur, ac
7 Parentum substantia iis justè auffertur. Sed oppon. atqui ratio naturalis quasi lex quædam tacita, liberis Parentum hereditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando, *l.* 7. *pr. D. de bon. damnat.* cum vivo quoque Patre quodammodò Rerum Paternarum Domini existimentur, §. 2. *J. de Hered. Qualit. & Differ. l.* 11. *D. de Liber. & posth. hered. instit.* Resp. Lex hæc, tanquam inferiòr, per superiorem, quæ est:

Ho-

HONORA PATREM, *l. 2. D. de J. & J.* hoc loco explicativè
imitatur & convincitur, ut in simili probat *WVesenbec. Parat.*
Dig. tit. de J. & J. n. 15. circa fin. vid. omninò Sutholt IX. 42. Nec ju- 8
vat Liberos commune Parentum Votum, *l. 7. §. 1. D. si ta-*
bulæ Testam. nullæ extab. quia illud Votum est sub conditione
conceptum: si non eris improbus: adeoque conditione non 9
existente iterum evanescit. Sicuti autem honori Paren-
tum prospexerunt LL. ita quoque eorundem voluntatem
restrinxerunt: neque enim ob levissimam quamcunque, sed
urgentissimam saltem causam exheredatio permittitur, ne
factum Patris filio damnum adferat, contra *l. 25. §. 2. in*
fin. D. ad SCt. Trebell. Insuper requiritur ut causâ exhereda- 10
tionis exprimatur, *Novell. Just. 115. c. 3. init.* (Dd. audit Exhere-
datio cum ELOGIO) cum nudum silentium sive præteritio,
moribus nostris non attendatur, *l. 1. D. de injust. rupt. irrit.*
fact. Testam. l. 3. §. ult. l. 7. & l. 30. D. de liber. & posth. hered. instit.
l. ult. & Avth. ex causâ. C. de Liber. præter. ita ut nec Matris aut 11
Avi Materni præteritio HODIE amplius pro exheredatio-
ne habeatur, *per Nov. 115. c. 3. Vultej. ad §. ult. Inst. de exher.*
Liber. n. 3. Donell. L. 6. Comment. J. Civ. c. 11. Paulus Berens.
Disput. 6. th. 3 q. 14. Hænon. Disp. 7. th. ult. Jul. Clar. §. Testa-
mentum. q. 47. Hottom. L. 7. Observ. 8. Bachov. ad Treutl. P. 1.
Disp. 13. th. 1. & p. 2. Disp. 11. th. 1. lit. C. aliique passim. Dissen- 12
tit *Sutholt VIII. 8.* Verùm citra rationem & contra expr. text.
dict. Novell. constit. 115. c. 3. ubi eadem forma in Testamento
observanda, utrique Parenti præscribitur, quæ proximè ad
simplicitatem juris Naturæ accedit, *arg. l. 6. D. de Just. & Jur.*
Dn. Brunnemann ad d. §. ult. J. de Exhered. Liber. Excipitur sin- 13
gulariter Miles Pater, cujus præteritio etiam J. Noviss. lo-
co exheredationis est, quia specialia Privilegia non solent
subjacere generali Juris correctioni, *l. 26. D. de LL. Berens.*
d. th. 3. 9. q. 5. Jason in l. 9. C. de Test. Milit. n. 8. Vasq. de success.
creat. L. 3. §. 24. n. 32. Harprecht & Dd. communiter ad §. 6. Inst.

d.t. de exher. Liber. Matth. Stephani ad dict. Novell. 115. *n.* 23. *Fa-*
14 *chin. L.6. Controv.* 74. modò sciverit, se Liberos habere; aliàs
Testamentum ipso J. nullum dicitur, *l. 9. C. de Testam. Mil.*
quæ scientia ex eo colligitur, si filii mentionem in Testamen-
to fecerit, v. gr. legatum ipsi dando, *l.* 10. *C. eod. tit.* id quod
salvo J. N. optimè procedit. *vid. Dn. Struve Ex. ad P. X. th.*
15 39. *init. ibiq. in Resolut.* Ita defenditur exheredatio tacita, quæ
expressæ venit contradistinguenda. Utraque fit MALA
MENTE, & notæ sive ignominiæ causâ, cujus vestigia sunt
in l. 18. *C. de Inoffic. Testam. l.* 10. *C. de Testam. milit.* & aliis textt.
16 passim. Ergò ne datur Exheredatio, quæ fit BONA MEN-
TE? Resp. quod sic: quando scil. Parentes non notæ causâ
exheredant Liberos, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant,
e.gr. prodigis, *l. pen.* §. 2. *D. de Curat. fur.* furiosis, *l.* 12. §. 2. *D. de
bon. Libertor.* Impuberibus, *l.* 18. D. *de Liber. & posth. her. instit.*
add. exempla *in l.* 47. *pr. D. d. t. de bonis libert. l.* 24. *l.* 28. *C. de
inoffic. Testam.* it. quæ refert *Sichard. ad Auth. non licet. C. de
Liber. præter. n.* 26. *B. Dn. Frantzk. Comm. ad ff. tit. de inoffic.
Testam. n.* 165. *seq.* Sic divortium aliquando dicitur fieri BO-
17 NA GRATIA, *Nov.* 22. *c.* 4. & *Nov.* 98. *c.* 2. §. 2. Hoc modo
conciliamus Diss. *Suthold supr. cit. Dissert. VIII. aphor.* 12. qui
posthumos hodiè æquè ac olim posse exheredari, more suo,
statuit contra Dd. comm. Utra verò in dubio præsumatur,
18 tractat *Menoch. Libr.* 4. *præsumt.* 28. Moribus nostris recepta
est alia quædam exheredationis species, quæ vocatur
usque ad legitimam; quæ tamen impropriè
prorsus & abusivè ita appellatur, cum exheredatio pro-
priè dicta, excludat ab omnibus bonis Defuncti propriis.
conf. Ritterschus. ad Novell. part. 6. *cap.* 3. *n.* 43.

1 Th. 10. Legitima, varia in Jure habet nomina;
hîc Legibus debita portio dicitur, Legitima portio, *l.* 30. *pr.
l.* 31. *C. de inoffic. testam.* debitum, *Nov.* 18. *in præfat.* debitum
bono-

bonorum subsidium, *l.* 5. *C. de inoffic. don.* debitum naturale, *l.* 36. §. 2. *C. de inoffic. testam.* pars Jure naturæ debita, *cap.* 16. *X. de Testam. cap.* 1. *de Testam. in 6to. Nov.* 1. *in præfat.* §. 2. (intellige, quoad ipsam substantiam seu materialiter Legitima est Juris Naturalis, *d. l.* 36. §. 2. respectu verò quantitatis, sive formaliter, rectè etiam dicitur Juris Civilis, *d. l.* 36. §. 1. *in fin. C. de inoffic. testam. l.* 6. *pr. C. de secund. Nupt. Nov.* 18. *c.* 1. *Nov.* 1. *in præfat.* §. 2. *Dn. Struve Exerc. ad P. X.* 10.) sæpissimè autem appellatur quarta, §. *ult. Inst. de inoffic. testam. l.* 8. §. 9. *D. eod. tit.* Olim enim liberis, quotcunque essent, bonorum quarta pars debebatur, *l.* 31. *l.* 35. §. 2. *C. de inoffic. testam. l.* 8. §. 8. D. *eod.* §. *ult. J. eod. Nov.* 18. *in præfat.* sed novissimâ lege cautum est, ut si quatuor aut pauciores sint Liberi, tertia pars substantiæ, hoc est, unciæ quatuor illis relinquantur; si verò plures sint Liberi quàm quatuor, Semis, sive sex unciæ, *d. Nov.* 18. *c.* 1. unde vulgatùs audit Interpp. versiculus memorialis: 2 3

Quatuor, aut infra, dant Natis jura trientem:
Pluribus aut supra, dant Natis jura semissem.

Hâc tamen cum annotatione, ut omnibus conjunctim illa semis vel triens competat, quam deinde inter se pro ratâ, i. e. pro virilibus portionibus in capita distribuunt, §. *ult. J. de inoffic. testam.* nisi in stirpes fiat successio, *Ludov. Molina Tom.* 1. *de J. & J. disp.* 177. *n.* 2. Sed Q. I. An augmentum Legitimæ, etiam ad Parentes & Fratres pertineat? Affirm. (1) quia Clausula in *d. Nov.* 18. *c.* 1. *in fin.* est generalis, adeoque generaliter accipienda, *arg. l.* 8. *D. de public. in rem act.* (2) ratio augmentandæ legitimæ, scil. multitudo succedentium, utrobique militat: ast ubi est eadem ratio, ibi quoque eadem debet esse Juris dispositio. Dissentit in genere *Sutholt cum alleg. Dissert. IX. aphor.* 33. & in specie *B. Ludvvell.* 4 5 6

nvell. Disp. ad Inst. VIII. th. 8. *circa fin. Harprecht. ad* §. *ult. J. de inoff. Test. Donell.* L. 19. *c.* 4. *ibiq; Hilliger lit. Aa. &* Dd. quos illi allegant. *Fachin. L.* 4. *Controv.* 28. Resp. *vid. in Resolut. Dn.*
7 *Struv. ad d.Ex. X. th.* 13. Q. II. An Filius exheredatus faciat partem in computandâ Legitimâ, vel an in numero Liberorum sit habendus? Et alia quæstio est, an in nume-
8 ro Liberorum sit habendus *ad augendam eorum Legitimam*, ut si Pater haberet 5. Filios, & unum justè exheredasset, adeò ut remaneant 4. Filii, qui juxta scriptum heredem extraneum sunt in Legitimâ instituti, Q. An Legitima eorum sit triens, sicut de jure requiri jam diximus, quando Pater solùm habet quatuor Filios; an verò fingantur quinque Filii
9 successibiles, adeoque legitima eorum sit Semis, sive dimidia pars Hereditatis? alia quæstio est, an exheredatus sit in numero Liberorum habendus *ad minuendam eorum Legitimam*, si nimirum Pater habens quatuor filios exheredaverit unum, reliquos verò in Legitimâ instituerit, scripto herede extraneo, Q. An Filius iste exheredatus faciat partem, quam accipiat heres scriptus extraneus, ita ut reliqui tres Filii non integrum trientem, sed tres solùm partes trientis sive tres
10 uncias accipiant? Verùm, neutro casu, hoc est, neque ad augendam neque minuendam Legitimam, exheredatum facere partem, nec in numero Liberorum habendum esse, asserit & ex USU FORI probat *B. Carpzov. P.* 3. *Jurispr. For. Constit.* 10. *defin.* 12. *&* 13. *add. Berlich. P.* 3. *Pract. conclus.* 12. *n.* 9. *Gomez Tomo I. Var. Resol. cap.* 11. *n.* 23. *Gail. L.* 2. *Obs.* 122. *n.* 10.
11 *Fachin. L.* 4. *c.* 31. *Scotan. Disp.* 24. *th.* 15. Q. III. An Hodiè Legitima solo Institutionis titulo Liberis sit relin-
12 quenda? Et communis Dd. ac Gl. opinio est, non solùm Leges Dig. & Cod. *l.* 8. §. 6. *l.* 25. D. *de inoff. test. l.* 35 §. 2. *C. eod. tit.* §. 6. *Inst. eod.* (ex quibus patet, olim Legitimam potuisse quocunque titulo relinqui) verùm & ipsam *Nov.* 18. *c.* 1. in quâ idem

idem aſſeritur, per Nov. 115. c. 3. init. eſſe correctam. Coraſ. ad l.
24. C. Fam. Erciſc. n. 82. Molina d. l. diſp. 175. n. 12. Rationem au- 13
tem, cur Imp. titulo Inſtitutionis Legitimam relinqui juſſerit,
communiter Dd. duplicem asſignant, (1) quod titulus In-
ſtitutionis ſit honorabilior, l. 5. §. 6. D. de Legat. præſt. contra
Tabb. l. 26. D. ſi quis omiſſ. cauſ. Teſtam. (2) quod hic titulus
Liberis etiam ſit utilior, propter Jus accreſcendi, l. un. §. 10.
C. de caduc. toll. l. un. C. quando non petent. part. petent. accreſc. Co-
raſ. d. l. Dn. Struve d. Ex. X. th. 30. In contrarium diſputant 14
Arum. Exerc. ad Inſt. X. th. 18. Idem Diſp. ad P. VII. th. 21. Vaud.
L. 1. quæſt. Jur. c. 5. & ſi qui alii, quorum rationibus & textt.
in præſentiarum ſatisfaciendum. (1) opp. contra primam
Dd. rationem, quod etiam Legati honore quis affici dica- 15
tur, l. 36. pr. D. de excuſat. Tut. Reſp. Omnium tamen hono-
rificentisſimus eſt titulus hereditarius & inſtitutionis. Coraſ. ad
d. l. 24. C. Fam. Erciſc. n. 82. verſ. verùm quid ſit. (2) adverſus 16
Dd. alteram rationem objic. quod etiam inter Legatarios
Jus accreſcendi ſit, juxta §. 8. Inſt. de Legat. Reſp. 1. Licet hoc
verum ſit, tamen longè pingvius Jus accreſcendi habebit Fi-
lius, ut coheres, quàm ut Collegatarius, cum hic veniat ti-
tulo particulari, ille univerſali. Reſp. 2. Heres hoc jure gau-
det etiam citra voluntatem Teſtatoris, arg. l. 7. de R. I. l. 55.
de Leg. 2. Legatarius non item. Opp. (3) Auth. Novisſima. C. de 17
inoff. teſtam. Nov. 18. c. 1. Reſp. Deſumta eſt Auth. iſta ex
Nov. 18. quæ per Nov. alleg. 115. c. 3. quoad hoc punctum Ju-
ris eſt correcta, Dn. Richter Deciſ. 40. n. 5. Dn. Struve d. th. 30.
ibiq; in Reſolut. B. Frantzk. Ex. VI. q. 5. ibiq; B. Fiebig. in Vindic.
Frantzk. Berlich P. 3. concluſ. 15 n. 18. B. Carpzov. P. 3. Conſtit. 9.
defin. 1. Alii ſomniant, potius d. Nov. 18. corrigere Nov. 115. 18
c. 3. in quâ ridiculâ opinione eſt Bernh. Walther. L. 1. Miſcell.
Jur. c. 9. nam textus, inquit, in Nov. 18. expresſim correctio-
nis mentionem facit, ibi: *Hæc nos moverunt corrigere Legem.*
Verùm, non veremur dicere cum Coraſ. ad d. 24. C. Fam. Erciſc
haec tota eſſe commentitia, vix digna
lucu-

lucubratione anicularum. Nam ex ſubſcriptione utriuſque Novellæ expreſſè apparet, quod *Nov.* 18. ſit prior, & *Nov.* 115. poſterior. Illa enim publicata eſt poſt Conſulatum Beliſarii, *ann.* 536. hæc verò ſub conſulatu Baſilii, 541. quod notat etiam Godofr. in marg. Prius autem, quomodo poteſt corrigere poſterius? Sed contra, poſterius, ſi aliter diſponit, utique corrigit prius. *add. l.* 28. *D. de LL. l. ult. D. de Conſtit. PP.* Inepta etiam eſt probatio hujus opinionis, quod Imp. *in cap.* 1. *d. Nov.* 18. ſcribat, ſe corrigere Legem. Nam, quam legem ibi corrigat, ſatis oſtendit *in præfat. d. Nov.* 18. nimirum illam, quæ ſolùm triuncium definivit Liberis pro legitimâ portione

19 ipſis relinquendâ. Opp. (4) Diſſ. *l.* 13. *C. de Her. inſtituend.* ubi dicitur, quod ex certâ re ſcripti, vel qui certis partibus pro ſuâ inſtitutione contenti eſſe juſſi ſunt, Legatariorum loco habeantur: Legitima autem eſt res certa. Ergò. Reſp. Neg. Minor. quia Legitima eſt pars hereditatis, tertia vel dimidia. Deinde excipit ipſa *d. l.* 13. eos, qui ad certarum unciarum inſtitutionem referuntur, iisque omnes hereditarias actiones tribuit: aſt tales ſunt Heredes, non Legatarii.

20 E. opp. (5) *l. 6. C. de inoff. teſtam.* ubi Legitima dicitur pars bonorum. Reſp. Jure Vet. omninò ſufficiebat quocunque titulo Legitimam relinqui; hinc non ſemper erat pars hereditatis, ſed ſæpius pars bonorum: hodiè autem aliter ſe res

21 habet, velut ſupr. probatum dedimus. Opp. (ult.) gravem rationem, quod Pater Teſtamentum faciens inter Liberos, non teneatur ſervare ſuperſtitioſum rigorem Juris, *l.* 21. *in fin. C. de Teſtam.* nec adeò neceſſaria ſit ſcrupulosa verborum obſervantia, *l.* 15. *C. eod. tit.* Reſp. 1. Nos non præcisè hic agimus de Teſtamento ſolùm inter Liberos condito, de quo *d. l.* 21. *C. de Teſtam.* ſed ſi Liberis alia perſona extranea ſit mixta, ut loquitur *ead. l.* 21. *in fin.* ſi nimirum Teſtator habens Liberos, velit extraneum heredem ſcribere, illud non poterit

terit facere, legitimâ Liberis titulo Legati, aut alio particulari relictâ, sed debet Liberos prius instituere in Legitimâ, eosque nomine Heredum honorare, & posteà cæteras res, aut Legati, aut Fideicommissi, aut Donationis titulo relinquere, aut etiam eum coheredem facere poterit. Resp. 2. quando autem Pater testatur solùm inter Liberos, distingv. cum *Covarruv. ad cap. 16. X. de Testam. §. 1. n. 3.* aut testatur Pater inter Liberos **æqualiter**, & tunc procedit *opp. l. 21.* aut **inæqualiter**, & tunc non potest Pater plures habens Filios, unum eorum Heredem instituere, alteri Legati nomine quid relinquere, sed debet eum vel simul cum Fratre instituere, (licet inæqualiter) vel ritè exheredare; aliàs non subsistit Testamentum. Sanè, in FAVOREM 22
LIBERORUM, **Legitimam** alio titulo, quàm Institutionis relinqui posse, tradit *B. Carpz. P. 3. constit. 9. defin. 11.* ubi id exemplis & rationibus, ac notabili Responso Scabin. Lipsiens. in causâ Hansen und Georgen / Fischern zu Lengefeld / confirmat. Cæterùm, & illud receptum est, 23
Legitimam Statuto tolli non posse, sed tamen minui: quod an de solis Liberis, an etiam Parentibus & Fratribus sit intelligendum, solidè deducit *Suthols Dissert. IX. aphor. 34. seqq. add. Harprecht ad §. ult. J. de inoffic.* Testam. *& Dd. ab ipso allegg. Berlich. P. 3. conclus. 18. n. 20. & 26. B. Carpzov. P. 3. constit. 12. defin. 1. Hillig. in Donell. L. 19. cap. 4. lit. U. Mynsing. Cent. 5. Observ. 43. Gail. 2. Obs. 112. n. 11. Arum. Ex. ad Inst. X. th. 19. Treutl. Disp. 13. th. 11. lit. D. Hanon. Disp. 9. th. 18.*

Th. 11. Liberi igitur aut sunt Heredes instituendi, aut nominatim exheredandi. Sicut enim heres instituendus nominatim designari debet, *l. 29. vers. quod si non fuerit. C. de Testam. l. 8. §. 9. D. de Hered. instit.* ita exheredandus nominatim etiam demonstrari debet, ut certa reddatur persona, *l. 1. l. 2.* 1

D. de Liber. & posth. quia contrariorum eadem esse solet disciplina. Ergò, sicut institutio, quæ favorabilis; ita & exheredatio, quæ odiosa, requirit expressionem nominis, *Simon de Prætis Libr. 3. de Interpret. Ultim. Volunt. interpr. 1. dub. 6. sol. 2.*
2 *n. 1.* Fieri autem debet exheredatio nominatim (1) ratione personæ exheredandæ, non attentâ sexûs, Patriæ potestatis, & Nativitatis differentiâ; quod noviter est constitutum, *l. 4. C. de Liber. præterit. §. 5. Inst. de Exhe-*
3 *red. Liber.* olim non erat sic; quippe distinguebatur (1) inter Mares & Fœminas, ita ut Filii nominatim, Filiæ verò inter cæteros exheredarentur, fortè, propter familiæ desertionem; filiæ enim nubendo patriam relinquunt, & in alienam transeunt familiam. Verùm hæc differentia jam dudum est explosa ab Imp. in *d. §. 5. Inst. de Exher. liber. & l. pen. C. de Legit.*
4 *Her.* Causa erat una, favor scilicet sexûs fœminei. Considerabat nimirum Cæsar, quod natura utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale, & alterum alterius auxilio egeat, *d. l. pen. init.* & utraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungatur, *d. §. 5. add. Perez. ad tit. C. de Liberis præter. n. 3.* cum nec LL. XII. Tabb. in successione ab intestato inter Mares & Fœminas distinxerint, *d. l. pen. C. de Legit. Her.* in quâ Constitutione graviter insurgit Imperator in differentiarum istarum Authores: *quare*, inquit, *naturam offendimus, & Legitimo juri derogamus.* Idem sentit in *d. l. 4. vers. Constitutio. C. de Liber. præter* ibi: *qui tales differentias inducunt quasi naturæ accusatores existunt, cur non totos*
5 *masculos generavit, ut unde generentur, non fiant.* (2) dist. inter Suos & Emancipatos, scil. propter Jus P.P. quod in his deficit, dum pro extraneis habentur, *§. 3. Inst. d. t. de Exher. Liber.* adeoq; nec Decem-Virali Lege ad successionem ab intesta-
6 to vocabantur; *§. 9. Inst. de Heredit. quæ ab intest.* Verùm, Prætor naturalem rationem secutus, quâ par videtur omnium ho-

hominum conditio, *arg. l. 7. D. de stat. Hom.* iis succurrit per Bonor. possess. contra Tabb. §. 3. *Inst. d. t. & t. t. Dig. de Bon. poss. contra Tabb.* mox plenius iisdem prospexit Justinianus, 7
quando eundem effectum circa testamenta Parentum infirmanda & Suis & Emancipatis concedit in §. 5. *Inst. d. t.* respiciens procul dubio ad ipsam P.P. quæ in J. Naturæ habet fundamentum, *l. 2. D. de J. & J. l. 195. §. 2. de V. S.* adeoque immutabilis, §. 11. *Inst. de J. N. G. & C.* Rectè: quia Civilis 8
ratio (voco emancipationem, §. 6. *Inst. quib. mod. Jus P. P. solv.*) potest quidem Civilia Jura corrumpere, naturalia non utique, §. *ult. Inst. de Legit. Agnat. success.* Quod attinet eos, 9
qui hodiè J. Saxon. & per universam ferè Europam receptâ consuetudine pro emancipatis habentur, nimirum Filii, quibus Pater res suas seorsim habere, & negociationes proprias habere permittit, item qui quoad habitationem & mensam à Patre segregati & uxorati propriam alunt Familiam, *Moller. L. 2. Semestr. cap. 16. n. 4.* licet à Patriâ potestate eximantur, per *constit. Elector. Saxon. P. 2. art.* 10. ibi: Daß die Kinder so ihre mündige Jahre erreichet/ dadurch aus der Väterlichen Gewalt kommen sein/ wenn sie von ihnen geschieden. Item: Da sich Kinder/ so zu ihren mündigen Jahren kommen/ von dem Vater mit Anstellung ihrer eignen Haushaltung und Nahrung scheiden/ daß alsdenn solches vor eine Emancipation zu achten/ und derselben Wirckung haben sol &c. Inter illos tamen & Suos, 10
quoad punctum successionis nulla amplius est differentia, ac proinde etiam instituendi (cum Jus successionis nunquam ipsis fuerit ademtum) aut legitimè exheredandi erunt; licet differant quoad modum succedendi, quia emancipatus non ipso Jure, ut Suus, sed aditione demùm heres fiat. *Dn. Struv. Ex. XXXVIII.*

th. 14. B. Ungep. E. Just. IX. q. 4. B. Frantzk. Exercit. VIII. q. 1. ibiq; B. Fiebig. in Vindic. Frantzk. Dn. Brunnemann Comment. Cod. ad l. un. de his qui ante apert. tab. quod ipsum in transmissione Hereditatis quoque obtinere, probat *Idem B. Fiebig. ibid. Semidec. VI. q. 4. & remissivè* Dn. *Struve d. th. 14. in fine.*
11 (3) dist. inter natos & nascituros s. posthumos, qui ex post facto demùm, hoc est, sui existentiâ & nativitate, Patris te-
12 stamentum per agnationem rumpunt. Ideoque, si Mulier, ex quâ posthumus sperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam,
13 *l. 2. C. de posth. hered.* §. 1. *Inst. de Exhered. Liber.* Ergò, inductum hoc (α) propter metum abortus, *arg. l. 129. de V. S.* ne si forte per abortum posthumus non nasceretur, Testator moriatur intestatus, & nullum relin-
14 quat Heredem. Atque hactenus nec pro nato habetur posthumus; frustraque objicitur *l. 7. l. 26. D. de statu Hom.* quia regula illa sic temperanda est: *si modò posteà nascatur.* Neque etiam Incommodum hîc sentit, cum statim ac perfectè editus est, Testamentum rumpat, & ipso J. nullum faciat, nec opus habeat querelâ Inofficiosi. *Rolandinus Tr. de Testam.*
15 *rubr. 14. n. 7.* (β) propter metum monstri, *l. 3. in fin. C. de posthum. hered. instit.* quia non sunt Liberi, qui contra formam generis humani converso more procreantur, *l. 14. D. de statu Hom.* Partum tamen, in quo aliquid præter naturam superest vel deest, inter Liberos numerandum
16 esse, non negamus, vi *l. 10. §. 2. D. de Ædil. Edict.* Et ita accipimus *l. 135. de V. S.* quæ vulgò creditur obstare. Aliter respondet Dn. *Struv. in Resolut. ad Ex. III. th. 4.* secutus *B. Arum. Disp. ad Pand. I. th. 14.*
17 (γ) quia fœtus potest in utero aut in agone mori; qui, si mortuus ejiciatur, scripti heredes succedunt; quia qui mortuus editus

est,

eſt, neque natus, neque procreatus videtur, cum nunquam Filius appellari potuerit, *l.* 129. *de V. S.* imò, vix homo, *l.* 9. §. 1. *D. ad L. Falcid.* Teſtamentum igitur ob hunc dubium e- 18
ventum rectè eſſe conditum, & ab initio ſubſiſtere, Imperatori placuit *d. l.* 3. Neque hoc per *Nov.* 115. *c.* 3. mutatum, *Vinn. ad* §. 1. *Inſtit. de Exher. Liber.* quod enim Jure Novo expreſsè correctum non eſt, ſtare non prohibetur, *arg. l.* 27. *C. de Teſtam.* Oppon. §. 5. *Inſt. d. t.* Reſponſio eſt in ipſo tx. opp. 19
verb. *circa teſtamenta Parentum ſuorum infirmanda.* nimirum, poſthumi ſunt neceſſariò inſtituendi, ne agnaſcendo Teſtamentum rumpant vel infirment. Si enim partus vivus perfectè naſcitur; atque ad orbem cum Spiritu totus procedit, agnaſcendo rumpit Teſtamentum, & in totum infirmat (intellige juxta Jus antiquius, §. 1. *Inſt. de Exher. Liber.* non item J. Noviſſimo, ſecundum *Novell.* ſæpè alleg. 115. *c.* 3. *circa fin. verſ. ſi autem hæc obſervata non fuerint.* add. exemplum *in l.* 28. *D. de inoffic. Teſtam. B. Carpzov. P.* 3. *Conſtit.* 9. *def.* 4. Non 20
obſt. *l.* 7. *de R. I.* Reſp. ex *l.* 15. *in fin. D. d. t. de inoffic. teſtam.* & *Godofr. ibid. in Not. lit. M. verb. ex poſt facto. conf. Arum. Diſp. ad Inſtit. X. th.* 2.) licet illicò moriatur, *l.* 3. *C. de poſth. hered. inſtit. l.* 12. §. 1. *D. de liber. & poſth. hered. inſtit.* nec vocem emiſerit, *d. l.* 3. *C. de poſth. her. inſtit.* A quâ J. Civ. Conſtitutione paulò 21
receſſit J. Sax. & cum illo quorundam locorum Statuta, quibus ſancitur, ut poſthumus rupiſſe dicatur Teſtamentum, ſi vocem ediderit, Germ. wenn er die vier Winckel beſchrien. *vid.* LehnR. *art.* 20. *pr.* wenn der Sohn nach des Vaters tode lebet ſo lange / daß man ſeine Stimme hören mag in den vier Wenden des Hauſes / ſo iſt er beerbet mit ſeines Vaters Lehen / und hat es entführet allen denen / die dinge (*vid. art.* 5. *d.* LehnR.) daran hätten. Verùm, hæc J. Sax. Conſtitutio ſine ratione eſſe videtur, quia vox non 22
eſt cauſa, quod poſthumus rumpat Teſtamentum, ſed vita & nativitas poſthumi; adeoque in Scabinatu Lipſienſi & a-

liis locis ita non observatur, sed indistinctè ad successionem admittitur is, quem vivum & integrum natum fuisse
23 constat, etiamsi vocem nullam ediderit. Sed quid si partus in ipso parturientis agone vivus appareat, intra ossa tamen pubis, antequam perfecte ejiciatur, fuerit mortuus? Non rumpet hic posthumus Testamentum, quia *in cit. l. 3. C. de posth. her. inst.* expressè requiritur, ut perfectè natus sit, &
24 in terram ceciderit. Nimirum, mos hic erat priscis seculis usitatus, referente *Godofr. in Not. ad cit. l. 3. lit. I.* quo Puer, simul ac sublatus erat ab Obstetricibus, statuebatur in terram, ut auspicaretur rectus esse, teste *Varrone L. II. de Vitâ P. R.* quæ pueri in terram constitutio Statinæ deæ, utpote pueritiæ Præsidi sacra erat, quemadmodum ex illo *Tertulliani, Lib. de Animâ* colligitur: Prima Constitutio Infantis super terram, statim Ædeæ sacra est. Nam pro: statim Ædeæ: legendum esse: Statinæ deæ: rectè obser-
25 vat *Cujac. Libr. II. Obs.* 30. Ita autem constitutum vel humi depositum Infantem, Pater solebat tollere, & in sinum recipere, juxta *Stat. L. I. Sylvar.* tellure cadentem, Accepi, fovique sinu. Et *L.* 5. meus, ille meus: tellure cadentem excepi, & vinctum geniali carmine fovi. Et *L.* 2. Natum protinus atque humum per ipsam primo murmure dulce vagientem, Blando Calliope sinu recepit. *add. Salmuth. Not. ad*
26 *Panciroll. L.* 2. *Rer. Memor. tit.* 10. Non paulo aliter Veteres Germani pueros sangvinolentos (uti in *l* 2. *C. de Patr. qui filios suos distraxer.* vocantur) aut adhuc à Matre rubentes (*Juvenal. Satyr.* 7. *vers.* 17.) Rheno immergebant, hoc fine, ut Matris pudicitiam explorarent. Si enim Rhenus, partus in tremulas genitricis manus subveheret illæsos, tanquam intemeratæ pudicitiæ testis; adulterinos verò vel spurios, si absorberet, velut justus adulterii Vindex prædicabatur. *conf. B. Dilherr. Professor quondam Salanus celeberrimus, Tr.*

de Mor. Vet. Germ. Sed redeundum in viam, ne videamur extra oleas versari.

Th. 12. Præterea (2) debet exheredatio Liberorum à 1
Parentibus fieri nominatim ratione causæ, quæ itidem est exprimenda, juxta *Nov. 115. c. 3. init. verb. nisi ipsas ingratitudinis causas nominatim suo inseruerint Testamento.* Utrum 2
verò etiam locus & tempus injuriæ illatæ exprimendum? Neg. sufficit enim, certam denominare speciem injuriæ, quæ illa fuerit & qualis, *l. 7. pr. D. de Injur. l. 16. D. de D. M.* heredem tamen, cum vult probare Elogii veritatem, teneri locum & tempus demonstrare, ubi & quando ingratus fuerit filius, non negamus. *Sichard. ad Auth. non licet. C. de liber. præterit. n.* 34. quia probationes debent esse certiores. *Bl. consil.* 112. *n.* 5. & *consil.* 89. *n.* 1. Ratio autem, cur Liberi sine causâ justâ non debeant exheredari, hæc esse videtur, quod bona Parentum ipso J. Naturæ ad eos spectent, *l. 7. pr. D. de bonis damnator.* idcircò non nisi legitimo modo iis possunt aufferri, *arg. l.* 11. *de R. I.* Limitatio nor. in 4
exheredatione, quæ fit bonâ mente, quippe hoc casu etiam nullâ adscriptâ Ingratitudinis causâ, utpote quæ omnis h. l. cessat, valet exheredatio, quia fit in favorem & utilitatem Liberorum, *Hillig. in Donell. L. 6. c. 12. lit. N.* Et 5
ita statuunt Dd. communiter, quod scil. Jura antiqua (approbantia & confirmantia exheredationem in favorem Filii) per *all. Nov.* 115. non sint correcta & abrogata, dum loquitur de exheredatione, quæ fit in notam & ignominiam Liberorum, non de illâ, quæ exheredato utilis & proficua est futura. *add. Sichard. d. l. n.* 26. ubi ostendit aliam viam, quâ Mater possit consulere Filio, etiamsi illum non exheredet; & *num. seqq.* superaddit casus, ubi expressio causæ non præcisè est necessaria. In genere exheredatio debet fieri purè, 6
non sub conditione, *l. 3. §. 1. D. de Liber. & posth. l. 68. in fin. D.*

de

de Her. instit. Perez ad tit. C. de Liber. præter. n. 13. quia certo Judicio Liberi à Parentum successione sunt removendi, *l. 18. pr. D. de Bonor. possess. contra Tabb.* ast certum non est, quod suspenditur in futurum eventum, *arg. l. 54. de. V. S.* Ergò.

7 Cæterùm, ideò causas exheredationum nominatim inseri Testamento Justin. præcepit in *d. Nov. 115. c. 3.* ut circumscribat nimis largam apud Veteres Romanos Parentum testandi licentiam, qui vel nullâ appositâ causâ Liberos suos exheredabant, *Sichard. cit. loc. n. 1.* vel si aliqua adjecta, non tamen satis erat digna aut justa, sed Centum-Virali Judicio (*vid. l. 13. D. de inoff. Test. l. 17. pr. D. eod. l. 30. D. de liberat. legat. l. 12. init. C. de petit. Hered. l. 4. vers. constitutio. C. de Liber. præt. add. Valer. Maxim. L. 7. c. 8. Quintilian. L. 7. Instit. Orat. c. 5. in med. Coras. ad L. 2. §. 29. de O. J. Tom. 1. oper. fol. 96. Godofr. in Not. ad d. l. 17. D. de inoffic. Testam. lit. D.*) examinanda, juxta merita Liberorum exheredatorum, *l. 19. C. de inoff. Testam. l. 3. §. 5. in fin. D. de Bonor. poss. contra Tabb. l. 7. pr. D. bonis damnat. ibi: meritis de causis.* ubi malè vulgò legitur: *certis de causis*: prout ex *Cujac. ad d. l. 7.* observat *Godofr. lit. a.* cum certum sit, tempore Pauli, cujus *all. l. 7.* est, nondum fuisse certas exheredationum causas, sed arbitrarias, uti

8 jam probavimus. Justiniano autem placuit facere certas, easque certo includere numero; quia melius est, certam habere regulam quàm Judicis arbitrio illud permittere, cui ex *Aristotelis* monito *1. Rhet. 1.* quàm minimum est relinquen-

9 quendum. Verba Imp. ita sonant: *sed quia causas, ex quibus ingrati Liberi debeant judicari, in diversis legibus dispersas, & non apertè declaratas invenimus, quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem visæ sunt; aliquæ verò cum essent dignæ, prætermissæ sunt: ideò necessarium esse perspeximus eas nominatim præsenti lege comprehendere,* ut præter ipsas nulli liceat ex aliâ lege ingratitudinis causas opponere,

ponere, nisi quæ in hujus Constitutionis serie continentur. Causas autem justas ingratitudinis HAS esse decernimus. Unde Dd. nostris Crux orta: An præcisè 10
illis 14. exheredandi Liberos causis sit standum, an verò aliæ adhuc, tanquam similes vel majores admittendæ? Plu- 11
rimi in istum prolapsi sunt opinionis errorem, ut priori sententiæ subscribant. Conf. post *Hostiensem*, *Alexandrum*, *Viglius ad §. ult. Inst. de Exhered. Liber. n.* 8. *Ludovicus Molina de J. & J. tom.* 1. *disp.* 176. *n.* 50. *& seqq. Perez ad tit. C. de Lib. præter. n.* 18. *Matth. Stephani add. Novell.* 115. *n.* 20. *B. Ludvvell. Disp. ad Inst. VII. th.* 6. *lit. D. ibiq; allegg.* & si qui alii. 12
Posteriorem tamen sententiam (quam *Joan Ant. Trigona singul.* 46. *n.* 1. mirabilem vocat, qui tamen ipse est in eâ) defendere non dubitamus cum *Claro in recept. sentent. §. Testamentum. q.* 41. *n.* 2. *seqq. Covarruv. ad cap.* 16. *X. de Testam. pr. n.* 23. *Gomez.* 1. *Var. Resol. c.* 11. *n.* 12. *&* 13. *Bachov. ad Treutl. Vol.* 2. *Disp.* 13. *th.* 8. *lit. C. Dn. Franzk. P. M. Comment. ad Dig. tit. de inoff. Testam. n.* 78. *Eberh. Speckhan Cent.* 1. *Qq. Jur. q.* 96. *n.* 6. ubi plures & quidem benè multos hujus sententiæ Defensores nominat; quibus addi possunt *Cujac. ad Nov.* 18. *Sichard. ad Auth. non licet, C. de Liber. præter. n.* 7. *&* 8. *Hippol. de Marsiliis singul.* 78. *Paul. Christin. Vol.* 4. *Decis. Belg.* 19. *n.* 5. *Gudelin. de J. noviss. cap.* 8. *Schneidevv. Comm. Instit. tit. de Exher. Liber. ad pr. n.* 14. *VVesenbec. in Parat. Dig. tit. de Liber. & posthum. n.* 5. *ibiq; B. Hahn. Observat. Theor. Pract. verb. sed an præter illas. B. Ungep. Ex. Just. VIII. q.* 9. *in Ajo. Sutholt. Dissert.* 9. *aph.* 60. *Dn. Struv. Ex. ad P. XXXII. th.* 33. cujus rat. decid. omninò vide, uti & notab. tx. alleg. *II. FF.* 24. *§. prædictis. vers. sed quid.* quem ibi Bl. multum notat, ad hoc, quod

 etiam

etiam in Materiâ pœnali, & odiosâ, licita sit extensio, ex simili vel majori causâ, de quo latius consul. *Jason in d. Auth. non licet.* add. per argumentationem *l. ult. C. de revoc. Donat. ibiq. Dd. commun. Suthols Dissert. 6. aphor.* 37. *Dn. Struve in Resol. ad Exerc. XL. th.* 15. Dissentientibus resp. *B. Ungep. d. loc.*

1 Th. 13. Non tamen est justa exheredationis causa (*vid. supr. P. 1. cap. 2. th. 9. n. 12. seqq.*) secundum JUS CIV. si Filius filiave absque consensu Parentum matrimonium inierit: dicitur namque in *d. Nov.* 115. *c.* 3. §. 11. solùm de Filiâ, eam justè exheredari, si luxuriosam vitam degere elegerit; ni-
2 hil autem dicitur de neglecto consensu. Cur ergo de Filio, quasi ex præconcessis subsumit Antagonista *Dn. Arum. Disp. ad P. XV. th.* 5 Malè: quia fœminino sermone sexus masculinus, neque proprietate, neque per aliquam interpretationem continetur, *l.* 81. *de Leg.* 3. *l.* 45. *pr. de Leg.* 2. ubi additur ratio: quod exemplo pessimum sit fœminino vocabulo etiam Masculos comprehendi. Rationis rationem tradit *Gœddeus ad l. 1. de V. S. n. 61. seqq. quem vide.* Nec obst. Dissentientis
3 Nostri rat. dubit. (1) quia §. 12. *J. de Nupt.* dicit, contrahentes nuptias injustas subjacere pœnis: non publicis, ergò privatis, h. e. exheredationi, quæ definitio generalis est, adeoque & generaliter intelligenda, *arg. l. 8. D. de Public. in rem act.* Resp. 1. generalitas textûs contra mentem Legislatoris nil quicquam facit. Resp. 2. Imò sunt pœnæ publicæ
4 expressæ in *l. 6. & Auth. seq. C. de incest. Nupt.* opp. (2) quod causa finalis exheredationis sit injuria, quæ contra delinquentes Liberos est coercenda. Atqui Filius se ipsum quodammodò subtrahendo Patri, graviter eum lædit. Ergò.

Resp. ad majorem, non quævis Injuria, sed saltem atrox hîc
attenditur. Et ita neg. minor. cum non sit talis Injuria, 5
quâ honor Parentum enormiter lædatur. opp. (3) quin imò
major ratio exheredationem Filii, quàm filiæ suadet; ille
enim Patri invito suum heredem obtrudit, contra §. 7. *J. de
Adopt.* hæc non item, *arg.* §. *ult.* J. *de P. P.* Resp. Et hoc neg.
quia ratihabitio Parentis subsequens facilè omne præce-
dens vitium purgat. De ratihabitione est text. *in l.* 11. *de
Ritu Nupt.* Nec contra Filiam quicquam ex *dict. Nov.* §. 11. 6
vers. si verò. potest firmiter per argumentationem à contra-
rio sensu inferri. Non enim sequitur: Filia non potest ex-
heredari, si postquam Parentes distulerint eam nuptui dare,
cum pervenerit ad 25. ætatis annum, sine consensu Paren-
tum nubat: ergò potest exheredari, si ante nubat, Paren-
tum consensu non adhibito. Hæc namque si fuisset mens
Imperatoris, id in verbis præcedentibus, quibus ista poste-
riora opponuntur, expressisset, præsertim, dum aliàs cer-
tas & determinatas exheredandi causas h. l. proponere
ipsi fuit propositum. Adde: quod argumentum à con-
trario sensu deductum videatur esse lubricum, si textus non
loquatur exclusivè. Ast noster talis est. Ergò. Accedit, quod
ille *vers. si verò* (ex quo ita colligunt Diss.) in Codice Ho-
loandri & aliis quibusdam non reperiatur. Atque in hoc ca- 7
su, si liberi *honestis & Familiæ Parentum dignis* nupserint, non
infamibus aut turpibus, de J. CIV. exheredationem cessare,
tradunt Dd. comm. *Beust. de Matrim. L.* 1. *c.* 20. *Ritterschus. in
Nov. P.* 3. *c.* 3. *n.* 13. *B. Carpzov. L.* 2. *Jurisp. Consistor. tit.* 3. *defin.*
54. *n.* 6. *Coras.* 1. *Miscell. Jur. Civ.* 17. *n.* 5. *Cujac.* 3. *Observ.* 5.
Gail. 2. *Obs.* 95. *Hottomann. Illustr. quæst.* 9. *Ritterschus. L.* 1. *Dif-
fer. Jur. c.* 3. *Boeer. class.* 1. *Disp.* 9. *th.* 19. *Vasq. de success. creat.* §.
10. *n.* 734. *Ant. Matth. de Testam. Disp.* 5. *th.* 14. *seq. Perez ad tit.
C. de dot. promiss. n.* 11. *& ad tit. C. de Liber. præt. n.* 19. Et ita et-
iam Canonistas comm. statuere, probant *Abb. Panormita-*

8 *nus, Decius, Covarruvias ad cap.16. X. de Testam.* Perperam opp. *Diss. B. Fiebig in Vindic. Franzk. Ex. II. q. 6.* textum in *l. 3. §. 5. D. de. Bonor. Possess. contra Tabb.* quia expresse loquitur de personâ ignominiosâ, quam Filius refragante Patre in uxorem ducit: quo casu filium J. CIV. exheredari posse, ultrò concedimus cum allgg. Dd. quibus add. *Schnobel.*
9 *Dispp. Pand. XIV. th. 8. in fin.* Quemadmodum etiam HODIE Liberos ob contemtum Parentum justum dissensum h. m. exheredari posse, plerisque in locis statuitur. Ita in Provinciis Electoratus Saxonici observatur, pro ut patet ex *Ordin. Ecclesiast. sub tit.* von Ehesachen. §. und da sie hierüber. *ibi:* und da sie hierüber und über beschehene Vermahnung und wieder ihrer Eltern-Willen/ stracks darauff verharren/ und solch Ehgelöbnüß zu vollziehen andere Gelegenheiten suchen würden: sollen die Eltern ihnen mit etwas zu der Ausstattung behülfflich zu sein/ nicht verpflichtet/ sondern vielmehr befugt/ und ihnen hiermit nachgelassen sein/ solche ungehorsame Kinder/ biß auff den halben Theil ihrer gebührenden Legitimæ, und nach Gelegenheit der Ursachen ihres verweigerten Consensus gäntzlich zuenterben. Ratio hujus Constitu-
10 tionis consistit in fine exheredationis, quæ ob eum introducta est, ut injuria privata Parentibus illata vindicetur, & ut Liberi Parentes contemnentes, debitamque eis observantiam denegantes, coerceantur. At Liberi, cum Parentum consensum contemnunt, & inobedientes existunt, turpem ac infamem personam Familiæ obtrudendo, maximam omninò Parentibus inferunt injuriam, *B. Carpzov. d. l. defin. 54. n. 3.* & gravius lædunt Parentes, quàm si damnum pecuniarium aut grave fortunarum dispendium iis faciant, (qualis causa exhered. 7. tima numeratur.) Ergò *conf. Arum. Exerc. ad Inst. 2. th. 11.*

Th. 14.

Th. 14. Illud adhuc observari meretur, valdè eos (ut 1
mollissimè loquitur *Sutholt Dissert. 9. aphor. 56.*) judicium suum praecipitare, qui ex eo, quod Justinianus in *Nov. 115. c.3.* §.14. de filiis haereticis à Parentibus Orthodoxis exheredandis constituit, hodiè colligunt, quod etiam Pater Pontificiae Religionis, filium Augustanae, & vice versa, tanquam haereticum exheredare possit, quia utraque Religio in Imperio Nostro R. G. est recepta & toleratur, ita ut in CIVILIBUS CAUSIS nulla amplius supersit differentia, veluti patet ex *Transact. Passav. de ann.* 1552. quod autem lege permittente fit, poenâ non meretur, *l. 4. C. ad L. Jul. Adult. vid. B. Carpzov. ad L. Regiam cap. 6. sect. 4. n. 2. & in Jurispr. For. Rom. Sax. P. 3. constit. 14. definit. 10. n. 4.* add. solidissimus JCtus *Justus Meierus, peculiari Tr. super quaest: sintne Protestantes Haeretici.* ubi eruditè contra Scioppium disputat. Idq; eò magis, cum etiam in *Pace Religiosâ de* 2
ann. 1555. publicatâ, & novissimè *ann.* 1648. *in Instrum. Pac. Caesar. Suec. art.* 5. §. 1. & 12. sanctè confirmatâ, utraque Religio, tàm Pontificia, quàm Lutherana in S. R. Imperio sit permissa, ita, ut ab unâ ad alteram liber sit transitus, absque bonorum, famae, & honoris jacturâ. §. und damit solcher Friede. vers. sondern bey solcher Religion / auch ihrer / Haab / Gütern / liegend und fahrend / Land / Leuten / Herrligkeiten und Gerechtigkeiten / friedlich und geruhig bleiben lassen. Et in *dicto novissimo Instrumento Osnabrugensi art.* 3
5. §. 11. *in fin.* utriusque Religionis Socii in verâ Amicitiâ & Christianâ charitate, pacificè & comiter invicem cohabitare jubentur. Sed quaenam esset Religionis Libertas, quae Concordia & Christiana charitas, si Liberi ob eam à bonis & hereditatibus Paternis excluderentur? Idem quoque pro- 4
cedit in Calvinianis, quos Reformatos vocant, quia & illi *dictâ novis. Pacificat. Osnabr.* plenissimam in Imperio securitatem & immunitatem adepti sunt. *vid. Instrum. Pac. Caesar.*

Succ. art. 7. pr. verb. unanimi quoque Cæsareæ Majestatis &c. Es ist auch von der Röm. Käyserl. Majest. Absurdum igitur
5 erit, Religionem istorum publico Imperii decreto permissam, habere pro hæreticâ; adeò, ut qui illi adhæreat, pœnâ aliquâ (exheredationis) debeat affici. Neque ferendus est
6 *Stephani ad dict. Nov. 115. n. 18. in fin.* quando scribit, huic Novellæ quoad hanc causam esse per dictam Pragmaticam Constitutionem Religiosam derogatum: quomodo enim poterit subesse derogatio, cum Imp. in Novellâ longè aliam, dico veram hæreseos speciem intelligat, de quâ *l. 8. C. de Haret.* specialiter est concepta? nec de Nostratium Religione, utpote Justiniani tempore incognitâ, potest Novella accipi, multò minus correctio Jurium frivolè statui.

1 Th. 15. Parentes quod attinet, illis perinde Legitima à Liberis titulo institutionis venit relinquenda, cum Jura Institutionis & Exheredationis inter Parentes & Liberos sint
2 reciproca, *Nov. 115. c. 4. pr.* Hinc & Parenti exheredato Ingratitudinis causa, quarum octo enarrantur in *d. Nov. c. 4.* est à Filio adscribenda, *Auth. in Testamento. C. ad SCt. Tertull.* eaque ab herede scripto deinde probanda, *d. Nov. c. 3. circ. fin.* secus quàm J. Veteri, ubi exheredatæ personæ onus probandi incumbebat, quia pro Judicio defuncti erat præsum-
3 tio, *Godofr. ad l. 28. C. de inoffic. testam. lit. G.* Ratio autem, cur Imp. jura antiqua hâc in parte correxerit, nulla alia videtur esse, quàm quod videret, Actorem in probando sæpenumero succumbere, & simul hereditate defuncti excidere, pro ut in simili de personâ Filii conclud. *Sutholt Dissert. 9. aphor.*
4 65. Quæsivit ergò huic rei remedium Legislator, & causæ veritatem probandam injunxit Heredi, cum non præsumatur Pater erga Filium esse iniquus, aut impius, *arg. l. ult. pr. C. de Curat. fur.* nisi convincatur, ut loquitur *l. 22. C. de inoffic. Testam.* aut ingratus legitimis modis arguatur *l. 30. C. eod.*

Præ-

Prævalet igitur præsumtio pro Patre, quia nullum delictum 5
præsumitur, sed necesse est ut legitimè probetur: ast omnis
injuria exheredatione digna, est delictum. Ergò. veluti col-
ligit *Ritterschus. ad Nov. part. 6. c. 3. n.* 24. De ratione verò, 6
quare Liberi ex pluribus causis possint exheredari, quàm
Parentes, non adeò anxiè erimus solliciti. Quò quis enim
majus debet alteri obsequium, majorem honorem & Reve-
rentiam, eò proclivius in eum peccat. Sed Filius majori pie-
tatis jure obstringitur Parenti, quàm Parens Filio. Ergò.
Minor prob. quia Natura vult, ut Parentes à Liberis hono-
rentur, non contra: id, quod est in confesso & apud omnes in
propatulo. De obsequio Liberorum vid. allegati apud
Sutholt. d. Dissert. 9. aphor. 58. ubi simul addit aliam rationem, 7
scil. quod filius non habeat potestatem in Patrem, adeoque
nec jus castigandi, *l. un. C. de emendat. propinq.* erubescit enim
Lex castigatores filios Genitoribus statuere, verba sunt
Nov. 22. c. 24. vid. Cyn. in Auth. non licet. C. de Liber. præter. n. 2.
& *Jason ibidem in pr.* h. m. ratiocinatur; ubicunque major ca- 8
dit affectio, ibi major etiam ingratitudo & injuria commit-
titur: at major est Parentum erga liberos, quàm è contra-
rio affectio. Ergò. Minor prob. quia Amor descendit, non
ascendit; & nullus est affectus, qui Paternum vincat, *l. ult. pr.*
C. de Curat. fur. Inter Fratres & sorores, cum non sit tanta san- 9
guinis necessitudo, nec eadem iis imponitur hereditatem
relinquendi necessitas, & ideò magis probatur illorum in
Testamento præteritio (modò turpis persona non sit insti-
tuta, *l. 27. C. de inoff. Testam.*) aut exheredatio, quoad tres
causas, de quibus nominatim disponit *Nov. 22. cap.* 47. *init.*
conf. pro meliori doctrinâ *B. Dn. Hahn. ad VVesenbec. Parat.*
Observatis Theorico-Practicis tit. de inoffic. testam. n. 6. vers. voluit
autem Lex Romana &c.

Th. 16. Verùm, sicuti Liberis in directâ Hereditatis Pa- 1
ternæ dispositione salva debet esse Quarta Legiti-
ma,

ma, heredique scripto Falcidia, *l. 10. C. Fam. Ereisc.* ita quoque in obliquâ seu Fideicommissariâ, precariis verbis relictâ, Quarta Trebellicanica, quæ deduci potest, quoties Hereditas per Fideicommissum est restituenda. *t. t. Inst. de Fideicomm. Heredit. t. t. Dig. & Cod. ad SCt.*
2 *Trebell.* An autem Filius Legatis vel Fideicommisso gravatus, duas quartas, scil. Legitimam, Jure Naturæ debitam, &
3 Trebellianicam, vel quæ ex L. Falcidiâ competit, deducere possit, vexata est inter Dd. quæstio? Et verius est, non
4 posse nisi unam deducere, (1) quia Legitima in Trebellianicam imputatur, *arg. l. 91. D. ad L. Falcid. junct. l. 30. C. de inoffic. Testam.* Ergò non potest fieri utriusque quartæ deductio. Quæ verò imputentur in Trebellianicam, quæ in Legiti-
5 mam, curatè exponit *Donell. 7. Comm. 30.* (2) huc pertinet cardinalis *l. 6. C. ad SCt. Trebell.* ubi Pater rogavit filium, ut omnibus modis retentâ quartâ restituat dodrantem; quæ novem unciæ sunt. Ergò non retinebit duas quartas. Contra hæc excipit Baldus: filium acquievisse uni deductioni, quod etiam ritè procedit, *arg. l. pen. C. de pact.* sed facetè ait *Ferretus ad d. l. 6. oportet filium admodum familiarem Baldi fuisse, quippe cujus mentem tàm benè novit.* Et Baldum refutant verba text: omnibus modis resti-
6 tuatur: quæ necessitatem omninò imponunt filio. (3) urgens hujus rei probatio desumitur ex *l. 1. §. 14. D. si cui plus, quàm per L. Falcid. lic. &c.* ubi extraneus non potest Quartam ipsi à Legibus debitam & Quartam Falcidiam deducere. Ergò nec Filius. Respondent Dd. hoc ideò fieri, quia facilius perdit suam portionem Patronus, quàm Filius, *juxta l. 6. §. 3. D. ad L. Cornel. de falsis.* Sed, quid hoc ad Nos? cum satius sit, habere regulam, cui eo usque standum, donec probetur contrarium, sive per legem, sive per rationem. (4) dicimus,

Lex

Lex valdè iniquùm putat, hereditatem gravari à duobus in 7
his, quæ à voluntate Testatoris pendent, *l.* 34. §. 5. *in fin. D. de leg.* 2. adeoque multò magis in necessariis: ast Quarta Trebellianica deducitur contra voluntatem Testatoris, *l.* 85. *D. ad L. Falcid.* Ergò. (5) cessante causâ, cessat etiam effe- 8
ctus: ast hîc cessat causa retinendæ quartæ Fideicommissorum. Ergò. Minor prob. quia non est dubium, ne non adeatur Hereditas: cum non possit Filius heres universalis accipere Legitimam & Hereditatem repudiare, ne pro parte hereditatem adeat, pro parte non, contra *l.* 1. *&* 2. *D. de acquir. hered. l.* 7. *de R. I.* Legitima autem est hodiè tertia hereditatis pars, per *Nov.* 18. *c.* 1. Ergò. *jung. l.* 24. *C. Fam. Ercisc. l.* 8. §. 11. *&* 15. *D. de inoffic. Test.* vid. pluribus *Hottomann. Illustr. quæst.* 43. *Cujac. L.* 8. *observ.* 33. *Donell. d. l. & ibi Hillig. lit. I. Bronchorst. Cent.* 3. *assert.* 69. *Treutler. Disp.* 14. *th.* 2. *lit. A. ibiq. Bachov. Vinnius L.* 2. *select. q.* 29. *Perez. in Cod. tit. ad SCt. Trebell. n.* 11. *VVesenbec. ad Pandect. ibidem th.* 13. *B. Carpzov. in Jurispr. For. P.* 3. *constit.* 1. *defin.* 20. ubi ita Scabinos Lipsienses in causâ Johannis Lobharts zu Elsterwerda *M. Majo ann.* 1627. & in causâ Augustini Treulichs von Warten zu Breßlau / *M. Januar. ann.* 1636. pronunciasse refert. Quam 9
tamen assertionem ibidem limitat, si heres non purè, sed sub conditione vel in diem gravatus sit, per *cap.* 16. *&* 18. *X. de Testament.* Cui dispositioni Juris Canonici, etiam in Foro Civili standum esse, vult *Heigius P.* 1. *quæst.* 32. *n.* 15. Et ita aliquoties Scabinos Lipsienses quoque respondisse, attestatur *B. Carpzov. d. l. def.* 21. *Heigius d. P.* 1. *q.* 22. *Sande Decis. Fris. L.* 4. *tit.* 7. *defin.* 7. *Gail. L.* 2. *Observ.* 121. *Philippi in usu Pract. L.* 2. *Eclog.* 98. In contrarium tamen iverunt 10
plerique, quos recenset *Dissentiens Fachin. L.* 5. *controv.* 2. moti his seqq. (1) quod Legitimæ non possit onus imponi, *l.* 32. *C. de inoffic. Testam.* ast h. m. onerabitur, scil. per necessitatem

aditionis. Ergò. Resp. Neg. Minor. Onus enim esse dicitur, quando minor redditur Legitima, sive in quantitate, sive in tempore: illud verò hîc non fit; quod prob. quia saltem gra-
11 vamen per Legitimam contingit. opp. (2) seq. argum. Quicunque discreta habet jura, ille duplicem personæ respectum meritò obtinet, & per conseq. etiam duplex rei emolumentum accipit, per *l. 22. circa fin. D. de his quæ ut indign. aufer.* Subsumo: Filius diverso jure petit duas quartas, Legitimam tanquam Filius, Trebellianicam tanquam Extraneus. Ergò. Resp. ad majorem: regulæ huic tunc demùm esse locum, ubi qualitas diversarum personarum invicem non repugnat, *arg. l. 100. D. de condit. & demonstr.* sed implicat,
12 esse Filium & simul Extraneum. Ergò. opp. (3) ratio ex *cap. 16. vers. deduci. X. de Testam.* quod non sit denegandum Filio, quod conceditur extraneo. Ast quilibet Fideicommisso gravatus potest deducere Trebellianicam. Ergò & Filius. Conseq. prob. quia Filium juvat duplex vinculum (ratio naturalis & civilis) quod magis ligat, quàm unum, *arg. §. 2. Inst. de Adopt.* Resp. Neg. Minor. Neque enim Filio denegatur quartæ deductio, cum illam jam tùm, licet diverso jure, habeat: frustrà igitur voluntatem Testatoris impugnat. Denique
13 opp. (4) haud postremum Dissent. fundamentum in *Nov. 39. c. 1.* unde collig. quod Legitima Filiorum non sit restitutioni obnoxia, quia est J. Naturæ debita, *l. 36. §. 2. C. de inoffic. Testam.* Resp. Qualis hæc est consequentia? Ergò & Pegasianæ Quartæ detractio unà cum Legitima est permittenda. Hoc neg. & refellitur per rotund. text. supr. alleg. *l. 6. C. ad SCt. Trebell.* De reliquis obstant: consule *Dn. Struv. in Resolutionibus ad Exerc. XXXVI. th. 30.*

1 Th. 17. Missâ nunc Testamentariâ Masculorum causâ,
2 rectà progredimur ad Intestati materiam. Et hoc quidem justo ordine, quem laudat & observat Paulus in *l. 1. pr. D. de Doli M. & met. except.* ac viâ regiâ, quam demonstrat *l. 39. D.*

de

de acquir Hered. l. 89. de R. I. l. 8. C. communia de successionibus. add. arg. ex l. 21. C. Mandati. l. 1. C. de S. S. Eccles. Nov. 22. cap. 2. init. l. 19. pr. D. de condit. & demonstrat. Primus igitur locus 3
relinquitur Descendentibus f. Liberis, §. 1. *Inst. de Hereditat. quæ ab intestato defer. Nov. 118. cap. 1. Auth. in successionem. C. de Suis & Legit. Liberis.* idque ex communi Naturæ & Parentum voto, *l. 7. §. 1. D. si tabulæ Testamenti nullæ exst. unde Liberi. vid. l. 7. pr. D. de bonis damnat. & l. 50. §. 2. D. de bonis Libertor. ubi dicitur, quod omnia quæ nostra sunt, Liberis nostris ex voto* 4
paremus. Nec immeritò: quia vivis etiam Parentibus quomodò Domini Rerum Paternarum existimantur, adeò, ut post mortem Patris, hereditatem non percipere, sed magis liberam bonorum administrationem consequi videantur, §. 2. *Inst. de Hered. Qualit. & Differ. l. 11. D. de Liber. & posthum. heredib. instit. l. 1. §. 12. D. de successorio Edicto. l. 1. §. 7. D. si quis omissa causa Testam. ab intest. vel alio modo possid. Heredit. Borcholt Tr. de Gradibus, cap. de success. Descend. Natur. & Legit. simul. Harprecht pr. Inst. de Hæred. quæ ab intest. defer. n. 53.* Quod tamen intelligendum de Liberis, qui sunt ad successionem 5
habiles. Nam excipiuntur singulariter filii perduellionum, quibus materna, avita, omnium etiam proximorum successio adimitur, ita ut perpetuâ egestate sordentibus, mors sit solatium & vita supplicium. Paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarii criminis metuuntur exempla, *l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest.* nec non filii eorum, qui propter heresis crimen sunt condemnati, *cap. 13. X. de Hæretic.* Habilitas Liberorum facilè cognoscitur ex 6
variâ illorum differentiâ, dum alii sunt Naturales & Legitimi simul (aliàs Naturales simpliciter & κατ' ἐξοχὴν ita dicti, *§. 2. Inst. de inoffic. testam. §. 2. circa init. Inst. de Heredit. quæ ab intest. defer.*) alii Legitimi tantùm, alii Naturales tantùm, alii Spurii f. vulgò quæsiti, alii incestuosi f. ex damnato coitu procreati; de quorum succedendi jure, an & quatenus HODIE iis competat, separatim jam erit dicendum.

1 Th. 18. Liberi Naturales & Legitimi simul dicuntur, qui ex justis nuptiis s. legitimo Matrimonio nati sunt, Eheliche gebohrne Kinder / *pr. Inst. de Patr. pot. l. 3. seqq. D. de his qui sui vel al. Jur. sunt.* & notabil. *l. 6. D. eod. tit.* quales sunt, qui post contractas nuptias, aut obitum Patris, mense septimo in lucem eduntur, auctoritate doctissimi Viri Hippocratis, primi hujus partus septimestris Observatoris & Antesignani, quem ad hoc citat & allegat Paulus JC. in famosâ *l. 12. D.*
2 *de stat u Hom.* unde Nostratium ortum Brocardicon: Artifici in suâ Arte credendum. *Godofr. in Not. ad l. 3. §. ult. D. de Suis & Legit. Hered. lit.* L. ubi exempla. videantur de hoc legali justæ Nativitatis termino præjudicia Practica Lipsiensium, *B. Carpzov Jurispr. For. p. 4. constit. 27. defin. 14.* Jenensium, *Dn. Richter. P. 2. decis. 89.* Helmstadiensium, *B. Hahn ad Wesenbec. Observ. Theor. Pract.*
3 *tit. de stat. Hom. n. 3. p.* 164. Cur autem hic partus legitimus sit, rationem reddit *Alphons. à Carranza* Tr. *de partu c.* 10. *n.* 8. qui etiam *n.* 7. JCtos recenset, qui partûs septimestres defendunt contra *Sfortiam Odd. Tr. de Substit. part. 6. q.* 1. Am-
4 pliatur, ut etiam initium septimi mensis ritè procedat, *d. l. 3. § ult.* D. *de suis & legit. hered. ibiq. Godofr. in Not. lit. K. B. Hahn d. l. vers. habentur. p.* 163. *circ. init. Dn. Richter dict. loc. n. 23. Cujac. in Not. ad Lib. 4. Sent. Pauli tit. 9. sent. septimo mense.* ubi etiam tradit, ita in hoc proposito juxta 182. dies ineundam esse computationem, ut singulis mensibus 30. duntaxat dies tribuantur. Admittitur quoque octimestris partus, *B. Carpz. cit. loc. B. Hahn. d. pag.* 164. *circ. fin. & seq. Aristot.* L. 7. *de Histor. Animal. c. 4. Plinius L. 7. Natur. Histor. c. 5. A. Ma-*
5 *gnus L. 9. de Animal. & alii relati ab A. Gell.* L. 3. *N. A. c.* 16. *& Alph. à Carranz. d.* Tr. *c. 11. n.* 17. *& seqq. vid. etiam n.* 38. 39. 40. *&* 41. ubi Leges pro octimestribus allegat. Item, quolibet tempore noni aut decimi mensis, *d. l. 3. §. pen. l. fin. D. de Fideicomm. libertat. l. fin. C. de posthum. hered. instit. l. 29. pr. D. Li-*

ber.

ber. & posthum. hered. instit. ibiq. Br. n. 52. ubi ait, in isto concordare omnes. Idem asserit *Carol. Annib. Fabrot. in Exercit. de Tempor. humani partus p.* 19. & *Jacob. Menoch. L.* 2. *de Arbitr. Jud. quæst. cas.* 89. *n.* 39. *Alph. à Carranz. d.* Tr. *cap.* 13. *n.* 5. scribit, in eo stetisse omnem antiquitatem. & *n.* 6. adducit authoritatem Plauti, Terentii, Senecæ, Virgilii, Ovidii, Statii, & aliorum. *B. Hahn. d. l.* ubi responsis Academiæ Juliæ hæc fatalia illustrat. Imò, & initio undecimi mensis, *arg. Nov.* 39. *cap.* 2. *Menoch. cit. loc. n.* 40. *Arum. Disp. ad Inst.* 1. *th.* 29. *Dn. Richter d. Decis. n. ult.* Et ita pro viduâ, quæ honestæ vitæ ac integræ famæ erat, Wittebergenses judicasse, refert *Joach. à Beust. de Matrimon. c.* 36. *p.* 1. notante *B. Hahn. alleg. loc.* Conf. uberius de his nascendi temporibus *Alph. à Carranz. d. Tr. c.* 1. *n.* 21. & *c.* 7. *cum seqq. usque ad c.* 16. *Fabrot. dict. loc. Paulus Zachias Quæst. Medico-Legal. L.* 1. *tit.* 2. *q.* 1. *seqq. Henn. Arnisæus disput. de part. hum. legit. term.* Quæstione hâc, tanquam præliminari, expeditâ, ad ipsam successionem horum Liberorum juxta *Nov.* 118. *cap.* 1. Nos convertimus; observaturi tres casus generales, quibus totum Capitulum absolvitur. I. est de Existentiâ Liberorum primi gradus tantùm. II. de concurrentiâ Liberorum primi & secundi gradus simul. III. de existentiâ Liberorum secundi gradus tantùm. De singulis singillatim, adjunctâ subinde aliorum Jurium harmonicâ concordantiâ & discrepantiâ.

6

7

8

9

Th. 19. Primi gradus Liberi SOLI Parentibus suis æqualiter succedunt in capita, seu in viriles partes, hereditate pro numero personarum divisâ, *Avth. in successionem. C. de suis & legit. Hered.* Exceptio est in filiis Regum & Principum, quoad Feuda Regalia annexam dignitatem habentia, quæ, cum sint individua & integra relinquenda, juxta Feudistam *II. FF.* 55. *cap. un.* §. 1. *vers. præterea.* idcircò ad primogenitum, exclusis reliquis Fratribus, pertinent, *Ritterschus.* 1. *F.* 15. *q.* 8. ita, ut ne quidem à Patre per Testamentum ipsi possit

1

2

sit aûfferri, *Sinold, aliàs* Schütz *concluf.* 27. scilicet, quia est voluntas Legibus inimica, & iis contraria, adeoq; pro lege non
4 habenda. Rationem singularitatis scitè exprimit *Oldradus de Ponte consil.* 237. *n.* 7. scribens: *Avorum nostrarum memoriâ, Feuda dignitatum apud unum ex familiâ, præsertim Seniorem, semper sarta, tectaque conservata sunt, quia prudenter considerarunt,* nihil esse tàm magnum, quod divi-
5 sione non fiat parvum. Et ita de Electoratibus specialiter est dispositum in *Aureâ Bullâ tit.* 7. *&* 24. quod
6 hodienum in illis obtinet. Nec abs re: divisio enim non tantùm Familiis, illarumque conservationi & Gentilitatis splendori, sed Imperio quoque præjudicat. Variatur enim Imperii matricula, aut saltem pensitationes & exactiones collectarum incertæ redduntur, toties mutatis rerum pos-
7 sessoribus. Facit ad hoc text. *in l.* 7. *pr.* D. *Comm. divid.* An verò idem quoque in cæteris Feudis Regalibus, de quibus *d. verf. præterea.* disponit, observatur, quæstionis est? Resp. Neg. *Knichen Comm. de succ. non prov. jur. verb. Ducum Saxoniæ. c.* 3. *Gœden. consil.* 20. *Borcholt de Feud. c.* 7. *rubr. de success. n.* 41.
8 *Rosenthal c.* 7. *concluf.* 15. quippe alius est status & conditio Ducatuum in Germaniâ, quàm olim in Rep. Rom. Nonnullibi tamen solet in Ducatu solus primogenitus succedere, & reliquis Fratribus, qui dignitatem ac titulum omninò retinent, tantum ex fructibus & proventibus bonorum secundum facultates Principatus assignari, quantùm sufficit ad Principis decoram sustentationem, & ad vitam commodè & pro statu ac conditione Principis degendam *vid. Speidel. notab. voc.* abgefundene Herren. Præclarè *Bl. in Auth. hoc amplius. C. de Fideicomm. n.* 8. ubi dicit, expedire multitudini, regi ab uno, *text. in l.* 2. §. 11. *de Orig. Jur.* nec bonam esse pluralitatem Principum, ideoq; unum sufficere. Regnum est aliquid perfectū: perfectum verò nihil, nisi unum. Unde infert
Bl.

Bl. ibidem, omne indivisibile perfectum esse, quia perfectum diminui non potest. *Id. Bl. & Dd. in d. vers. præterea. Curt. de Feud. part. 4. n. 112. Jason in l. 72. de V. O. n. 31. Rolan. Vol. 1. consil. 80. per totum.* Hinc est, quod neque de Jure, neque de 9
consuetudine, Regales dignitates dividantur, *per text. in d. vers. præterea Ducatus.* & ex lege Evangelicâ: omne Regnum in se divisum desolabitur; & juxta Aristotelem: entia dividi nolunt; unumque regnum, ex sententia Ciceronis, duorum non est capax. Aliquando etiam in Feudis secundum te- 10
norem specialem Investituræ, filii non simul, sed ordine successivo, h.e. alternis annis & alternis vicibus succedunt, *arg. l. 5. §. 1. D. de aq. quotid. & æstiv. jung. B. Carpzov. p. 3. constit. 29. def.* 10. Imò, ubi Feudum non est optimum, sed te- 11
nue, ita, ut portiones exiles ad singulos factâ divisione redeant, tunc unus fratrum Feudum retinet, & aliis pro portione hereditariâ in pecuniâ satisfacit, hâc conditione, ut eandem illam pecuniam rursus in emptionem Feudi conferant, & fratrem, à quo pecuniam adepti sunt, in simultaneam Investituram suscipiant, *Reinh. p. 3. diff. 26.* vel pecuniam ex Feudo redactam, feudalem efficiant, müssen das Geld zu Lehen machen. *Matth. Coler. Decis.* 49. n. 4. ex quo fit, ut pecunia ejusmodi non computetur inter allodialia, sed ad Successores Feudales pertineat. *Wesenbec. in epit. Feud. c. 7. n. 9.* ubi ita in Curiis Sax. pronunciari tradit; dummodò Dominus Feudi tale pactum approbaverit & confirmaverit, *Novell. Elect. Augusti p. 3. constit.* 30. §. *ult. vers.* und wann das Geld durch den Lehen-Herren zu Lehen gemacht / so sol es vor Lehen gesprochen werden. Sunt & inter Nobi- 12
les nonnullos pacta familiarum, ut semper Senior Familiæ in feudo succedat, & vocari solet ein umbgehend Lehen / quale exemplum occurrit in familiâ Brandensteinianâ Oppurgensi, der von Brandenstein zu Oppurg. *conf. Tiraquell. Tr. de Jure Primogen. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Jur. Univ. L. 45. Ritterschl. Comm. ad Nov. p. 7. c. 4. n. 12.* sed Q. An Jus 13

Pri-

Primogenituræ etiam competat Filio nato, antequam Pa-
14 ter Electoralem dignitatem obtineret? Affirm. (1) quia non oportet filiis invidere Paternos honores, *l.11. C. de Dignit. Libr.*
15 *XII.* (2) hoc Jus & ordo nascendi & ipsa Natura Gentibus dedit, veluti exemplariter probat *Justin. L. 2. Herodot. L. 7. Hottomann. Illustr. Qq. 2.* Tiraquell. *d. Tr. in præfat. per tot. & q. 31. n. 27.* Tholos. *L. 7. de Rep. c. 9. Förster. de success. L. 4. c. 24. n. 40. Treutl. Vol. 1 Disput. 19. th. ult. lit. A. & ibi Bachov. Hunn.*
16 *3. Var. Resolut. tr. 1. q. 26.* Atqui. Ergò. Huc facit (3) genera-
17 litas texx. *l. 50. §. 2. in fin. l. 7. §. 1. in fin. D. unde Liberi* (4) pugnat præsentis quæstionis regula: quod Electores Jure primæ & simultaneæ Investituræ succedant. Ast in successione feudali, nullus Filius, licet vel post acquisitum feudum sit
18 natus, excluditur, per jura vulgata. Ergò Sub ampl. ut nec post adeptum Electoratum nati validè admittantur, si Investitura repugnet, *arg. c. un. §. 3. ibi: nisi specialiter. I. FF. 1. & 8. §. 2. in fin Gail. de Pace publ. L. 2. c. 13. n. 3. seqq.* Accedit (5)
19 quod Filius ante natus, Patre posteà creato Rege, statim ceperit esse Regis filius, procul dubio regnaturus, si nulli Liberi posteà fuerint suscepti, quo jure propter natum ex post facto filium eum privari, absurdum videtur, *arg. l. 7. D.*
20 *de bonis libert.* Imò (6) Aurea Bulla nullam temporis distinctionem exprimit, adeoque temerarium foret, sine Juris authoritate talem primogenitum excludere, *cap. 18. de sentent. excomm. in 6to.* erubescimus enim sine lege loqui, *Nov. 18. c. 1.*
21 22 *init.* Denique (7) juvat arg. *l. 5. D. de Senator.* Et hanc sententiam Consuetudo, quæ est optima LL. interpres, *l. 37. D. de LL.* comprobat. Ita Darius, Persarum Rex, Artaxerxem Filium suum ante Regiam Dignitatem susceptum, Cyro prætulit, & Jus successionis in Regno eidem adjudicavit. Sic Christiano I. Electori Saxoniæ, successit in Electoratu Senior filius Christianus II. Patre nondum Electore natus, cui demùm successit Joh. Georg. I. Patre Christiano I. jam dudum E. natus. Alia exempla recenset *Harprecht ad pr. Inst.*

de Heredit. quæ ab int. n. 150. *Förster. d. l. pag.* 350. N. O. (1)
exemplum Xerxis, quem Darius, tanquam filium à Patre 23
Rege natum, excluso Artabazane, Regni successorem declaravit. . De reliquis potest consuli *Justin. Herodot. Hottom. dd. loc.* Resp. Non exemplis, sed LL. & rationibus es- 24
se judicandum, *l. 13. C. de sentent. & interlocut. omn. Jud.* nec quid Romæ factum, sed quid fieri debeat spectandum, *l. 12. D. de offic. Præsid.* ulterius *opp.* (2) *B. Ungep. Ex. Just. II. q. 1. 13. in* 25
Ajo. l. 11. C. de Dignit. Libr. XII. Resp. per interversionem ex 26
ratione decidendi, quam ipsa l. *opp.* suppeditat, *vers. cum autem &c. Idem ibidem opp.* (3) *l. 64. in fin C. de Decur. Lib.* 27
X. it. l. ult. circ. init. verb. anterioribus filiis. C. eod. tit. Resp. est 28
argumentum planè à diversis petitum, quod nihil concludit.

Th. 20. Nec attenditur amplius distinctio inter Mares 1
& Fœminas; quia sola nascendi causa inspicitur, *Auth. in successionem. C. de suis & legit. Liber. Nov.* 18. *c.* 1. *l.* 11. *C. Fam. Ercisc.* & præsumitur defunctus voluisse, ut omnes Liberi æqualiter sibi heredes essent, *l.* 17. *l.* 20. *C. de collation. l. ult. C. commun. utr. Jud.* imò Imp. differentiam sexûs constituentes, iniquos naturæ correctores ob id vocat, *l.* 4. *C. de Liber. præter. add. l.* 14. *init. C. de Legit. Heredib.* Quod ipsum de Bo- 2
nis allodialibus, illorumque successione est intelligendum, per text. LandR. *L* 1. *art.* 3. *circ. fin. & art.* 27. *pr. verb.* es sey Mann oder Weib. Non obstante *art.* 5. & 17. 3
qui per *subseq. art.* 44. sunt correcti, nec de consuetudine observantur, *secundum glos. lat. ad text. germ. d. art.* 17. *lit. D.*
Et extat sententia Scabin. Lips. post LandR. *sub tit.* was 4
zur Gerade gehöret. *rub.* zu Mußtheil gehöret. *fol.* 534. *vers.* das Erbe fället der verstorbene auff seinen Sohn und Tochter zugleich. In nonnullis tamen rebus Filii filia- 5
bus, & vice versa, hodienum præferuntur. Sic Wergel-

dum regulariter solis Filiis & illorum agnatis, Schwerdmagen / est proprium, non filiabus, illarumque cognatis, den Spielmagen. *Gl. ordin. in text.* LandR. *L. 2. art. 16. verb.* und vor seinen Schwerdmagen. *n.* 4. Et ita aliquoties in terris Saxoniæ pronunciatum & observatum testatur *Schneidevv. Comm. Instit. tit. de Act. ad pr. n.* 4. & exstat in hanc sententiam responsum Scabin. Lips. post Weichbild / *sub tit.* Manngeld / wem das gehöret / und wie sichs vererbet.
6 *add.* Moller. *ad Constit. Elect. Sax. p.* 4. *constit.* II. *n.* 5. Idem obtinet in rebus expeditoriis, vulgò Heergewette / quæ similiter ad solos filios Equestris ordinis, die von Ritters art seyn / pertinent. LandR. *L.* I. *art.* 22. *in fin. vers.* wo ihr zween oder drey. Cujus rei ratio habetur in *Gloss.* Weich-
7 bild *art.* 25. *in fin. ibi*: dieweil sie mehr Arbeit haben. Consuetudine tamen alicubi etiam Civibus ac Rusticis agnatis illæ debentur, *Matth. Coler. p.* I. *Decis.* 42. *n.* 3. *&* *Decis.* 203. *n.*
8 21. *B. Carpzov. p.* 3. *constit.* 33. *n.* 24. Quæ verò res ad expeditorias referantur, vide apud *Dn. Richterum Tr. de Success. ab*
9 *Intest. Sect.* I. *m.* I. *n.* 56. E contra, filiæ Filios in successione Maternâ excludunt quoad res utensiles, vulgò Gerade / quasi Gerethe im Hause. LandR. L. I. *art.* 27. *pr.* de quo habetur *Gloss. in* LehnR. *art.* 56. *super verb.* läst aber die Frau. §. auff das ihr nun eigentlich wisset. *junct. addit. marg. ibid.*
10 Weichb. *art.* 23. quæ adeò Fœminis in cognatione proximis debentur, ut nullis fœminis cognatis existentibus, ad Fiscum, instar bonorum vacantium, exclusis Masculis, devolvantur, LandR. L. I. *art.* 28. *junct. ibi Gloss. lit. A. &* L. 2. *art.* 31. *&* 37. Weichbild *art.* 59. *junct. ibi Gl. & Gl. lat. ad text. german.* LandR. *L.* I. *art.* 27. *lit C. Gloss.* Weichb. *art.* 23. *n.* 38. nisi
11 Masculus decedat relictis nonnullis speciebus ad Geradam pertinentibus, per ea quæ tradit *Arum. L.* 2. *Decis.* 12. *n.* 18. *& seqq.* ubi ita in Dicasterio Jenensi *ann.* 1609. pronunciatum fuisse attestatur. Quod si verò Masculus decedat, & non relin-

relinquat agnatum, tunc licet habeat cognatum, nihilominus Res expeditoriæ, das Heergeräthe/non ad cognatum, sed Fiscum, vel eum, qui habet Superiorem Jurisdictionem transmittuntur. Der die Ober- und Halßgerichte hat/sol davon Stock/Pranger und Galgen erhalten. *vid.* Landr. *L.* 1. *art.* 28. *& ibi additio, it, art.* 31. *&* 37. Weichbild *L.* 2. *art.* 59. *junct. gl. ibid.* ubi dicitur, daß solch Erbloß stück fällt an die Königliche Gewalt. Quod intelligit Gl. non tantùm de 13
Rege, sed de omnibus qui habent Jus Gladii & ejus potestatem, ut est *tx. in d. art.* 28. Sintemal die solchen Gewalt vom Könige haben/ und wird ihnen darumb gegeben / daß sie die Richterliche Gewalt haben/ und die Missethat straffen sollen.

Th. 21. Ergò remanet, quod Fœminæ in Bonis feudalibus non succedant, tàm de J. Feudali communi, *vid. I. FF.* 1. *cap. un.* §. 3. *it. I. FF.* 8. *cap. un. pr. &* §. 2. *it. I. FF.* 24. *cap. un. it. II. FF.* 11. *cap. un. vers. ad filias. it. II. FF.* 36. *cap. un. it. II. FF.* 50. *cap. un.* quàm Saxonico, Lehnrecht *art.* 1. *in pr. junct. art.* 6. *&* 21. Nec sine ratione: Agnatio enim & 2
nomen Familiæ per fœminas non conservatur, quia alienam familiam sequuntur, §. *ult. Inst. de P. P.* Reip. autem interest, ut dignitas familiarum sit salva, *l.* 1. §. 13. *D. de Ventr. inspic.* Adde: quod honor & decus familiarum per feuda & divitias conservetur; cum diminutis divitiis, diminuatur & honor, adeoque nihil mirum, Filios in feudis filiabus præferri. Hinc & *Jason* inquit *in l.* 17. *n.* 22. *de Leg.* 1. A PATRE PLUS DILIGI FILIOS, QUAM FILIAS, quia per Masculos familia conservatur. Et ita
quotidiè pronunciari, refert *Joh.* Köppen *L.* 1. *Obs.* 160. *n.* 30. 3
add. Forster. 3. *de success.* 13. *n.* 2. 4. *&* 4. *de success.* 23. *n.* 48. *Vultej. l.* FF. 9. *n.* 25. *Borcholt de* Feudis 7. *n.* 34. *Schneidevv. Epitom.* 4
Feudal. part. 6. *de success. fœmin. in feud. n.* 5. Exc. (1) nisi illud specialiter in primâ concessione sive Investiturâ dictum

 fue-

fuerit, ut feudum quoque ad filias pertineat, textus est in *d. cap. un.* §. 3. *l. FF.* 1. *it. d. cap. un.* §. 2. *l. FF.* 8. *it. II. FF.* 11. *cap.*
5 *un. verf. ad filias. it. II. FF.* 50. *cap. un. init.* Vel (2) feudum sit fœmineum, h. e. à fœminâ primitus acquisitum, Weiber
6 oder Kunckel-Lehn / *d. cap. un. tit.* 50. *pr.* Vel (3) speciali consuetudine contra generalia feudi placita fuerit receptum, *VVesenbec. consil.* 74. *n.* 24. *Rosenthal* 7. *conclus.* 37. *& multis seqq. Vultej. d. l. n.* 39. quò pertinet casus, quando filiæ aliunde ali aut dotari non possunt, tunc æquitas suadet, ut iis ex feudo sumtus decernantur, *arg. cap. un.* §. 2. 1. FF. 6. *& l.* 2. *D. de* J. *Dot. Hartm. Pistor. L.* 2. *q.* 37. *n.* 1. *seq.* ubi id longissimo usu
7 comprobatum asserit. Idem in terris Saxoniæ de consuetudinario jure observatur, quoties Pater Nobilis decedit, non relictis bonis hereditariis, ex quibus filia commodè pro statu & conditione suæ personæ dotari potest, non obstante,
8 quod aliàs Feuda in dotem dari non possint, *cap. un.* §. 1. *init. II.* FF. 9. nihilominus Fratres hoc casu tenentur sorores dotare, secundum Dignitatem Patris & quantitatem bono-
9 rum Feudalium; quod etiam ad extraneos Feudi successores pertinet, vid. sententia Scabin. Lipf. post Landrecht / *rubr. de divisione* Fratrum *& dote Sororum ex bonis feudalibus.* ubi subjicitur, si Feudum sit valoris trium millium aureorum, tunc sororibus loco dotis ad minimum quadringenti sunt con-
10 stituendi. Satius tamen id arbitrio Judicis esse relinquendum, in specie facti consultus consuluit Jure-Consultissi-
11 mus *Dn. Hieron Schurff. Cent.* 1. *consil.* 24. Quæ cum sint quotidiana, diligenter quoque hîc notanda, ex consilio JCti in *l.* 25. *D. de liberat. legat.* cui ibidem subscribit *Godofr.* sub hoc Dilemmate: QUOTIDIANA PLENIUS TRACTANDA. *vid. l.* 1. *pr.* D. *de suspect. Tutor.*

1 Th. 22. Ampliatur nostra Regula, in tantum filias & nepotes filiorum à Feudi successione removeri, ut etiam tunc non admittantur, quando Defuncto eo tenore Feudum datum est, ut ejus Descendentes Masculi & Fœminæ suc-

succedant; quia extantibus Filiis, filiæ & nepotes ex filiabus regulariter non succedunt, per text. in *cap. un.* §. 2. *I.* FF 8. *it. cap. un. II.* FF. 17. *it. cap. un.* §. 3. *II.* FF. *tit.* 50. nisi feudum ita datum sit, ut tàm Masculi, quàm Fœminæ, & Fœminæ 2
unà cum Masculis admittantur, *cap. un.* §. 1. *II.* FF. 104. Statutum igitur, quod Masculis extantibus fœminas excludit, 3
valebit; tùm authoritate Sacrarum Literarum, *Num.* 27. *v.* 7. tùm favore Familiarum publico, *Bodin. L.* 5. *de Rep. c.* 2. *Forster. L.* 3. *de success. cap.* 13. Fœmina tamen per Masculum 4
semel exclusa, in perpetuum exclusa non est, propter regulam, quæ J. Feudali simpliciter & indistinctè traditur, quod deficientibus Masculis succedat Fœmina, *I.* FF. 8. §. 2. *II.* FF. 17. *&* 30. Jam verò præsenti casu deficiunt ipse Masculus, qui anteà delationem successionis impedivit, & alii quoque Masculi. Ergò Fœmina est admittenda. Vid. hanc 5
sententiam, tanquam probabiliorem & æquiorem, rationibus ac præjudiciis confirmantes *H. Pistor.* L. 2. *q.* 35. *n.* 10. *& seq. Wesenbec. de Feud. c.* 6. *n.* 22. *Idem consil.* 74. *n.* 18. *& seq. Mynf.* 5. *Obserr.* 74. *n.* 8. *Clar.* §. *Feudum. q.* 80. *n.* 2. *Herm. Vultej. L.* 1. *c.* 9. *n.* 89. *& seqq. P. Heig. p.* 1. *q.* 26. *B. Carpzov. p.* 3. *const.* 28. *defin.* 15. *Schultz Syn. Feud. c.* 3. *n.* 70 *Wurmser. Tr. de Feud. impropr. class.* 3. *sect.* 3. *n.* 92. *& seqq.* Dissentientes (è quorum 6
numero sunt *Andr. de Isern. Matth. de Afflict. in cap. un.* §. 1. *I.* FF. 6. *Gail. L.* 2. *Obs.* 148. *n.* 1. *Jan. ab Arcedura c.* 3. *n.* 72. *& plures allgg. à Vultejo d. c.* 9. *n.* 85. *Andr. Knichen de Vestit. paction. P.* 1. *c.* 3. *q.* 4. *& seqq. Bocer. de success. Feud. c.* 3. *q.* 4.) maximè moventur *text. I.* FF. 6. §. 1. *verb. relicto Masculo ulterius fœminæ non admittuntur.* Resp. sensus horum verborum est, 7
quod relicto Masculo fœminæ ulterius s amplius non admittantur, sed per Masculum, & per Descendentes ex eo à successione excludantur. Illa itaque non admissio, ut ita loquar, sive exclusio, præsupponit alium excludentem, quo non existente cessat non admissio, sive exclusio: Uno

8 verbo: Fœminæ sunt exclusæ à successione præsenti, quam Masculus & ejus Descendentes præripiunt, non verò à futurâ, quando Masculus ejusve Descenden-
9 tes deficiunt. Minus obst. *text. II.* FF. 30. quia alia ibi tractatur quæstio: à diversis verò malè argumentamur.

1 Th. 23. Porro, Nepotes ex Filiis vel filiabus primi gradus præmortuis, cum filiis primi gradus concurrentes, Jure Repræsentationis assumunt locum sui Patris vel Matris, & Avo succedunt in stirpem, eandem de hereditate Avi sui accipientes partem, quam Parens eorum, si viveret, habuis-
2 set, *Nov.* 118. *c.* 1. Ergò τὸ repræsentare h. l. nihil aliud est, quàm ingredi in locum Patris, & ex personâ Ejus succedere.
3 *Vultej. Jurispr. L.* 11. *c.* 74. Unde Repræsentatio est Jus successionis, quo liberi gradu ulteriores cum proximioribus in hereditate Avi, Pro Avi, Patris locum ingredientes, in stirpes succedunt: reputantur enim Nepotes per fictionem
4 juris in pari gradu cum aliis liberis in successione esse. Quod ipsum Jus fundamentum suum in sacris Literis radicatum habet, *Genes. c.* 11. *seqq.* & sustentatur æquitate naturali, *l.* 1. §. 4. D. *de suis & legit. hered.* mox Gentium Jure est receptum, comprobatum, & denique per *L. XII. Tabb.* in Descendentium ordine principaliter introductum, §. *pen.* [*circa fin. Inst. de Heredit. quæ ab Int. def. l.* 3. *C. de suis & legit. Liber.* Förster. *L.*
5 4. *de success. c.* 19. *Harprecht ad pr. Inst. d t. n.* 60. Vindicat igitur hoc Jus sibi locum in duobus casibus. Primò, in ordine Descendentium, quoad hereditatem Ascendentium, & quidem IN INFINITUM, h. e. non tantùm Nepotes, Neptesve, Pro Nepotes Pro Neptesve, in Avi vel Pro avi hereditate Parentis locum intrant, sed etiam ulteriores & cæteri, sive ex Filio vel filia fuerint, *l.* 1. §. 7. *D. de conjung. cum emancip. Liber. d. Nov.* 118. *c.* 1, *ibi: aut alios Descen-*

Descendentes. it. §. *ult. circa fin. vers. & alias deinceps personas. Inst. de Heredit. quæ ab int. defer.* ubi etiam ratio: ne aliàs hi, qui ex transversâ lineâ veniunt, potiores his habeantur, qui recto jure descendunt; quod esset contra *l. 7. pr. D. de bon. damnat.* Quæ opinio est communis, quemadmodum scribit *Schrader Tr. de feud. p. 7. c. 5. n. 41. Förster. L. 4. de success. ab int. c. 21. n. 6. Gomez. tom. 1. Var. Resol. c. 1. n. ult.* cum rationibus allgg. & Dd. quibus addi potest *Mynsing. ad* §. *6. n. 6. J. d. t. de Heredit. quæ ab int.* (quem non rectè annumerat Dissentientibus *Treutl. Vol. 2. Disp. 16. th. 1. lit. H.*) *Hunn. L. 3. Var. Resol. tr. 1. q. 6. Hilliger in Donell. L. 9. c. 2. lit. S. B.* Fiebig. *in Vind.* Frantzk. *Ex. VIII. q. 9. circa init.* Dn. *Struve Ex. ad P. XXXVIII. th.* 17. Plerique autem, si credimus *Mynſ. d. l.* Jus Repræsentationis ultra Pronepotem extendi negant, quos citat *Gabriel L. 4. de success. ab int. conclus.* 1. *limit. 2. & Forster. d. n. 6.* pro quibus nihil facit *d.* §. *6. Inst. de Heredit. quæ ab int.* ubi fit tantùm mentio Nepotum & Pronepotum; quia unius inclusio non est alterius exclusio, si illud alibi includatur. *Salicet. in. 12. C. de his qui accus. non poss. Decius consil. 110. & consil.* 190. aut cum exclusi eadem, quæ inclusi, est ratio & conditio. *Hieronym. Gratus resp. 5. n. 48. Paul. Paris. consil. 111. n. 39. part. 1. Menoch. consil. 106. n. 292. & consil. 20. n. 56.* Adde, quod exempla non restringant regulam, *l. 1.* §. *25. D. de vi & vi arm.* Ideò autem Pronepotum, & non ulteriorum videtur mentionem fecisse Imp. in *d.* §. *6.* quia rarissimè accidit, ut Abavus videat Abnepotem. Ast jura constitui oportet in his, quæ ut plurimum accidunt, non, quæ ex inopinato eveniunt, *l. 3. cum tribus seqq. D. de LL.*

9 Secundò, locum habet Jus Repræsentationis in Collateralium successione, quoad hereditatem Patrui; licet dispari & discreto jure. Olim enim hoc Jus in lineâ collaterali simpliciter cessavit, *Förster.* L. 4. *de success. c. 21. n. 17.* 10

n. 17. quia Hereditas Agnatis proximitatis nomine defertur ex L. XII. Tabb. Atqui cum fieri non possit, ut frater defuncti & fratris filius eodem gradu consistant; consequens quoque est, ut hic per illum, tanquam remotior, ex-
11 cludatur. Jure autem Novissimo SOLIS fratrum Filiis & filiabus competit, ut hi videlicet **cum defuncti fratribus in stirpes** succedant, *Nov.* 118. *c.* 3. *vers. Hujusmodi. Nov.* 127. *c.* 1. §. 4. *Inst. de legit. Agnat. succesf.*
12 *Förster. ibid. c.* 22. *n.* 13. Rationem affert *B. Fiebig. d. loc.* scil. quod deficiente juris ratione, per modum Privilegii ipsis hoc fuerit indultum, *d. Nov.* 118. *c.* 3. *vers. Hujusmodi.* & jure
13 repræsentationis confirmatum. Unde etiam tales Liberi in stirpes succedunt; iniquissimam aliàs Patruis, qui jure antiquo totum haberent, conditionem, si in capita vocarentur, illaturi. Cæterùm, **in Ascendentium ordine**, ratione successionis Descendentium, Jus Repræsentandi non obtinet, *Förster. L.* 7. *de succesf. c.* 4. *n.* 23. cum non conveniens sit rationi, ut Parentes Liberorum locum & vicem subeant, *Dn. Struv. d. Ex. th.* 26. *Förster. L.* 4 *de Success. cap.* 22. ubi plures fallentias adducit.

1 Th. 24. Præterea, Nepotes SOLI existentes ex diversis filiis, numero diversi, in pari tamen gradu, Avo succe-
2 dunt non in capita, sed in stirpes. Ita suadet. §. 6. *in fin.* & §. *ult. J. de Heredit. quæ ab int. defer. Nov.* 118. *c.* 1. *med. ibi: aut alios descendentes. l.* 2. *C. de suis & legit. Liber. Forster. L.* 4. *de success. Filior. Natur. & Legit. simul. n.* 18. *Harprecht, Ant. Matthæi*
3 *ad* §. 6. *Boecr. class.* 3. *t.* 1. *disp.* 10. *th.* 17. Et quamvis multi sint in contrarium, tamen verius est, Jus Saxon. hoc casu cum J. Comm. Civ. stare; quia nullibi expressè invenitur correctum vel mutatum: quod autem non mutatur, quare stare prohibeatur, *l.* 27. *C. de Testament.* & statuta ita sunt intelligenda,

genda, quò minimùm lædant Jus commune, ne Jurium correctio facilè admittatur, *vulg. l.un.C.de inoffic. dot.*conf. Landrecht rubr. von succession auff Erbgüttern. ibi: ließ einer Kindeskinder/ von dreien oder vier Kindern / die vor ihm gestorben/ auff dieselbe käme von ihm sein verlassen Erbe/ nach anzahl seiner vorhin verstorbenen Kinder/ und muß also die Erbschafft nicht nach der Personen Zahl/sondern nach der Wurtzel getheilet werden. Idque non tantùm in Nepotibus sed etiam Pronepotibus, & ulterioribus Descendentibus, quando soli exstant, obtinet. *d. §. 6. & §. ult. Inst. de Heredit. quæ ab int. defer.* Nec attenditur, sive sint gradus æqualis, v.c. soli Nepotes, sive gradus inæqualis v.g. si ex uno filio prædefuncto supersint Nepotes tres, ex altero filio quinque Pronepotes, *d. §. 6. Nov.* 118. *c.* 1. *init. verb. cujuslibet gradus. & vers. ult. ibi: in hoc enim ordine gradum quæri nolumus.* Neque refert, sive uno gradu, sive pluribus invicem remoti distent; nam & hi remotiores in infinitum cum proximioribus in stirpes succedunt, *Schneidevv. d. loc. n.* 21. Quamvis autem Nepos post mortem Avi conceptus, neque Civili neque Prætorio jure admittatur, quia Decem-Viralis Lex eum vocat ad hereditatem, qui moriente eo, de cujus bonis quæritur, in rerum naturâ fuit: ast talis Nepos non extitit vivo Avo, nec ullo cognationis jure eum attigit. Ergò. *vid. §.* 8. *Instit. d.t. de Heredit. quæ ab int l. 6. D. de suis & legit. Hered.* admittetur tamen jure transmissionis vel repræsentationis, *l.* 34. *C. de inoff. Test.* ut volunt *Barry cum allgg.* L. 17. *tit.* 1.*n.*5. *Surdus decis.* 230. *Forster. L.* 4. *c.* 23. *n.* 7. *Perez in Cod. tit. de his qui ant. ap. tab. n.* 10. *Zœs. tit. ad SCtum Tertull. n.* 9. Imò, & talem nepotem generali Descendentium verbo, adeoque ex suâ personâ hodiè vocari ad successionem, facilè evincit *Nov. all.* 118. *c.* 1. quia hoc jure non tàm suitatis, quàm sanguinis ratio habetur; quam sententiam esse communem & æquam, fatetur post alios *Bachov. in* Treutl. *Vol.* 2.

Ii Disp.

Disp. 16. *th.* 1. *lit. G.* cui add. *Hilliger in Donell. L.* 9. *c.* 2. *lit. L.*
9 *in fin. Hunn. L.* 3. *Var. Resol. tr.* 1. *q.* 7. Et ita inſpecto diverſo jure, in fumum diſputat *B. Fiebig.* contra Förſterum *in Vin-*
10 *dic. Frantzk. Ex. VIII. q.* 4. *&* 5. Huc referri ſolet quæſtio: An Nepos ex primogenito Regis, præferatur Patruo in ſuc-
11 ceſſione? Affirm. per *expr. text. Aur. Bull. c.* 7. quia natura Pater & Filius habentur pro unâ perſonâ, §. 4. *in fin. Inſt. de inutil. ſtipul. l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & nepos ſuccedit in locum filii, *l.* 7. *D. de collat.* per Jus repræſentationis, *Nov.*
12 118. *c.* 1. Hinc Jus primogenituræ, quod magis Nepotem defendit, quàm ſola primogenitura, quæ pro Aſcendente facit, verba ſunt ingenioſisſimi pariter & ſummi JCti Dn. Joh. Strauchii, Germaniæ Noſtræ Cuja-
13 cii, optimè de me meriti. jung. *H. Hermes Faſcic. J. publ. c.* 14. *n.* 24. *Sprenger. Jurispr. publ. pag.* 255. *Anton. Coler. Sect. Imp. Germ. ſect.* 52. *Tiraquell. de J. Primigen. q.* 40. ubi hanc ſententiam multis argumentis & exemplis illuſtrat. *Roſenthal de Feud. c.* 7. *concluſ.* 26. *n.* 12. *Forſter. L.* 4. *de. Succeſſ. c.* 20. *Tholoſan. L.* 7. *c.* 10. *Bodin. de Rep. c.* 5. *Hottomann. Illuſtr. Qq. q.* 3. *Fachin. L.* 6. *Controv.* 2. *Arum. Diſp. ad Inſt. XI. th.* 6. *Hunn.* L. 3. *Var. Reſol. tr.* 1. *q.* 26.

1 Th. 25. Quæ hactenus diximus de Naturalibus & Legitimis liberis ſimul, vera ſunt & obtinent in ſucceſſione li-
2 berorum, qui ex uno Matrimonio proveniunt; ſecus autem ſe res habet in iis, qui diverſo Patre vel diverſâ Matre editi ſunt; hi enim communi Parenti æqualiter, diverſis verò Parentibus, diviſim, ſeparatim, & diſtinctè ſuccedunt, juxta regulam: Paterna Paternis, materna maternis Liberis competunt. v. g. ſi Titius ex priori Uxore Liberos duos, & ex alte-

alterâ totidem suscepit, hi æqualiter communi Parenti succedunt; exceptis bonis à Marito ad Uxorem, & vice versa, cum certâ qualitate, ut Donationis propter Nuptias, & dotis delatis, quæ Liberi illius Matrimonii, quo ista ita pervenerunt, præcipua habent, *l. 3. l. 4. l. 6. §. 1. C. de secund. Nupt. Auth. Lucrum. C. eod.* ast si Titia habeat Liberos ex diversis Maritis v. c. Cajo & Sejo legitimè natos, tunc cujusque matrimonii Liberi veniunt ad bona ex illo matrimonio quæsita, *per supr. citat. regul. vid. l. 13. §. 2. C. de Legit. Her. Nov. 84. c. 2.* quod benè explicat *Hilliger in Donell. L. 9. c. 2. lit. C. Ritterschus. in Nov. p. 7. c. 4. n. 9. Barry de success. L. 18. tit. 1. n. 14. Forster. L. 3. c. 11. n. 3. & L. 4. c. 16. seqq. Stephani ad Nov. 115. n. 11. Bocer. p. 1. class. 3. Disput. 10. th. 18. Borcholt 7. de* Feud. *n.* 16. Idem obtinet in Foro Saxon. secundum *Gloss.* 3
LandR. *art. 21. super verb.* man mag. Aliud verò dicendum, 4
si inter Liberos diversi Matrimonii, secundum Germaniæ consuetudinem Legitima Unio prolium, Einkindschafft/ facta fuerit; tunc enim hujusmodi Liberi in omnibus bonis æqualiter succedunt, quasi ex uno Matrimonio essent procreati. *Rick. Tr. de unione Prolium c. 3. Gail. L. 2. Obs. 125. Forster. Vol. 1. consil.* Marpurg. *consil. 8. Bocer. d. p. 1. Disp. 12. th. 15.*

Th. 26. Tantum de Liberis, qui veniunt ex justo Matrimonio. 1
Legitimati per subsequens Matrimonium æquè 2
ac justi Liberi in allodialibus succedunt, tàm J. Civ. *§. 2. circa init. vers. quibus connumerari. J. de Heredit. quæ ab int. def. l. 5. l. 10. C. de Natural. Lib. Nov. 12. c. ult. Nov. 19. in præfat. vers. sed quoniam. Nov. 74. c. 2. Nov. 89. c. 8.* quàm J. Ca- 3
non. *cap. 6. X. qui Filii sint legit.* Ratio est, quia verè Legitimi dicuntur, & per omnia Legitimis comparantur. Matrimonium quippe retrotrahitur ad tempus nativitatis filiorum, ita ut illud contractum esse censeatur ante filiorum nativitatem, per *text. in d. cap. 6. Glossa ibid. in verbo: Legitimi:* dicit, Matrimonium omnia præcedentia vitia purgare;

 quam

quam sequitur *ibidem Panormit. n.* 4. & ideò quoque succedunt in Feudis, etiam de veritate theoreticâ. *Andr. de Isern. in cap. un. vers. naturales. II.* FF. 26. *n.* 7. *& cap. un. II.* FF. 29. *Petr.* Loriot. *in Comm.* Feud. *ad tit. de success. feudi p.* 57. & alii plures, quos allegat & sequitur *Schrader de* Feudis *p.* 7. *c.* 5. *n.*
4 21. *H. Pistor.* L. 2. *quæst. Jur.* 41. *n.* 25. Negativam defendunt *Vultej.* L. 1. *Feud. c.* 9. *Bachov. in Treutl. Disp.* 2. *th.* 6. & cum iis *Dn. Brunnemann Exercit. Justin. II. ad* §. *ult. J. de Nupt. B. Ludwell. Disp. ad Inst. X. th.* 2. *lit. C.* qui moventur per *d. cap. un.*
5 *vers. Naturales. II.* FF. 26. Resp. loquitur hic text. de filiis legitimatis per Rescriptum Principis. Quod conjicere licet ex ultimis ejus verbis: *nec soli, nec cum aliis admittuntur*: quia J. Civ. ita distinguitur, utrum Legitimati per Rescriptum Principis soli sint, an verò cum Legitimis concurrant, *Nov.* 89. *c.* 9. *& c.* 11. §. 1. Ergò non debet hoc extendi ad Legitimatos per subsequens Matrimonium, utpote quos & ratio Ci-
6 vilis & ipsa Natura simul juvat. N.O. (1) quod tx. opp. sit generalis, adeoque & generaliter intelligendus, *arg. l.* 8. *D. de pu-*
7 *blic. in rem act.* Resp. verba generalia non statim inducunt Juris correctionem. *Glosf. in dict. Nov.* 89. *c.* 7. *verb. destruere.* quam sequitur *Br. in l.* 32. *C. de Appellat.* Et constat ex *Joh. de Imola in l.* 64. §. 9. *D. Soluto Matrim. Alex. in l.* 30. *D. de Liberis & posthum. hered. instit. Jason. in Auth. Novissima. C. de inoffic. Testam. & Aym. Cravett. Tr. de Antiq. temp. p.* 4. *sect. absolutis differentiis. n.* 43. legem novam correctoriam secundum Jus antiquum esse intelligendam, declarandam & restrin-
8 gendam. (2) opp. ratio, quâ motus esse videtur Feudista, scilicet, quod concubinatus superioribus & nostris moribus illicita sit consuetudo, *vid. l.* 5. *circa fin. C. ad SCt. Orphit.*
9 Resp. Non sequitur: Concubinatus est illicitus. Ergò non succedunt Legitimati per subsequens Matrimonium in Feudis; quia etiam de J. Canon. concubinatus est illicitus, uti constat ex *can.* 4. *&* 6. *XXXII. q.* 4. & tamen eo jure in-

specto

ſpecto nihil differunt Legitimati per ſubſequens Matrimonium à reliquis Liberis legitimè natis, *d. cap. 6. X. qui filii ſint Legit. ibiq; Canoniſtæ communiter.* Potius ita erat inferendum: Concubinatus eſt illicitus & inhoneſtus. E. Naturales nati in concubinatu ſunt inhoneſti, & ideò non poſſunt admitti ad ſucceſsionem Feudi. Quod Nobis non adverſatur. opp. (3) argumentum à Legitimatis per Reſcriptum Principis, 10
ad Legitimatos per ſubſequens Matrimonium. Illis regul. denegatur ſucceſſio feudalis. Ergò & his. Conſeq. prob. quia non major debet eſſe vis taciti, quàm expresſi *l. 3. & ibi Dd. de R. C.* Aſt Legitimatio per ſubſequens Matrimonium eſt tacita, & expreſſa, quæ fit per Reſcriptum Principis. Ergò. Reſp. 1. Neg. conſeq. nam ſæpè plus operatur ta- 11
citum, quàm expreſſum, uti videre eſt ex iis, quæ tradit *Everhard. in Topic. loc. ab expreſſo ad tacitum. n.* 17. Rep. 2. Neg. Minor. *Borcholt de Gradib. cap. de ſucceſſ. Liber. qui per appellat. Suor. &c.* Nec discrepat Jus Saxon. quo ſimiliter Liberi per ſubſe- 12
quens Matrimonium Legitimati, unà cum Liberis naturalibus & legitimis ſimul admittuntur, non obſtante *art.* 37. 13
L. 1. Land-R. qui de iis non loquitur, aut ſi loqueretur, de conſuetudine non obſervatur, veluti notat *Gl. lat. ad text. Germ. ibid. lit. B.* Et extat ſententia poſt Weichbild *ſub tit.* 14
wie die unrechten Kinder durch die folgende Ehe ehlich werden. Jam ad Legitimatos per Reſcriptum Principis, 15
de quibus in *d. text. opp. II. FF.* 26. *verſ. Naturales.* dicitur: *Naturales filii, licet poſtea fiant Legitimi, ad ſucceſsionem Feudi, nec ſoli, nec cum aliis admittuntur:* quibus verbis Legitimatos per Reſcriptum Principis excludi, apud omnes eſt in confeſſo. *Förſter. de ſucceſſ.* & plures allegg. L. 6. *c.* 39. *n.* 1. Ac- 16
cedit ratio, quod Principis Reſcriptum non poſſit in præjudicium tertii interpretari. Aſt hoc caſu præjudicaret Domino Feudi vel Agnatis. Ergò. Imò, licet fortè ipſe Princeps 17
ſit Dominus Feudi, non tamen ſimpliciter ſucceſ-

 ſionem

ſionem in feudo, quod ipſi aliàs aperiretur, per Legitimationem videtur concedere; nec in feudo antiquo, ſi Agnati adſint, iis præjudicare, & Legitimatum, qui in Inveſtiturâ non eſt comprehenſus, præferre: refragantur enim verba, quæ literis Inveſtituræ ſolent formaliter inſeri: leihen ihme und ſeinen Ehelichen gebornen Leibes-Lehens

18 Erben. Unde facilè apparet (1) quod in Feudo novo tales Liberi ſuccedant, ſi ipſe Dominus Feudi eos expreſsè ad ſucceſsionem vocaverit, ſive ipſe fuerit Princeps legitimans, ſive Principi legitimanti & ſucceſsionem tribuenti

19 conſenſerit. *H.Piſtor.q.* 40.*n.* 10. *& ſeqq.* Quò etiam pertinet caſus ſi fuerint Legitimati Inveſtiturâ comprehenſi, ut ſi Dominus inveſtiat quem pro ſe & filiis ſuis natis & naſcituris, ſciens Vaſallum non alios, quàm Naturales ſive jam Legi-

20 timatos habere. *Forſter. d. l. n.* 3. Similiter (2) etiam in Feudo antiquo ſuccedunt, ſi conſenſerint illi, de quorum præjudicio agitur. vide latè hanc ſententiam probantem, & ad contraria reſpondentem *Hartm. Piſtor.d. q.* 40. *n.* 24.*ſeqq. Fachin. L.* 7. *controv.* 49. *&* 50. *add. B. Carpzov. P.* 3. *conſtit.* 28. *definit.*

21 16. Sequuntur Liberi Adoptivi, qui & ipſi, ſive ſoli ſint, ſive cum Naturalibus & Legitimis concurrant, æqualiter Patri Adoptivo ſuccedunt, §. 2. *Inſt. de Adopt.* §. 8. *Inſt. quib. mod. J. P. P. ſolv.* §. 2. *circa init. verſ. nec intereſt, it.* §. 14. *Inſt. de Hered. quæ ab int. l.* 5. *C. de ſuis & legit. Liber. l.* 10. §. 1. *verſ. & ideò ſancimus, C. de Adopt. l.* 1. §. 6. *D. ſi tab. teſtam. nullæ ext.*

22 Quod intelligendum de Adoptione ſubſiſtente, ſive actualiter durante: diſſolutâ enim per emancipationem adoptione, diſt. inter Adoptionem imperfectam, quæ fit ab Extraneo, & Adoptionem perfectam, quæ fit ab Avo. Priori caſu jus ſuccedendi Patri Adoptivo planè amittunt, ſoli Patri naturali ab Inteſtato ſuccedentes, *d. l.* 10. §. 2. *C. de Adopt.* Poſteriori verò caſu, non niſi mortuo eo Avo ſuccedunt, *arg. d. l.* 10. *in fin. pr.* Atque in hoc Adoptivi deterioris

ſunt

sunt conditionis Naturalibus & Legitimis filiis, qui licet fuerint emancipati, hodie non tantùm de J.rPætorio, sed etiam J. Civ. Parentibus suis succedunt, quoniam jure sanguinis, (quod nullo J. Civ. dirimi potest, *l.* 8. *de R. I.*) liberi nihilominus sunt & manent. Adoptivi verò, qui per J. Civ. fiunt liberi, per contrarium actum Civilem, intellige Emancipationem, filii vicissim esse desinunt *arg. l.* 35. *de R. I. l.* 80. *D. desolut.* Arrogati illud speciale habent, quod impuberes 24 post arrogationem sine causâ exheredati vel emancipati, Quartam partem omnium Bonorum ex hereditate Patris Adoptivi accipiant, §. 3. *in fin. Inst. de Adopt. l.* 22. *pr. D. eod. tit. l.* 2. *C. d. t. l. ult. D. si quid in fraud. Patroni fact. sit.*

Th. 26. Succeonssiem Legitimorum excipit ordo Na- 1 turalium tantùm, qui PATRI naturali, non nisi deficientibus Liberis legitimis & uxore Legitimâ, in duas uncias succedunt, atque sic in sextâ parte hereditatis, quam habebunt cum Matre, quotquot fuerint liberi, Matre virilem portionem accipiente. *Nov.* 18. *c.* 5. *Nov.* 89. *c.* 12. §. 4. *Auth. licet. C. de Natural. Liber. Schneidevv. Comm. Inst. de Hæredit. quæ ab int. rubr. de success. Liber. Natur. n.* 6. *Covarruv. tom.* 1. *de Matrim. p.* 2. *c.* 8. §. 4. *n.* 13. & 16. *Harprecht pr. Inst. d. t. n.* 213. *Förster. de success. L.* 6. *c.* 10. *n.* 2. Existentibus enim Liberis Le- 2 gitimis & Naturalibus, ac Uxore legitimâ, Naturales non succedunt, *d. Nov.* 89. *c.* 12. §. 4. *Schneidevv. d. l. n.* 9. *Förster. d. l.* 1. Cujus rei ratio est favor & honor Matrimonialis, propter quem Lex noluit, ut superstite Uxore legitimâ Naturales succedant, scil. in præteriti Matrimonii memoriam, & ne Uxori scandalum detur, *arg. l.* 2. *D. Rer. amot. Schneidevv.* Förster. *dd. loc. Covarruv. Epit. in quart. Libr. Decret. p.* 2. *c.* 8. §. 4. *n.* 9. alendi tamen sunt ab heredibus defuncti Patris naturalis, secundum substantiæ mensuram à bono viro arbitratam, *d. Auth. licet. junct. Gloss. in verb. Conjux. C. de* Natur. *Lib. d. Nov.* 89. *c.* 12. §. 6. Limit. (1) in filiis Clericorum. quibus nihil re- 3 lin-

linquitur; quia in his concubinatus magis deteſtabilis eſt, quàm in Laicis: & ideò ſub gravi pœnâ interdictus, *t.t.X.de Cobabitat. Cleric. & Mulier.* Limit. (2) ut in ſolis liberis primi gradus procedat, *l. ult. verſ. in Nepotibus.C.d. t.de Natur.Liber.*
4 rationem ſuppeditat *arg.ex l.*14.*D. de* LL. Quodſi autem ex pluribus ſimul concubinis naturales progeniti fuerint, propter odium effuſæ libidinis omninò à Patris hereditate re-
5 moventur, *d. Nov.* 89. *c.* 12. §. 5. MATRI verò, etiam illuſtri, unà cum Liberis Legitimis æqualiter ſuccedunt, & J. Civ. *l.* 5. *circa fin. C. ad SCt. Orphit.* & J. Saxon. *Schneidevv. d. l.*
6 *n.* 20. adeò quidem, ut ſi à Matre in Teſtamento prætereantur, inofficioſi querelam dicere poſſint, arg. *l.* 29. §. 1. *D. de*
7 *inoffic. teſtam.* In Feudo tamen naturales non ſuccedunt, *cap. un. II.* FF. 26. *verſ. Naturales.* ſub ampl. ut ne quidem in feu-
8 do fœmineo Matri ſuccedant, *Andr. de Isernia in d.* §. *Naturales. Förſter. de ſucceſſ. L.* 6. *c.*39. *n.* 2. *H. Piſtor.* L. 2. *q.* 40. *n.* 2. feuda enim ſanguini dantur, non iis, qui extra domum & familiam ſunt, præprimis, quia nulla legitima poteſt eſſe conſequentia, ex illegitimo naſcendi principio, *d. l. ult. C. de Natur. Liber. Gail.* L. 2. *Obſ.* 115. *n.* 2. *Schneidevv. d. l. n.* 19. *Bocer. claſſ.* 5. *p.* 2. *diſp.* 18. *th.* 6. *lit. B. Förſter. d. l. n.* 12. *Vultej.* 1. F. *c.* 9. *n.* 89. Concordat Jus Saxon. Feudale Lehnrecht *c.* 2. *in pr.*

1 Th. 27 Sequitur ſucceſſio ſpuriorum, qui PATRI cæteriſque Aſcendentibus & conjunctis per lineam paternam regulariter non ſuccedunt, quia Jura Conſanginitatis & Agnationis à Patre oriuntur: aſt manifeſtum eſt, vulgò quæſitos, nullos agnatos habere: cum Agnatio à Patre ſit, cognatio à Matre: hi autem nullum Patrem habere intelliguntur, *l.* 2. *l.* 4. *D. unde cognati.* §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. cognat.*
2 Dicuntur enim παρὰ τὴν σποράν, id eſt, à ſatione, quod ſparſim & vulgò ſint concepti, *l.* 23. *D. de ſtatu Hom.* vel quaſi ſine Patre filii, §. 13. *Inſt. de Nupt. Harprecht. ibid. n.* 6. *Borchols.*

cholt. Tr. de Gradib. cap. de spur. & var. succeß. Covarruv. d. l. n. 5. Forster. de succes. L. 6. c. 47. n. 1. & 15. ubi ab hâc regulâ quasdam exceptiones ponit: quibus meritò connumeratur, si 3
per Statutum Paterna successio ipsis deferatur; tunc enim succedunt, dum modò factum de Patre constet, *Bl. in l. 1. C. de J. aur. annul.* licet *Br. & plures alii* contrarium teneant, 4
quasi Pater per hoc tacitè invitatetur ad delinquendum, contra *l. 5. D. de pact. dotal.* Resp. præsumtiô hæc est facti, de quâ 5
Lex in dubio non disponit, *arg. l. 56. de R. I.* Et cur Matri J. 6
Comm. succedunt tales Liberi? quasi fornicando minus peccet Mulier, quàm Vir; quod tamen est expresè contra *can. 23. XXXII. q. 5.* Huc pertinet quæstio de Dote, utrum 7
Pater filiæ spuriæ dare teneatur? Aff. ex æquitate Canonicâ, cum *Gail. L. 2. Obs. 88. n. 7. Harprecht pr. Inst. de Heredit. quæ ab Int. n. 291. Forster. d. L. 6. c. 47. n. 28. Everhard. in Topic. Legal. loco ab Aliment. ad Dot. 70. n. 4. Covarruv. de Matrimon. tom. 1. p. 2. c. 8. §. 6. n. 15.* Dissentit *Bachov. Vol. 2. disput. 7. th.* 8
2. lit. H. ibiq. allgg. quorum sententia, inspectis J. Civ. apicibus, procedit. MATRI verò hi Liberi unà cum Legiti- 9
mis succedunt, *l. 2. l. 8. D. unde cognati. §. 3. Inst. de SCt. Orphit. §. 4. vers. tantum. J. de succeß. Cognat.* quia semper est certa, *l. 5. D. de in Jus voc.* Ampl. (1) ex *l. 29. §. 1. D. de inoffic. testam.* 10
(2) etiamsi Mater fuerit illustris; quod verum est, si Natu- 11
rales & Legitimi non exstiterint, *l. 5. pr. C. ad SCt. Orphit.* secus enim, neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habitâ quicquam ex hereditate Maternâ sibi acquirunt; cum Mulieribus ingenuis & illustribus (quibus castitatis observatio præcipuum debitum est) spurios nominari, satis injuriosum, satisque acerbum judicetur, *d. l. 5.* Et hanc legem ipsi pudicitiæ, quam semper colendam cen-

 semus,

12 semus, meritò dedicamus. Excipitur alimentorum causa in *l. 5. §. 4. D. de agnosc. & alend. Liber.* per
13 *arg. l. 4. D. eod. tit.* Hodiè pro Naturalibus habentur, qui ex illegitimâ conjunctione cujusdam soluti cum solutâ veniunt, adeoque jura successionum iis competunt. *vid. B. Carpzov. Jurispr. For. Rom. Saxon. P. 3. Constit. 14. defin. 6. & Dn. Richter Tr. de success. ab Intest. sect. 1. membr. 3. n. 5. seqq.* Non
14 autem annumeramus his, sed quoad effectum quoque succedendi justis Liberis æquiparamus eos, qui post consensum conjugalem intervenientem, ante benedictionem sacerdotalem concepti & nati sunt,
15 licet morte alterutrius Conjugis interveniente, solennes nuptiæ planè non fuerint insecutæ scilicet propter favorem partus, qui in simili casu attenditur, *cap. 14. X. qui filii sint legit. B. Carpzov. d. P. 3. Constit. 14. defin. 12 Cypræus Tr. de J. connub. P. 1. de sponsal. c. 11. §. 12.* Atque hanc sententiam confir-
16 mat *Serenisf. Elector Sax. decis.* 49. Et ad hoc Jus etiam respexerunt *Dn. Scabini Jenenses*, cùm *Ann.* 1633. *M. Febr.* in hunc modum responderunt: Als ihr uns berichtet / welchergestalt ein junger Gesell / so weder Vater noch Mutter gehabt / sondern seines Willens gelebt / mit Nahmen Sempronius, sich mit eines ehrlichen vornehmen Mannes hinterlassene Wittben / Magdalenen / in ein heimliches Ehegelöbniß eingelassen / und ihr darauff einen güldenen Ring / und sie ihm hinwiederumb einen zum Mahlschatze gegeben; es hätte sich aber zugetragen / daß gedachte beyde Personen / so gegen einander in Liebes-Flammen häfftig entzündet / sich an einander gefunden / und der Liebe gepflogen / also das beym drey virtel Jahrs die Magdalena ein Kind auff die Welt gebohren / nach geschehener schwängerung sey mehrerwehnter Sempronius in sein

Va-

Vaterland/ mit dem Verlaß/ daß er alda seine liegende Gütter verkauffen/ daß Geld zu der Magdalenen wenden/ und nach verrichteten Sachen mit ehestem wieder zu ihr begeben/ und sich mit ihr trauen lassen wolte/ gezogen/ da aber seine Sachen fast zuende gebracht/ und Er sich zur Reise geschickt gemacht/ wäre Er in plötzliche Kranckheit gefallen/ daß Er in wenig Tagen darüber todes verfahren müssen/ alles euerm Bericht nach mit mehrem. Wann ihr euch dann über angehäffte Frage D.R.Z.G.D.S.W.V.R. wofern es demselben allenthalben nach bewand/ und ihr könnet solches darthun/ so haben sich zwar die verlobte/ durch beyschlaffung vor der Trauung/ wieder Weltlicher Obrigkeit Landes-und Kirchen Ordnung versündiget/ und ist dahero die noch lebende Magdalena deswegen/ solcher Ordnung nach/ und wie es des Orths herkommen oder sonsten nach beschaffenheit dieses fals und umbständen/ zubestraffen; so viel aber das Kind und die Ehe an ihr selbst und dero Wirckung anlangt/ weil vermög unser Käyser Rechte/ denen dißfals Gottes Wort/ und das Natürliche Recht nicht zu wieder/ sondern allerseits gleichsinnig/ die Eheschlüß-und Versprechung/ oder die Ehe selbst uff Braut und Bräutigams/ oder der verlobenden Personen/ da sie ihrer mächtig/ Consens allein/ als dem Hauptstück/ keines weges aber uff der Prifterlichen Trau-Ehestifft-oder auch Heimführung bestehet und beruhet/ so ist auch aus denen von euch angezogenen/ und andern unsern wichtigen gründen/ solch Ehversprechen/ und erfolgtes beywohnen/ so weit eine kräfftige Ehe/ daß das Kind vor ehelich zuachten und zu halten/ und dahero des Vaters Verlassenschafft uff dasselbige Erbgangs Weise gefallen. V.R.W.

17 Quibus verbis inspectis, non obstat ex mente Dissentientium, quod consensus desponsatorum debeat publicè coram facie Ecclesiæ repeti, ut ita evitentur sub prætextu Ma-

trimonii clandestinæ scortationes; nec non ἱερολογία adjungi, quam sacri Canones, suadente publicâ honestate præcisè exigunt, *vid. can. 1, 2. 3. & 4. XXX. q. 5. can. 19. XXXV. q. 2. & 3. cap. 3. X. de Clandestin. desponsat. can. 4. III, q. 4. can. 33.*
18 *distinct. 23.* Idem etiam placet *Imp. Leoni in Novell.* 89. ubi inter alia dicit: *Quemadmodum adhibitis sacris deprecationibus, adoptionem perfici præcipimus: sic sanè etiam sacræ benedictionis testimonio, Matrimonia* confirmari *jubemus. Adeò ut si qui citra hanc, Matrimonium ineant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vita illâ Consuetudine, Matrimonii jure potiri volumus.* Leonem secutus est *Alexius Commenus Imperator,* cujus Constitutionem in suam epitomen redegit *Harmenopulus*
19 *L. 4. tit.* 1. Resp. Hæ rationes & Authoritates nondum efficiunt, ut solennitate non observatâ, Matrimonium ipsum, quod sua essentialia habet, modò de illis verè constet, sit J. Romano Civ. nullum, sed erit tantùm non solenne, & illam omittens peccabit contra publicam honestatem, & Ordinationes Ecclesiasticas; adeoque puniendus, & adhuc omissas solennitates adhibere tenetur, velut innuit *can. 1. in fin. verb. & vota succurrerint legitima. XXX. q. 5.* & decidit *Henriquez in summa Theol. Moral. L. 11. c. 5. n. 2. & c. 16. Bachov. ad Wesenb. de R. N. n. 2.* conf. omninò *Ernest. Cothm. Respons. Academ. Vol. 1. resp. 10. n. 155. & multis seqq. Dn. Struv. Ex. XXIX. th. 26.*

1 Th. 28. Descendentium ordini finem imponunt Liberi ex damnato coitu procreati, s. ex nefariis & incestis nuptiis nati, qui neque Patri neque Matri succedunt, ita ut ne quidem ab iis sint alendi, *Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.*
2 *Auth. licet. in fin. C. de Natur. liber. Nov. 74. c. ult.* Ratio est, ut Lex Parentes, qui in Liberis puniuntur, *l. 8. §. ult. D. quod met. causa. d. Nov. 74. c. 6.* ab hujusmodi concubitu eo magis absterreat, *Alph. à Carranz. d. Tr. de partu. c. 3. §. 4. n. 53.*
3 An autem J. Canonico ab isto J. Civ. rigore discessum sit &

con

constitutum, ut Liberis ex quocunq; coitu, etiam incestuoso natis, à Parentibus alimenta debeantur, quæri solet? Quod 4
plerisque Dd. videtur, propter *cap. 5. X. de eo qui duxit in Matrim quam poll. per Adult. vid. Borcholt. & P. Heigius ad §.12. Inst. de Nupt. n. 11. Enenkelius Baro Tr. de Privileg. Parent. privileg. 7. c. 3. n. 17. Forster. de success. L. 6. cap. 49. & seq. Rittersch. ad Novell. p. 7. c. 3. Dn. Richter d. Tr. de success. ab int. sect. 1. membr. 3. n. 3. Dn. Struve Exerc. ad P. XXX. th. 79. Harprecht pr. Instit. de Heredit. quæ ab Int. n. 349. Covarruv.* Tr. *de Matrimon. p. 2. c. 8. §. 6. Beust. de Matrimon. c. 60. Mantica de conject. ultim. Volunt. L. 8. tit. 5. n. 12. Surd.* Tr. *de Aliment. tit. 1. q. 10. n. 5. & 6. Godofred. in Not. ad Nov. 89. c. ult. lit. B.* quod
tunc maximè obtinere volunt, si aliunde non habeant, unde 5
vivant. Nam licet spurii sint, filii tamen sunt, quia Natura communis, *Bl. consil. 456. n. 10. Vol. 5. incip. recolo me consuluisse.* ubi dicit, Jus Civile in tantum amasse castitatem, ut fermè destruxerit Paternam pietatem. *Idem cons. 457. n. 9.* inquit, quod sicuti Patri non licet occidere filium spuriū, ita nec potest alimenta ei denegare: denegans enim alimenta, necare videtur, text. *in l. 4. D. de agnosc. & alend. liber. Jason in Auth. res quæ subjacent. C. commun. de Legat.* Atqui, necare aliquem, est pecca- 6
tum mortale; quando verò tractatur de peccato, Jus Canonicum est servandum, ubique, tàm in terris Imperii, quam Ecclesiæ, uti not. in *cap. 8. X. de* N. O. N. *Schneidevv. Comm. Instit. tit. de Hæredit. quæ ab intest. rubr. de success. Liberor. ex damn. coitu nat.* Quæ opinio, licet æquitati sit affinis, & in 7
Praxi recepta, ex Jure tamen Canonico vix probari potest, *arg. cap. 13. X. qui filii sint legit.* sicut etiam animadvertit *Gabriel Palæot. Tr. de Nothis spuriisq; filiis. c. 46. n. 3. seqq. Gregor. Lopez. in Animadv.* Jur. *Civ. c. 32.* Nec contrariatur *dict. cap. 5.* 8
X. de eo, qui duxit. &c. quia est singulare, velut ex facti specie circumstantialiter probat *B. Ungep. Ex. Just. IX. q. 3. in* Nego. Magistratus tamen ex officio, liberis aliàs fame peri- 9

turis, alimenta decernet, ut rectè monet Bachov. ad Treutl.
10 quem ad hoc citat *B. Ludvvell. Disput. X. th. 2. in fin.* Et ita primus succedendi ordo sese expedit, cum annexo devoto D. Hieronymi voto: Benè esse Liberis, quibus nec de Matre erubescendum, nec de Matre dubitandum.

1 Th. 29. Post Descendentes, succedunt Ascendentes s. Parentes, *Nov.* 118. *c.* 2. quorum tot species sunt, quot Liberorum: quia correlativorum est eadem ratio & natura; & posito uno correlativorum, ponitur etiam alterum, *Ever-*
2 *hard. in Topic. Legali. loc. à Correl.* 20. Quicquid igitur statuitur in uno, statuitur quoque in altero, *arg. l. fin. C. de indict. viduit. toll. Auth. licet. ibiq; Godofr. C. de Natur. liberis.* Ratio
3 hujus successionis est facilis. Cum enim Parentibus à liberis non possit reddi æquivalens, propter innumera beneficia, & simul vitam ab iis post Deum habeant, ideò meritò Liberorum hereditas illis debetur, *arg. l.* 25. §. 11. *vers. quamvis. D. de Hæredit. petit.* juxta illud: Causa causæ est etiam causa causati, *l.* 9. *& ibi Castrens. D. ad L. Jul. de Adult.* Atqui Parentes sunt causa liberorum, & consequenter quoque causa acquisitionis bonorum. Ergò etiam bona, tanquam postremum causatum, ad suam primævam causam, h. e. Parentes, debent reverti. *Forster. de success. l.* 7. *c.* 1. *n.* 9. *& seqq.* ubi
4 plures rationes adfert. Obvenit autem Parentibus (sub generali appellatione ita dictis, *d. Nov.* 118. *c.* 2. *init. l.* 4. §. 2. *D. de in jus voc. l.* 10. §. 7. *D. de Gradib.*) Liberorum hereditas turbato mortalitatis ordine, *l.* 15. D. *de inoffic. testam.* ex ratione miserationis, *l.* 7. §. 1. *D. si tabb. testam. n. ext.* & in solatium liberorum amissorum, *arg. l.* 6. *pr. D. de J. Dot.* quatenus vel soli existunt, vel cum aliis concurrunt, sub-
5 latâ quoad sexum differentiâ, *Auth. Defuncto. C. ad SCt. Tertullian.*

Jullian.d. Nov.118.*c.*2.quia Agnationum & Cognationum Jura hodiè sunt exæquata, secus quàm J. Veteri. §. 3. *Inst. de SCt. Tert. l.* 2. §. 15. *D. eod. l.* 2. *C. eod. tit.* Justinianus enim respiciens 6 ad naturam, puerperium, periculum, & mortem, quam sæpe Matres ex hoc casu sustinent, iis esse subveniendum existimavit, §. 4. *Inst. d.t.* Et licet J. Sax. Mater excludatur, *text. in* LandR. L. 1. *art.* 17. usu tamen non observatur, *Constit. Elect.* 17. *p.*3. Succedunt igitur Ascendentes soli, juxta gradus prærogativam, ut propiores gradu excludant remotio- 7 res, v. gr. Pater præfertur Avo, in cujus est potestate, cessante Jure Repræsentationis, quod in lineâ Ascendentium non obtinet, *Angelus in dict.* §. 3. *& Dd. in d. Auth. defuncto.* est enim contra naturam, ut Pater in locum filii substituatur, eumque repræsentet, tanquam ab eo genitus, *vid. dict. Novella cum Auth.* Nec obst. quod inter Descendentes illud va- 8 leat: ast Relativorum est eadem J. dispositio. Ergò. Resp. 9 argumentum à naturâ correlativorum desumtum tunc procedere, quando inter relata militat eadem ratio, secundum *Salicet. in d. Auth. defuncto.* Limitatâ Majore neg. minor. quia hîc subest diversa: quod prob. per *l.*7. §. 1. *D. si tabb. testam. nullæ ext.* Exemplo res fit clarior: Finge, quod defunctæ sit 10 Pater, & Matre demortuâ, Avus Maternus & Avia Materna; vel contra, si defuncto sit Mater, & Patre demortuo, Avus & Aviâ Paterna; tunc illîc solus admittitur Pater, hîc verò sola Mater, exclusis Avo & Aviâ, gradu remotioribus; neq; illic in locū filiæ defunctæ succedunt Avus vel Avia, neq; hîc Avus vel Avia Paterna succedunt in locum filii sui præmortui. Fit autē successio æqualiter, h.e. in capita, juxta numerū perso- 11 narū, si ejusdem lineæ fuerint Parentes: nam, si diversæ lineæ, & disparis numeri, in stirpes potius sive in genera: e.gr. si Avus Paternus & Avus ac Avia Materna adfuerint, tantum ex hereditate capiet solus Avus Paternus, quantum Avus & A- 12

via

12 via Materna. Hinc illustris ac perdifficilis oritur quæstio: Si Pater & Mater, vel Avus Paternus & Maternus, defuncti
13 liberis in potestate constitutis succedant, an Pater vel Avus habeat usumfr. in portione Matris vel Avi Materni? Affirmativæ sententiæ, cui Juris adsistit Authoritas, subscribimus, per text. expr. *in l. ult. §. 1. vers. fin verò. C. ad SCt. Tertull. l. 3. C. de Bonis quæ liberis.* quia & aliàs regulariter successor non plus juris habere debet, quàm defunctus, cui succedit, *l. 59. de R. I.* & usufr. morte proprietarii non exstingvitur, sed usufructuarii, *§. 3. Instit. de usufructu. Schneidevv. Comm. Instit. tit. de Heredit. quæ ab Intest. rubr. de secund. ord. succed. n. 14. Facbin. L. 6. Contr. 6. Harprecht ad pr. Instit. d. t. n. 318. Vultej. ibid. n.*
14 *36. Valent. Riemer Disput. 8. q. 2. Timæus Faber Disp. 21. th. 8. lit. B. Barry de success. L. 18. tit. 2. n. 3.* opp. (1) quod mortuo filio,
15 cesset onus educationis & alimentationis, cujus nomine Pa-
16 ter usumfr. in his bonis sibi acquirit. Resp. Effectus hic est P. P. etiam post mortem filii legaliter durantis. opp. (2) at-
17 qui effectus sine causâ est nullus. Ergò & nulla hæc erit dicenda Patris acquisitio. Resp. Neque sola & unica ratio hu-
18 jus acquisitionis consistit in onere alimentationis, utpote aliàs filio à Patre naturaliter debitæ. opp. (3) Imò, Pater cum filio in defuncti fratris successione concurrens, nihil Juris habet, sed pleno jure eandem filii possident, *Nov. 118. cap. 2. vers. si verò. Auth. item hereditas. C. de Bonis quæ liberis.* Ergò
19 & Mater hoc nostro casu, quia non deterioris conditionis debet esse Mater, quàm Filius. Resp. Neg. conseq. sufficit enim, quod Mater juvetur in jure successionis, licet non in Jure prælationis, quoad usumfructum, quem singulariter LL. Patri deferunt. Et text. *Nov. alleg.* loquitur restrictivè,
20 *verb.* in hoc casu. qui extensivam interpretationem vix admittit. Sed Q. An in tali Ascendentium successione
21 attendatur bonorum, unde provenerint, differentia? Resp. Neg. (1) quia bona semel acquisita, amiserunt respectum pater-

Paternorum vel Maternorum bonorum, & facta sunt proprium ac consolidatum defuncti Patrimonium, *l.* 10. §. 2. *D. de vulg. & pupill. substit.* (2) facit generalitas text. in *Nov. all.* 118. *c.* 2. qui inter bona non distingvit: lege autem non distingvente, nec nostrum est distingvere, *arg. l.* 8. *D. de Publician. in rem act.* Ita sentit *Bl. in Auth. Defuncto. C. ad SCt.* Tertull. 4
Vasq. L. 2. *de success///. resol.* §. 13. *n.* 11. *Forster. de success. L.* 7. *c.* 4. *n.* 12. *Hilliger. ad Donell. L.* 9. *c.* 3. *lit.* D. *Fachin. L.* 6. *controv.* 4. *Harprecht ad pr. Instit. de Heredit. quæ ab Int. n.* 372. *Hænon. Disputat.* 12. *th.* 7. *Barry d. tit.* 2. *n.* 6. *Rittershus. ad Novell. p.* 7. *c.* 7. *n.* 6. *Bachov. Vol.* 2. *Disp.* 16. *lit. C. Hunn. L.* 3. *Resolut. tr.* 1. *q.* 31. *Covarruv. de success. ab intest. n.* 3. *Petr. Barbosa ad l.* 40. *n.* 67. *D. solut. Matrim. Casp. Schiford. L.* 1. *tr.* 14. *q.* 3. *seqq.* & plures alii. Dissentit *Br. in Auth. Itaq; C. Commun. de successiõn.* quem 5
sequitur *Paulus de Castro in l.* 3. *C. de Bonis quæ liber. & Auth. post Fratres. C. de Legit. Hered. Angel. in* §. 3. *Inst. de SCt. Tertyll. Imola in d. l.* 40. *D. solut. Matrim. Hunn. & allegg.* L. 4. *t.* 12. *n.* 9. novissimè *B. Carpzov. P.* 3. *constit.* 14. *definit.* 2. *Dn. Richter Tr. de success. ab int. sect.* 3. *m.* 1. *n.* 10. pro quibus nihil facit §. 1. *vers.* 6
sancitum. Instit. per quas pers. nob. acquir. l. 3. *C. de Bonis quæ liber. l. ult. C. comm. de success. l.* 13. §. 2. *C. de Legitim. Hered.* uti probat *B. Ungep. Exerc. Just. IX. q.* 8. *in Nego.* Neque etiam Jure 7
Sax. differentia bonorum attenditur, sed Parentes inter se æqualiter succedunt, quemadmodũ ita Scabinos Lipsienses respondisse, tradit *Coler. Decis.* 47. *n.* 5. *add. Constit. Elect.* 14. *part.* 3. *B. Carpz part.* 3. *Constit.* 17. *defin.* 2. *Dn. Richter d. Tr. sect.* 2. *membr.* 1. *n.* 11.

Th. 30. Cum Ascendentibus J. Civ. concurrunt 1
Collaterales, hoc est, Fratres & sorores utrinque defuncto conjuncti conjunctæve, qui quæve in Capita succedunt, exclusis fratribus ex uno tantùm latere agnatis, *Schneiderv. d. l. n.* 30. *Fachin. L.* 6. *Contr.* 8. *Forster. L.* 7. *c.* 8. *n.* 1. *Covarruv. Epit. de success. ab intest. n.* 5. *Bocer. p.* 1. *cl.* 3. *Disp.* 10. *th.* 26.

& DD. communiter: quia non linea aut gradus, sed proximitas sanguinis & duplicitas vinculi hîc venit observanda, *vid. d. Nov.* 118. *c.* 2. *vit.* adeò, ut ne quidem consanguineus frater
2 cum Patre, aut uterinus cum Matre admittatur, *arg. d. Nov. & Avth. Defuncto. C. ad SCt. Tertull.* ubi soli fratres utrinque conjuncti cum Parentibus vocantur. *Gloss. in l.* 1. §. 1. *verb. potiorem. D. de Jur. & Facti ignor. Bl. in d. Avth. defuncto. Forster. d. loc. B. Carpzov. d. p.* 3. *constit.* 17. *defin.* 5. *Barry d. L.* 18. *tit.* 2. *n.* 2. *Sande* Decis. Frisic. *L.* 4. *tit.* 18. *defin.* 4. *Dn. Richter sect.* 2.
3 *membr.* 1. *n.* 21. quamvis aliud visum *Paul. de Castr. ad d. Avth. Defuncto.* quem consulendo secutus est *Hieron. Schurff. Cent.*
4 1. *consil.* 5. *& Cent.* 3. *consil.* 91. *Böer. Decis.* 185. *n.* 4. Non obst. *l.* 7. *C. ad SCt. Tertull.* quia est per *d.* Nov. 118. *c.* 2. correcta, veluti ostendit Avthentica, quæ huic legi est subjuncta. Ampl. ut etiam in capita fiat successio, quando Ascendentes diversarum linearum, quarum altera plures continet personas, (v. g. tùm Avus Paternus & Maternus, tùm Avia Materna) cum Fratribus concurrunt, *dict.* Novell. 118. *c.* 2. *vers. si verò. ibi: ut & Ascendentium & Fratrum singuli, æqualem habeant portionem.*
5 Dissentientibus resp. *Dn. Struve Exerc.* XXXVIII.
6 *th.* 28. *circa fin.* Hæc obtinent de J. Civili. Contrarium statuit Jus Saxon. dum solos Ascendentes admittit, & Colla-
7 terales excludit, Landrecht *L.* 1. *art.* 17. Et quamvis verba *d. art.* 17. tantùm de Patre & Matre sint concepta; idem tamen, ut de ulterioribus Ascendentibus statuamus, suadet (1) ratio ibidem subjecta, daß das Erbe nicht aus dem Busem gehe. Et (2) nomen Patris, quo in favorabilibus Avus quoque demonstratur, *l.* 201. *de V. S.* Idemque (3) ex communi Fori observantiâ, & longâ consuetudine confirmatur, *vid. Coler. dict. decis.* 47. *n.* 3. *seqq.* ubi ita quotidiè pronunciari tradit. *add. sententia Scabin. Lips. post* Weichbild. *sub tit.* Groß-Eltern sind näher Erbe zu nehmen/ denn Schwester oder
8 Brüder. Præterea Jure Repræsentationis in stirpes concurrunt

currunt cum Parentibus fratrum germanorum filii, *Nov.*
127. *c.* 1. per quam correcta est *Nov.* 118. *c.* 2. etiamsi omni- 9
bus fratribus præmortuis, horum filii soli extent, *Forster. d.*
L. 7. *c.* 7. *Gudelin. de J. Novisf.* L. 2. *c.* 14. *Ritterseb. ad Novell. p.* 7.
c. 10. *n.* 9. quamdiu enim durat Repræsentatio, tamdiu filii
portionem Patris accipiunt. Atqui inter Descendentes vel
in infinitum extenditur hoc Jus. Ergò. Dissentit cum *Cuja-*
cio ad Nov. 118. *Bernh. Sucholt Diss.* 11. *aph.* 66. *Barry d. n.* 2. *cir-* 10
ca fin. Zæs. tit. ad SCt. Tertull. n. 29. *seq.* qui putant, eos exclu-
di ab Ascendentibus, quia non extantibus fratribus non ad-
est medium s. media persona, per quam fratrum filii pos-
sint unà cum Ascendentibus succedere. Resp. committitur 11
hîc petitio principii. Neque enim Jus succedendi h. l. de-
pendet ex concursu fratrum vivorum & Liberorum ex fra-
tre natorum, sed ex productione s. extensione Juris Repræ-
sentationis, ex lineâ Descendentium ad collaterales, quoad
solos fratrum Liberos. *Dn. Struve Resolut. ad d. Ex. XXXVIII.*
th. 29. Idem asserimus de Liberis sororis & fratris utrinque 12
conjuncti præmortui; nam & hi cum Ascendentibus &
fratribus ipsius defuncti ad successionem Patrui admittun-
tur, in portione, quam ipsorum Pater fuisset habiturus, si
vixisset, *arg. d. text.* Ultra fratrum sororumve filios verò Re- 13
præsentatio non habet locum, *Avth. post Fratres. C. de Legit.*
Hered. cum in materiâ exorbitante, filiorum appellatione
Nepotes non contineantur, *arg.* §. *ult. Inst. qui testam. Tut. d.*
p. Forster. *d.* L. 7. *c.* 6. *n.* 3. *Schneidevv. d. l. n.* 31. *Rittersebus. dict.*
cap. 10. *n.* 11. nec duplicitas Vinculi, *juxta eund. Rittersebus.*
d. p. 7. *c.* 13. *n.* 16.

Th. 31. Jam ad Collaterales. Hîc primò vocantur 1
Fratres & Sorores utrinque conjuncti, exclusis omnibus a-
liis Collateralibus & Fratribus ex uno latere tantùm con-
junctis, etiam consanguineis, qui olim cum iis validè admit-
tebantur in *l.* 1. *C. de legit. hered. vid. Avth. Cessante, & Avth.*

post Fratres. C. eod. tit. Avth. itaq. C. commun. de success. Nov. 118.
2 *c. 3. init. Nov. 127. c. 1. vers. hoc verò.* Quamvis enim gradu pares sint, virtus tamen unita validior, & duo vincula fortius ligant, quàm unum, *arg. §. 2. Inst. de Adopt. l. 10. pr. vers. si verò. C. eod. l. 41. ibiq; Gloss. D. d. t. Harprecht pr. Inst. de Heredit. quæ ab Int. n. 349. Forster. L. 8. c. 1. Covarruv. Epitom. de success. ab Int. n.* 9. *Donell.* L. 9. *c.* 4. *& ibi Hilliger. lit. B.* Idq;
3 etiam in statuto, excludente Fœminas extantibus Masculis & Agnatis, procedere putamus. Nam quamvis consanguineus non minus sit agnatus, quàm frater utrinque conjunctus: tamen quia hic illi J. communi præfertur, & hoc casu eum præferri, dicendum est, cum statuta ita sint interpretanda, ut quàm minimùm à J. communi recedant, *arg. l. 35. pr. C. de inoffic. testam. & l. 2. C. de Noxal. act. Borcholt. de Gradib. p. 227. Forster. d. L. 8. c. 4 n. 3. & cap. 17. ejusd. Libr.* Idem disponitur
4 de J. Saxon. per text. expr. in Landr. *L. 2. art. 20.* maximè, cum de hoc jure ex uno latere tantũ in remotiorẽ à germano gradum transeat, juxta LandR. *L. 1. art. 3. circa med. vers.* ist aber einige Zweigung unter ihnen / so mögen sie an einem Glied nicht stehen / sondern schreiten fort / biß in ein ander ferner Glied. & per conseq. in tertio gradu Defuncto con-
5 jungitur, secundum Interpp. Jur. Saxon. commun. Atque ita quotidiè pronunciari, patet *ex sententiâ post* Weichbild *fol. 134. sub tit.* wie Brüder von halber Geburt Erbe nehmen / *It. sentent. post* LandR. *fol.* 536. *seq. sub tit.* von succes-
6 sion auff Erbgüter. §. deßgleichen wenn ein Mann. Nec distinguitur amplius inter fratres & sorores, quia differentia sexus etiam in hoc ordine succedendi est sublata, *d. Avth.*
7 *Cessante. in fin. C. de Legit. Hered.* Quod est verum in successione bonorum allodialium, non autem feudalium, ubi fœminæ & per fœmininum sexum conjuncti, regulariter à feudi successione removentur, per ea, quæ *supr. circa success.*
8 *Descend. sive Liberor.* probavimus. Unde licet appellatione fratris,

fratris, contineatur quoque soror, *l. 35. D. de pact.* tamen hoc verum est in casibus, ubi non consideratur sola agnatio & familiarum conservatio, ut in feudis; item nisi præcesserit alicujus Masculi singularis expressio: tunc enim sec. subjectam materiam, appellatione fratris soror non comprehenditur, veluti notatur in 9 *d. l. 35.* Ergò, stante Agnationis jure, frater consanguineus, putà ex lineâ Paternâ conjunctus, unà cum germano æqualiter in feudo admittitur, secundum F F. commun. in *cap. un. II. FF. 11. vers. his verò. & cap. unic. II. FF. 45.* nec vinculum ex parte Matris attenditur; quæ ratio est, cur uterinus excludatur. Atque ita in supremo Cameræ Imperialis Judicio de- 10 cisum fuisse, attestatur *Gail. L. 2. obs. 251. n. 1. init.* sicque in Scabinatibus quotidiè pronunciari, tradit *Ambros. Schurerus de Heredit. quæ ab Intest. defer. tit. 13. de special. in transvers. success. special. 12. conf. Bl. in l. 1. C de Legit. hered. & in consil. 304. n. 3. Vol. 2. incip. Donatio.* ubi communem dicit. *Tiraquell. de Retractu Lignag. §. 14. n. 20. Jacob de S. Georgio in verb. præsentes & recipientes. n. 11. Alvarott. in d. cap. un. II. F. F. 11. §. his verò. n. 3. Alexander consil. 9. Vol. 5. n. 4. incip. ponderatis his. Molin. ibid.* qui plures ad hoc allegat. *Curt. tr. feud. in 2. part. tert. part. pr. q. 6. n. 56. Ferrar. in form. libell. quo agitur ad revoc. feudi. verb. nec superstitibus. n.* 10. Cum quibus concordat *Jus Saxon.* Lehenrecht 11 *L. 2. art. 20.* Idem obtinet de hoc jure etiam in pecuniâ pro occiso solvendâ, Manngeld/ & rebus expeditoriis, im Heergewette/ in quibus similiter germanus consanguineum non excludit, ob eandem quæ in feudis militat rationem. *Daniel. Moller. L. 2. semestr. c. 5. Matth. Coler. de Process. Execut. p. 1. c. 3. vers. porrò majus dubium.* ubi ita Jenæ Christophoro Langeln in Ober-Tröbra *M. Febr. ann.* 1585. pronunciatum tradit. Quemadmodum è converso in Geradâ s. utensili- 12

 bus,

bus, in quibus sola cognatio (nullâ agnationis vel pluralitatis vinculorum habitâ ratione) attenditur, germana uterinam non excludit. *Moller. d. c. 5. verf. hinc in simili.* Imò, nec
13 ipsi Fratres ad successionem cujusvis feudi, sed solius paterni s. antiqui admittuntur, *dict. cap. un. II.* FF. 11. *d. cap. un. II.* FF. 45. *cap. un. II.* FF. 50. non etiam novi, *cap. un.* §. 2. *I.* FF. 1. *cap. un. I. FF.* 8. *in fin. cap. un.* §. 2. *I. FF.* 14. *cap. un. I. FF.* 20. *cap. un. II.* FF. 12. quia feudum novum acquirens, sibi & suis heredibus, non etiam
14 fratribus & agnatis prospicere videtur, *cap. un. II FF.* 18. nisi nominatim in feudo constituendo dictum sit, ut uno fratre sine legitimo herede defuncto, alter succedat. *vid. dict. cap. un.* §. 2. *in fin. I.* FF 1. *it. d. cap. un. I.* FF. 8. *in fin. it. d cap. un. I.* FF. 14. *in fin. it. d. cap. un. I.* FF. 20. *verb. nisi per investituram à Domino ordinatum fuerit. it. d. cap. un. II. FF.* 18. *in fin. verb. propter tenorem investiturae.* quæ, dummodò fuerit simultanea, ex omni feudo fit inter Collaterales J. Saxon. successio, *per text.* Lehnrecht *cap.* 32. adeoq; non J. Defuncti, sed vi simultaneæ Investituræ, nicht aus Krafft angebohrner Sippschafft / sondern al-
15 lein aus macht des Gedings und gesambter Lehen. Et ita quotidiè, teste Schurero, pronunciatur. *Add. sententia post* Weichbild *fol.* 111. *sub tit.* nach vermöge der Belehnung und des Lehenbriefes / und nicht nach der Sippschafft verfallen sich die Lehengüter. *it.* Torg. ausschreiben §. dieweil in solchen Zweifel. *verf.* zu dem / vermög Landüblichen Sächs. Rechtes / unter den Agnaten und Schwertungen seithalben in den Lehngüttern keine andere succession oder Lehns folge ist / dann was man durch die sämmtliche Belehnung und gesammter Hand überkömmet. &c. *jung. gl. lat. ad text. germ.* LandR. *L.* 1. *art.* 10. *lit. A. post pr. verf. quod scias divers. obtinere in feudo. Schneidevv. in Epit. feud. p.* 6. *c.* 4. *n.* 8. *in*

in fin. & n. 23. Wesenbec. de feud. c. 6. n. 16. Dn. Struve S. J. F. c. IX. aphor. 15.

Th. 32. Atque sh. m. Fratres utrinque conjuncti, si soli 1
existunt, æqualiter in capita succedunt, nullâ bonorum distinctione habitâ, sive Paterna sive Materna fuerint, per generalitatem text. in *Auth. itaq. C. commun. de success.* Quod si 2
verò cum his concurrant fratrum prædefunctorum Liberi, in stirpes fit successio, *Auth. cessante. C. de Legitim. Hered. Nov. 118. c. 3. circa init. vers. si autem. Nov. 127. c. 1.* repræsentans enim gaudet jure repræsentati, *arg. l. 57. D. de manum. testam.* & surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *arg. §. 29. Inst. de Act. l. 10. §. 2. D. si quis cautionibus &c. add. l. 59. de R. J. l. 2. vers. nam heres. D. ad SCt. Trebell.* Quod 3
verum est de Liberis primi gradus, non ulterioris, *Auth. post fratres. voc. filios. C. d. t. de legit. hered. d. Nov. 118. c. 3. vers. hujusmodi.* quia privilegium personale ad alios non venit extendendum, *arg. l. 14. D. de LL.* Et quoniam in feu- 4
dorum placitis contrarium non reperitur decisum, ideò J. Civilis dispositioni esse standum, suadet *cap. un. II. FF. 11. vers. his verò deficientibus. it. cap. un. I. FF. 14. §. 1. Rosenthal. cap. 7. Conclus. 56. n. 8. Borcholt 7. de Feud. n. 81. Vultej. 1. FF. n. 109. Bocer. P. 2. class. 4. disp. 18. th. 27. lit. A.* idque indistinctè, 5
sive feudum fuerit hereditarium, sive ex pacto & providentiâ, sive mixtum, *Vultej. Rosenthal. Bocer. dict. locis. Harprecht pr. Inst. de Heredit. quæ ab intest. defer. n. 354.* Nec discrepat Jus 6
Feudale Saxon. secundum Interpp. Jur. Saxon. in Lehnrecht *cap. 32. ante med.* qui text. si rectè inspiciatur, licet solùm de filio obtinente portionem, quam Pater defunctus cum fratre communem habuit, (id quod cum J. repræsentationis, de quo nobis hîc sermo est, nihil commune habet) loquatur; multis tamen retro annis ad hunc casum nostrum est accommodatus, & communi usu, à quo facilè recedendum non est, confirmatus. *vid. Gloss. LehnR. d. cap. 32. lit. G. super*

per verb. so tritt sein Sohn. *add. Coler. P. 1. decis. 48. n. 4. Hartm.*
7 *Pistor. L. 2. q. 23. n. 4.* Et ita quoque in Dicasterio Wittebergensi *ann. 1566. d. 1. Maij* ad consultationem Friedrich von Nostitz responsum fuit. Et extat *sententia Scabin. Lips. post* LandR. *fol. 536. sub tit.* von theilung der Brüder und
8 Mitgifft der Schwestern aus dem Lehen. §. weiter. Quam pronunciandi consuetudinem etiam approbavit Serenisſ. Elector Sax. *in Novellis suis P. 3. constit. 29.* ubi ampliat illam procedere, quamvis in literis Investituræ clausula: nach der Sippzahl: h. e. secundum gradus prærogativam, addita fuerit. *Moller. ad dict. Constit. 29. n. 2. seq. H. Pistor. d. L. 2. q. 23. n. 9. in fin. ubi n. 12. sub fin.* secundum hanc Constitutionem etiam extra Electoratum Sax. in locis Jus Sax. utentibus,
9 tam responsum quam judicatum esse subjicit. Hanc sententiam etiam Wittebergenses secuti sunt in responso *M. Nov. ann.* 1591. *& M. Decembr. ann.* 1594. dato, quemadmodum etiam ita Judices Supremæ Curiæ Ducum Saxon. nec non Scabinos Lipſ. pronunciasse tradit *Fachsius differ. Jur.*
10 *29. vers. limitant tamen.* Sane in allodialibus diversum plane Jus Sax. statuit, ex cujus dispositione Jus Repræsentationis in lineâ Collaterali non attenditur, sed qui proximior est gradu, remotiorem excludit, adeoque fratres excludunt fratrum liberos, per regulam: ie näher dem Sipp/ ie näher dem Erbe. *vid.* LandR. L. 1. *art. 3. sub fin. & L. 1. art. 17. ibi:* wann sich ein Erbe. *it. L. 2. art. 10. add. Dn. Richter Tr. de success. ab intest. sect. 3. membr. 1. n. 9. seqq. B. Dn. Carpzov.*
11 *P. 3. Constit. 18. defin. 2.* Non obst. Regim. Ordn. zu Nürnberg *de ann.* 1521. juxta quam contrariæ consuetudines at-
12 que Jura videntur esse sublata. Resp. abrogari istâ lege Imperii tantùm speciales consuetudines, non verò isthoc generaliter in provinciis Electoris & Principum Saxoniæ obtinens Jus; præsertim, cum tradant, Electorem ac Duces Sax. contra illam Constitutionem Jus sibi proprium in Comitiis

tunc

temporis reservasse, | verba sunt *Dn. Struvii in Discurs. ad Exerc. XXXVIII. th.* 32. *in fin.* Quid si autem Fratrum aut 13
Sororum liberi SOLI extent, controversum est, quomodo succedant? Resp. in capita, *arg. dict. Nov.* 118. *c.* 3. *verf. sed* 14
& ipsis. unde colligo: Si TUNC demùm fratris liberis beneficium hoc confertur, quando cum propriis judicantur thiis, sequitur, quod diversum sit, quando cum aliorum fratrum liberis pari gradu concurrunt. Atqui verum est prius. Ergò & posterius. Majoris conseq. prob. quia particula: TUNC: ut *Zasius* 1. *Resp. singul.* 7. ait, omnes alios casus excludit. Minor patet ex *d. cap.* 3. *vers. Hujusmodi.* ubi Imp. primò proponit regulam: hujusmodi Privilegium solis se conferre fratrum Liberis; deinde explicationem regulæ facit: sed & tunc ipsis fratrum liberis illud conferre, quando cum propriis thiis, & quidem solis concurrunt, non verò, ubi insuper adsunt Ascendentes ipsius defuncti, h. e. Patrui, utpote quos excludunt, *Auth. cessante. cum seq. C. de Legit. hered.* adeoque jure proprio succedunt, uti probat *Dn. Struve d. Ex. th.* 33. *it. Synt. Jur.* Feud. *cap. IX. aphor.* 6. *vers. Illud verò controversum.* ubi idem de successione feudali esse dicendum probat. At J. Sax. communi etiam hoc casu cum
filiis fratrum succedunt Patrui, & similes personæ, ob paritatem gradûs, per text. LandR. *L.* 1. *art.* 17. *vers.* wenn 15
sich ein Erbe verschwestert. *Colerus d. P.* 1. *decis.* 48. *n.* 11. *Dn. Richter d. sect.* 3. *m.* 1. *n.* 71. licet aliud statutum in *Constit. Elect.*
P. 3. *constit.* 18. Et ita præfatam quæstionem Magistralem 16
contra *Accursium in d. Auth. cessante. C. de Legit. hered.* decidit *Azo in summa Cod. d. t. de Leg. her.* pro quo facit *R. I. de ann.* 1529. *sub rubr.* Käyserl. Constitution und Satzung / wie Brüder oder Schwester Kinder / ihres Vaters Bruders oder Schwester verlassene Erbschafft unter sich theilen sollen. §. item als bisher. *ibi*: in die Häupter und nicht in die Stämme. eandemque sententiam, utpote veriorem &

Mm æqui-

æquitati convenientiorem, rejectis Diff. fundamentis benè defendit *B. Ungep. Exercit. Justin. IX. q. 7. in Ajo.*

1 Th. 33. Non existentibus Collateralibus utrinq; conjunctis, vel horum liberis, tunc vocantur Unilaterales, eorumque filii, *d. Nov.* 118. *c.* 3. *circa init. vers. his autem. Avth. post Fratres autem. C. de Legit. hered.* Consanguinei quidem ad bona Paterna, Uterini ad bona Materna; reliquis bonis aliunde per defunctum quæsitis æqualiter divisis, *l.* 13. §. 2. *vers. exceptis Maternis rebus. C. d. t.* cui Novellæ nusquam derogant, sed potius concordant. *vid. Nov.* 84. *c.* 1. *ibiq. Gloss. & Cujacius.* Dd. *in Avth. itaq. C. commun. de success. Perez. in dict. tit. C. de Legitim. hered. n.* 4. *B. Carpzov. P.* 3. *Constit.* 14. *defin.* 3.
2 Dissentit *Suthols Dissert.* 11. *apohr.* 73. per *dict. Nov.* 118. *cap.* 3. ubi nullius differentiæ bonorum fit mentio. Resp. Novella ista tantùm ordinem succedentium exponit; non verò tollit neque verbis neque per necessariam consequentiam antehâc in *d. l.* 13. constitutam bonorum distinctionem. Ast
3 J. Saxon. frater ab uno latere conjunctus gradu est remotior, quàm ab utroque conjunctus, LandR. *L.* 2. *art.* 20. *sub fin.* adeoque unà cum fratrum liberis utrinque conjunctis REGULARITER succedit, *H. Pistor. L.* 2. *q.* 43. *n.* 131. *Virgil. Pingizer Qq. Saxon.* 22. *n.* 15. *seqq. Dn.* Richter *dict. sect.* 3. *memb.* 1. *n.* 5. *&* 65. Dico: REGULARITER: fallentias tradit Schultz *Syn. Instit. tit. de Heredit. quæ ab Intest. rubr. de tertio ordin. succed. lit. E.*
4 *p. m.* 244. Nec attenditur bonorum differentiâ; quippe cum de hoc jure sola proximitas & prærogativa graduum consideretur, per text. LandR. *L.* 1. *art.* 3. Unde regula: alle die sich zu der Sipp ziehen mögen an gleicher statt/ die nehmen das Erbe gleich. quæ sententia novissimè comprobata est ab Illustrisſ. Elect. Saxon. Augusto *P.* 3. *Constit.* 14.
5 *ubi B. Carpzov. defin.* 4. *&* Daniel Moller. *n.* 2. *seqq.* Hinc consequens est, ut si forte præmortuus frater, cujus filii vivunt, per utramque partem nunc defunctæ personæ jungebatur;

super-

superstites autem fratres per Patrem solùm forsan aut Matrem ei jungebantur: præponantur istius filii propriis thiis, licet in tertio sint gradu, sicut eorum Parens præponeretur, si viveret. Et ex diverso, siquidem superstes frater ex utroque parente conjungitur defuncto, præmortuus autem per unum parentem jungebatur, hujus filios ab hereditate excludimus; sicut ipse, si viveret, ab hereditate excludebatur. *d. Nov.* 118, *cap.* 3. *dict. Avth. post fratres autem. vers. hi autem. junct. glosf. in verb. similibus. C. de Legit. hered. confer. Coler. P.* 1. *decis.* 49. *n.* 21. *Dn. Richter dict. sect.* 3. *m.* 4. *n.* 20. In Foro Sax. hoc non videtur procedere, cum Jus Repræsentationis in Collateralibus non habeat locum. Unde, cum filius ex fratre & Patruus sint in pari gradu, videlicet tertio, pariter quoque ad hereditatem vocantur, pro ut Judices supremæ Curiæ Ducum Saxon. pronunciasse testatur *Schneidevv. Comm. Instit. tit. de Heredit. quæ ab Intest. rubr. de tertio ordine succed. n.* 19. quamvis Scabini Lips. diversum pronuncient, ac Patruo filios fratris præferant, Schultz *dict. loc. lit.* K. *vers. alii tamen contrarium probant.* 6 7

Th. 34. Denique omnes à latere Cognatos ad Hereditatem æqualiter vocamus, secundum uniuscujusque gradus prærogativam, ita ut viciniores gradu reliquis præponantur, *Nov. all.* 118. *c.* 3. *circa fin. vers. si verò. Avth. post. fratres fratrumq; filios. C. de Legit. hered.* Hinc Avunculo priori, utpote qui tertio est gradu, quàm Consobrino, qui quartum gradum occupat, defertur intestati successio, *l.* 6. *C. comm. de success.* Ita, si defuncto sit Patruelis utrinque conjunctus, & alius Patruelis per Avum solum conjunctus, tunc Patrueles illi duo succedunt æqualiter, non obstante vinculi duplicitate, quæ attenditur duntaxat eo in casu, quo de fratris aut Patrui hereditate agitur; sola namque cognatio in talibus spectatur, *juxta dict. Avth.* Idem obtinet, si defunctus relinquat Patruelem ex Patruo suo utrinque conjuncto, & Patruum per Avum tantùm conjunctum; tunc Patruus ille, ut 1 2 3 4

 gradu

gradu proximior, Patrueli præfertur, *arg. d. Nov. & Avth.* Secus est de J. Sax. uti suadet text. in **LandR**. *L.* 2. *art.* 20. & regula inde desumta: **der halbe Bruder tritt in ein Glied weiter dann der vollbürtige Bruder.** quæ non solùm de Collateralibus primi gradus, sed etiam ulterioris venit interpretanda, quemadmodum in foro Sax. h. m. observari & pronunciari contendit *Fachs. different. Jur. Civ. & Saxon.*
6 *differ.* 26. Et quidem sublatâ hodiè sexus differentiâ ad Cognatos in infinitum extenditur successio, *arg. dict. Nov. c.* 3. *in fin. verb. omnes. & dict. Avth.* quod de Agnatis, etiam de J. Vet. rectè statuitur, *per expr. text. l.* 2. §. 1. *D. de suis & legit.*
7 *hered.* Verùm, ad *d. l.* solet dupliciter responderi. Primò, dictionem hanc: in infinitum: esse restrictam ad decimum gradum, qui finem successioni Collaterali imponit, §. *ult.*
8 *Inst. de success. Cognat.* Quæ responsio admitti non potest, quia Imp. in *dict.* §. *fin.* non loquitur restrictivè, sed ampliativè, ut ostendit vocula: etsi: quæ est ampliativa, *Jacob. Menoch. L.* 2. *de Arbitr. Judic. Qq. cent.* 4. *casu* 319. *n.* 23. & ideò facit mentionem decimi gradus, quia plerumque in hoc gradu memoria Agnatorum deficit: interim, si darentur Agnati ultra decimum gradum, omnes in infinitum succederent.
9 Sed *reger. Dissent.* Atqui in *d.* §. *ult. vers. proximitatis verò nomine &c.* sextus gradus in Cognatis est determinatus. Ergò etiam in Agnatis, decimus gradus erit succedendi ter-
10 minus. Resp. Neg. conseq. Imp. enim, quando agit de successione Agnatorum non utitur verbis restrictivis: iis solis: item: usque ad decimum gradum: quibus utitur *in dict. vers. proximitatis.* quo tractat de successione cognato-
11 rum. Deinde resp. solet, in *d. l.* 2. §. 1. velle tantùm Ulpianum, quod Agnati dicantur in infinitum; non verò, quod
12 in infinitum etiam succedant, quæ duo sunt diversa. Quam responsionem evertit *t. t. Dig. de suis & legit. hered.* in quo tractatur

ctatur de successione. Huic dispositioni Juris Civ. adsistit 13
Saxonum observantia, uti probat *sententia Scabin. Lips. post* Landrecht *fol.* 537. *sub tit.* von succession auff Erbgüter. §. wenn auch gar kein Verwander sich zu dem Erbe befinde. Non obstat *text.* in LandR. L. 1. *art.* 3. *ibi:* die Sipp endet 14
sich am siebenden Glied. Resp. 1. quod iste articulus de con- 15
suetudine non observetur, maximè 2. cum *in eodem libr. art.* 19. contrarium expressè reperiatur decisum. *add. Schneidevv. d. l. n.* 39. Ampl. ut etiam in bonorum feudalium successione 16
de J. communi idem procedat, *per text. in cap. un. vers. his verò deficientibus. verb. deinde agnati ulteriores. II. FF. II. Schneidevv. d. l. ibiq; VVesenbec. in Not. lit. O. Harprecht ad pr. Instit. de Heredit. quæ ab Int. defer. n.* 415. *Clar.* L. 4. *Sentent.* §. *feudum. q.* 79. *n.* 3. *Hartm. Pistor. L.* 2. *q.* 19. *n.* 26. *Fachin.* L. 7. *contr.* 27. *Rosenthal* L. 7. *conclus.* 56. *n.* 2. *Coppen L.* 1. *observ. Pract.* 169. *n.* 4. Non obst. *cap. un.* §. 4. *I. FF.* 1. *& cap. un.* §. 1. *in fin. I. FF.* 1. *& cap. un.* §. 1. *in fin. I. FF.* 8. Resp. hi text. per allgg. à no- 17
bis jura, tanquam posteriores LL. sunt correcti, *arg. l.* 14. *D. de LL. add. Vultej. L.* 1. *Feud.* 9. *n.* 105. ubi hanc sententiam generali Germaniæ consuetudine, & in Camerâ Imperiali esse receptam comprobat. Nec in diversum abit Jus Feu- 18
dale Saxonicum, præprimis, si literis Investituræ, ut hodiè plerumque fieri solet, adjecta sit clausula: nach rechter Sipp-Zahl. LehnR. *cap.* 33. quæ clausula operatur, ut successio secundum regulas Juris communis informetur, & proximior remotiori præferatur. *vid. Hartm. Pistor. L.* 2. *q.* 23. *B. Carpzov. P.* 3. *Constit.* 49. *defin.* 9. *&* 11. *Jacob. Alem. disc. feud. de J. simult. Invest.* Dn. *Struve S.I.F. c. IX, aphor.* 16. *vers. aliquando.* ubi responsis aliquot Inclutæ Facult. Jurid. Jenens. hanc rem confirmat & illustrat.

Th. 35. Hactenus bonorum communio, quæ obvenit 1
Liberis, sive ex testamento, sive ab intestato; cui communis est hereditatis divisio. Ratio desumenda ex *l.* 17. §. 6. *ibi:*

ibi: propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem. D. de recept. qui arbitr. receper. &c. jung. l. 77. §. 20. in fin. de Legat. 2.
3 *l. ult. C. comm. divid.* Dividitur hereditas mox privatim, quando ipse Pater inter filios bona dividit, & onera æris alieni pro modo possessionum distribuit: non enim videtur simplex donatio, sed potius supremi judicii divisio, *l. 20. §. 3. l. 32. l. 33 l. 39. D. Fam. Ercisc. add. l. 10. l. 21. l. ult. C. eod. tit.*
4 Et potest Pater inæqualem facere divisionem, & unum ex heredibus ære alieno gravare, *d. l. 20. §. 5. d. l. 39. §. ult.* vel alteri certam rem prælegare, *l. 21. §. 1. D. d. t. l. 18. pr. C. eod.*
5 quam sententiam etiam Judex sequi debet *d. l. 21. §. 1. l. 7. C. eod.* quia voluntas Testatoris pro lege habetur, *Nov. 22. c. 2. init.* & tanquam Regina ultimas voluntates regit, *l. 19. pr. D. de*
6 *condit. & demonstr.* dummodò in Legitimâ non defraudentur, *arg. l. 7. pr. D. de bonis damnat. l. 36. §. 2. verb. debito naturali.*
7 *C. de inoffic. testam.* Hîc quæritur: an Pater possit in testamento uni filiorum totum feudum prælegare? vel, an possit uni ex filiis in feudo plus assignare, quàm alteri, v. g. ut
8 unus habeat duas partes, alius verò tertiam? Regul. negat. *per text. in cap. un. §. 1. in fin. I.* FF. 1. quia nulla ordinatio defuncti in feudo manet aut valet, *cap. un. pr. I.* FF. 8. cum sit res aliena, de quâ non valet in præjudicium Domini & Agnatorum alienatio, *II.* FF. 9. *II.* FF. 52. *& II.* FF. 55. adde, quod ipsa Lex filiis ex æquo semper succurrat, quæ vix dispositionem in contrarium admittit, *arg. l. 25. §. 2. in fin. D.*
9 *ad SCt. Trebell.* Dico: regulariter: limitationes vide apud *Schneidevv. Comm. Instit. tit. de Action. §. 20. rubr. de act. fam.*
10 *Ercisc. n. 13. seqq.* Alia privata est divisio, quando fratres Arbitro etiam accepto, pietatis fungentes officio, communem hereditatem consensu dividunt, quam facilè revocari non oportet, *l. ult. D. Fam. Ercisc.* nisi ob læsionem ultra dimidi-
11 um ex *l. 2. C. de Rescind. vendit.* vel aliàs per fraudem & dolum inæqualiter & perperam sit facta, *l. 3. C. Comm. utr. Jud.* Fit au-

autem hæc divisio Jure Civ. per sortem, *l. 3. C. comm. de Legat.* quam sententiam esse communem, multis confirmat 12
Tiraquell. de J. Primogen. quæst. 60. per tot. ast de Consuetudine major heres partes facit, minor eligit, per *text. expr.* in 13
LandR. *L. 3. art. 29. sub fin.* ubi habetur: wo zween Mann ein Erbe nehmen sollen / da soll der älteste theilen / und der jüngste soll kiesen. Idem sentit Jus Canonicum, *cap. 1. X. de Parochiis & alienis Parochian, conf. Gail.* L. 2. *Obser.* 116. *n.* 14. *Mynsing. Cent. 4. Obs. 37. n. 4. Wesenb. in addit. ad Schneidew. d. loc. sub n. 39. lit. B. Fachsius differ. Jur. Civ. & Saxon. differ. 31. Reinhard. Rosa differ.* 14
42. *Schurff. Consil.* 71. idque non tantùm in divisione bonorũ allodialium, sed etiam feudaliũ obtinere verius est, *per Glos. ordin.* LehnR. *cap. 92. n. 5. vers.* wo ihr zween oder drey. An verò 15
ad duos tantùm heredes masculos præsens practica spectet, de eo hîc non anxiè disputo. *vid.* Schultz *Syn. Instit. tit. de Action. lit. N. ubi sub vers. in Electoratu tamen Saxonico* singulare planè Masculorum Jus adducit. Succedit nunc publica hereditatis divisio, quæ fit authoritate Arbitri sive Judicis, ob 16
quam datur actio Familiæ erciscundæ, *l. 1. D. Fam. Ercisc.* 17
Objectum hujus actionis exprimit *l. 8. & seqq. it. l. 19. l. 22. l. 29. D. eod. tit.* à quo ritè eximuntur sumtus, studiorum 18
gratiâ filio à PATRE subministrati, per famosam *l. 50. D. eod. l. 2. pr. l. 21. §. 2. D. ad Municipal. l. 3. §. ult. D. de Muner.* Ratio decidendi est, quia oneri collationis non subjacent, adeoque ad hoc Judicium non pertinent. Consequentia est 19
salva. Minorem prob. *arg. l. un. C. de pericul. success. Parent. Lib. X.* Et ita sentiunt Dd. communiter. *Wesenbec. in parat. rubr. de collat. n. 3. Speidel. in spec. Jurid. Histor. Polit. var. observ. verb.* Studenten. *Claudius Chiflet. JCtus Sequanus de substit. port. Legit. p. 185. Christoph. Besold.* Tr. *de J. Academ. c. 5. fol. 215. Lansius disc. de Academ. Copen. enucleat. Bl. ad Auth. ex testamento. C. de collat. n. 35. Schnobel Disput. ad P. XVIII th. 30. in fin. Dn. Strauch. Dissertat. ad Jus Justin. XI.* 20

aphor.

apor. 44. *Dn. Struve Exerc. ad Pand. XXXVII. th.* 29. *Gryphiander in Oeconom. Legal. L.* 2. *c.* 5. *Besold. Thes. pract. voc.* Studenten. *Zoes. ad Cod. tit. de Collat. q.* 8. *seqq. Vendelinus Schelling. de Action. & Except. p.* 20. *Arnoldus ab Hærsold de Action. sub act. Fam. Ercisc̄undæ. Dn. Bechmann. Tr. de Privileg. Studios. c.* 8. *n.* 46. *seqq. Masverius in Pr. for. p.* 144. *Flammius de Rubeis consil.* 10. *it. consil.* 14. *Honded. Vol.* 2. *p.* 4. *consult.* 57. *Paul. de monte Picho consil.* 33. *n.* 8. *Anton. Cioffi* Florentinus *ICtus consil.* 11. *n.* 21. *Lancellett. consil.* 18. *n.* 75. *Papon. in Decis. Rer. judic.* L. 21. *tit.* 7.
21 *arrest.* 6. *seqq.* Pro quibus pugnat (1) pietatis Paternæ præsumtio, *l.* 15. *C. de Negoc. gest.* quæ in dubio colligitur, *arg. l.* 56. *de R. I.* (2) *arg. l.* 5. *C. ad SCt. Macedon.* (3) facit *l.* 1. §. 15. *D. de Collation. junct. l.* 11. *D. de Castr. pecul.*

1 Th. 36. Et hoc quidem procedit, quando constat, Pa-
2 trem animo donandi misisse sumtus. In dubio autem ita dist. aut filius non habet aliqua bona propria, quæ obvenerunt ei à Matre vel aliunde; & tunc in dubio Pater pietate ductus, animo donandi videtur sumtus subministrasse, *l.* 50. *D. Fam. Ercisc.* aut filius habet bona propria, quæ administrat Pater; & tunc de bonis ipsius filii pecuniam suppeditasse præsumitur, *arg. l.* 34. *D. de Neg. gest. l. ult. D. de He-*
3 *redit. petit.* Idem est, si probatum fuerit, Patrem credendi animo dedisse sumtus; nam & tunc filius conferre tenetur
4 *d. l.* 50. sed unde probabitur? Sanè, non ex generali Ephimeridum assignatione, utpote, quæ per aliam longè fortiorem præsumtionem, dico, pietatem Paternam & favorem studiorum eliditur, *d. l.* 50. quemadmodum pronunciavit Facult. Jurid. Lipsiensis W. V. B. zu Z. *ann.* 1629. *d.* 16. *Martii.* daß des Vatern blosse Consignation und Verzeichnüß in sein Tagbüchlein zur gesuchten Collation in mangelung anderer nachrichtung und beweises/ nicht genungsam. V. R. W. *it. M. Maij eod. ann. & M. Nov. ann.* 1633. *in causâ* Gutbiers zu Weissensee; die jenigen Unkosten aber/ so

so auff euer studiren gewendet worden / möget ihr in gemeiner Erbschafft zu conferiren / beständiger weise nicht angehalten werden. V.R.W. *it. in causâ Caspari* Hoffmanns zu Bitterfeld / M. *Sept. ann.* 1636. N.O. (1) ratio naturalis, quod 5
durum quodammodò videatur, eos, quos natura æqualiter produxit, inæqualiter succedere; unde verisimile est, & Patrem eandem æqualitatem inter Liberos servare voluisse.
Resp. præsumtio hæc est, cui per contrariam Juris præsumtionem, scil. insignem studiorum favorem, derogatur. N.O. 6
(2) ratio Civilis, quæ illum casum prorsus rejicit, ubi alter de lucro captando, alter de damno vitando certat, *arg. l.* 14. *D. de condict. indeb. l.* 206. *de R.I.* Ast talis hic est. E. Minor prob. Filius enim sumtus studiorum lucratur cum cæterorum heredum damno & præjudicio. Resp. Neg. Minor. quia sum- 8
tus isti tempore collationis non amplius sunt in ejus patrimonio, sed consumti, licet occasione illorum doctior aut melior ex disciplinâ evaserit; quin potius tale lucrum cum Familiæ splendore, quem inde percipit, venit compensandum. Nec exemtio ista Collationis pro vero damno est 9
habenda; quia aliàs permissum est Parentibus, salvâ Liberorum Legitimâ, de bonis suis pro lubitu disponere, *arg. l.* 21. *C. Mandati.* Cum igitur hîc nihil de his, quæ jure ipsis debentur detrahatur, idcircò etiam nullum damnum reverà 10
incurrunt. Quid si verò Pater specialiter in pecu- 11
liari libello in hunc finem confecto, ut de expensis pro filio factis constare queat, consignaverit, an adhuc cessat sumtuum collatio? Affirm. quia & hæc præsumtio eâdem, quâ 12
prior, laborat debilitate, uti prolixè non minus, quam acutè contra *B. Carpzov. P.* 3. *C.* 11. *def.* 20. demonstrat *Dn. Richter Comm. Auth. Habita. C. ne Filius pro Patre. privileg.* 6. cum quo sentit Serenisf. Elector Sax. *decis.* 50. & inclutus JCtorum Wittebergensium Ordo in responso *de ann.* 1655. M. *Nov.* an Sempronii Wittbe und Erben: wenn gleich Sempronius /

die zum studiren auffgewendeten Unkosten mit Fleiß und sonderlich aufgezeichnet / dennoch aber und dieweil er nicht ausdrücklich dabey geschrieben und verordnet / daß sie solten in gemeine Theilung gebracht werden / so ist auch Se-
13 jus solche zu conferiren nicht schuldig. V. R. W. Ergò expressa Patris protestatio in scriptis facta h. l. est necessaria; quæ etiam ritè procedit: cum Pater ad Tò benè esse Liberorum ultra vires, vel in præjudicium liberorum reliquo-
14 rum nullatenus obligetur. Cæterùm, hæc quæ diximus, REGULARITER obtinent, nim. quod in dubio donandi animus in Patre præsumatur, quem penitus excludit improbum filii factum Paternæ intentioni contrarium, v. g. si pecunia à Patre studiorum causa transmissa, sit à filio malè consumta; tunc enim causa, propter quam fuit donata, non est subsecuta, juxta *Br. Jason. in Auth. quod locum. C. de Collat.* ubi Dos à Marito consumta, computatur in partem filiæ debitam, quando potest ei negligentia & culpa non exactæ dotis imputari. Ergò multò magis filio ista pecunia in suam partem imputabitur, qui eâ abusus est, & in pravos ac flagitiosos usus expendit; cum gravius sit delictum, quod faciendo committitur, quàm quod omittendo perpetratur, secund. *Jason. in dict. Auth. vid. arg. ex l. 13. §. 2. in fin. D. de usufr.* & per interpretationem *l. 44. D. ad L. Aquil.* quam benè assecutus est *Dn. Brunnemann ad §. 3. Inst. de*
15 *L. Aquil.* Ampliatur nostra assertio, ut idem valeat in sumtibus, qui ad consequendum Doctoræ, Licentiæ, Magisterii & Notariatus gradum filio dati sunt, per *l. 1. §. 16. D. de collat.* scil. propter onera dignitatis connexa, *dict. text. vid. Sucholt Dis-*
16 *sert. XI. corollar.* 8. Et hanc sententiam comprobant Scabini Lips. & Jenens. teste *Nicol. Reusner. L. 4. decis. 11. & Joh. Philipp.*

lipp. in Usu pract. L. 2. *Ecl.* 72. in causâ D. Laurentii Müllers zu Leipzig: habt ihr auff ernstliches anhalten und Befehl eures Vatern bey leben desselben / eure studia continuiret, und die insignia Doctoralia erlanget / Er euch auch über die jährliche Unkosten noch 100. Rthl. zugeschicket / so seyd ihr dieselbe in gemeine Theilung zu bringen nicht schuldig. V. R. W. Simile de sumtibus in peregrinatione utiliter fa- 17
ctis est ferendum judicium, cum ex peregrinatione æquè decus Filii ac Familiæ crescat, veluti pronunciatum in causâ M. Christophori Finckelthaus zu Leipzig *M. Octobr. ann.* 1581. Verba sententiæ: da euch nun auff euer peregrination in Franckreich 1100 fl. auffgangen / und von dem Vater durch Wechsel übermacht worden / so möchtet ihr solches Geld in gemeine Theilung zu bringen / oder euch abkürtzen zu lassen / nicht gedrungen werden V. R. W. *Conf. B. Carpzov. P. 3. Constit.* 11. *defin.* 18. sub ampl. etiamsi Pater fi- 18
lio peregrinis oris versante moriatur, sicut responsum in Camerâ Elect. Brandeb. *ann.* 1605. *vid. Arnold. Reyger in Thes. Jur. voc. filius. ibi:* Wenn ein Vater seinen Sohn studirens halber in frembde Länder geschicket / und unterdessen der Vater stirbet / alsdenn wird auch das jenige / was auff die Rückreise nach des Vaters tode gegangen / ex communi billich gezahlet. Nec aliud jus in libris, illorumque ex- 19
pensis ab Ascendente factis obtinet, licet adhuc extent, per ea quæ deducit *Dn. Georg. Adam Brunn. P. M. Tr. de Collat. Bonor. c.* 10. *n.* 107. *seqq. B. Carpzov. dict. P.* 3. *Constit.* 11. *defin.* 17. *n.* 2. *Dn. Richter ad dict. Auth. Habita. C. ne* Filius *pro Patre. privileg* 6. *n.* 8. & fusius exponit *Schneidew. Comm. Instit. de Action.* §. 20. *rubr. de act. Fam. Ercisc. n.* 48. *seqq.*

Th. 37. Cum eadem in MATRE præsumatur erga 1
Liberos pietas & affectio, *l.* 34. *D. de Neg. gest. l.* 11. *C. eod. tit. l.* 5. *c.* 4. *&* 14. *D. de agnosc. & alend. liber.* eadem quoque *d. l.* 50. *D. Fam. Ercisc.* locum habebit juris dispositio, *arg. l.* 108. *de V. O.* Et

 ita

2 ita pronunciatum in causâ Joh. Mohri zu Seidenberg M. Sept. ann. 1620. da nun erwehnte eure Mutter bey ihrem leben das jenige / was Sie in solchen vier Jahren euch ůber die 30. M. zu fortsetzung euer Studien zugeschicket / nicht aufgezeichnet / so wird nach gemeinen Wahn der Rechtsgelehrten dafür gehalten / daß sie es Jure pietatis und aus Mütterlicher freygebigkeit gethan / derowegen seyd ihr solches in die gemeine Mütterliche Erbschafft zu conferiren oder an euren Antheil euch abkürtzen zu lassen / nicht schuldig. V. R. W. *B. Carpzov. dict. P 3. C. 11. de-*
3 *fin. 17. jung Dn. Richter ad dict. Auth. Habita.* adeò, ut illi sumtus, quos Mater uni ex filiis de communi post mortem Patris subministravit, non sint conferendi, tradente *Berlich. & allgg.*
4 *in Decis. Pr. 8. n. 3.* Quin etsi FRATRES ad aliquod tempus de communi hereditate simul vivant, & fratri uni simpliciter sumtus in studia suppeditent, illi non erunt conferendi, *arg. l. 38. §. 1. D. de Donat. int. Vir. & uxor. Bl. in Auth. quod locum. C. de Collat. Berlich. dict. loc. n. 1. Dn. Richter ad dict. Au-*
5 *thent. privileg. 6.* Multo magis id procedit, si expensæ studiorum certum habeant tempus, & portio quædam à Patre filio studenti fuerit promissa: quo casu heredes id quod superest temporis, adimplere & continuare, promissamque portionem solvere tenentur, per *l. 20. §. 7. in fin. D. Fam.*
6 *Ercisc.* Non obst. *l. 3. §. 17. l. 15. D. de Muner. & Honor.* quia à diversis malè argumentamur. Quis enim non videt prærogativam studiorum, quæ in munere Decurionatus cessat? Cessante igitur legis ratione, meritò quoque cessat legis di-
7 spositio. Imò, cum Filio Decurioni sufficientes facultates Pater reliquerit, *d. l. opp. 15. in fin.* quid opus communi heredum onere? ast nostro casu filium apprimè juvat, quod tanquam socii omnium bonorum bona Patris indivisa retineant, ubi omnia lucra communicant, adeoque & studiorum impensam utrinque imputant, juxta *l. 73. §. 1.*

D. pro

D. pro socio. add. arg. ex l. 52. §. *ult. D. eod. tit. l.* 39. §. 3. *D. Famil. Ercisc.* Unde etiam sequitur, quod debita ex causâ studiorum 8
vivo Patre contracta, post mortem Patris ex communi hereditate sint solvenda, *arg. l.* 20. §. 6. & 7. *D. Fam. Ercisc. l.* 7. §. 13. *ibiq. Br. de SCto Macedon. Barbosa ad l.* 7. *D. soluto Matrim. Dn. Brunner. dict. Tr. cap.* 4. *n.* 162. *confer. Schneidevv. ad dict.* §. 20. *rubr. de act. Fam. Ercisc. n.* 56.

Th. 18. Sumtibus studiorum nullatenus hîc correspon- 1
det Dos, quam utique filia debet conferre, *l.* 3. *l.* 8. *l.* 12. *l.* 14. *C. de collat.* sive sit profectitia, sive adventitia, *l.* 17. *l.* 19. *C. eod. tit.* etiamsi saltem fuerit promissa, *l.* 1. §. 1. *D. de Dot. collat.* 2
VVissenbach & Brunnemann ad l. 2. *C. d. t. de Collat. Riminald. ad l.* 1. *C. eod.* quia & Dos promissa propriè est Dos: si verò Dos tàm data quàm promissa propriè est Dos, quid prohibet, quo minus conferatur? nam genus, neque magis neque minus de altera specie prædicatur, *Dn. Kornmann de Collat. Bonor. n.* 2. Ratio differentiæ est facilis: Pater enim 3
vel invitus & ex necessitate pro modo suarum facultatum tenetur filiam dotare, *l.* 19. *D. de Rit. Nupt. l.* 69. §. 4. *D. de J. Dot. l. ult. C. de Dot. prom.* ast in necessitatibus nemo liberalis esse videtur, *l.* 18. *D. de adimend. vel transfer. legat.* Contrà verò, sumtus studiorum Pater ex pietate dare filio non recusat, *l.* 50. *D. Fam. Ercisc.* cum nec sine iis filius possit studere; ast sine dote omninò potest matrimonium subsistere, & filia virum invenire. Notandum tamen, quod tunc demùm 4
fiat Dotis Collatio, si filia successionem paternam appetat, *arg. l. ult.* D. *d. t. de Dot. Collat. l.* 4. *C. de Collat. it. arg. l.* 10. *verb. extero jure. C. eod. tit.* Quod ipsum & in Praxi observari confirmat *B. Carpzov. dict. p.* 3. *Constit.* 11. *defin.* 14. So seyd ihr die 5
500. fl. damit euch bey euer Ausstattung von eurem Vater geholffen worden/in gemeine Theilung zu conferiren/ oder auch an euren Antheil abkürtzen zu lassen / schuldig. *it.* in causâ Laurentii Rechers zu Hertzdorff *M. Januar. ann.* 1612. it. in causâ Hieronymi Karpots zu Naumburg

M. *Jun. ann.* 1633. Verba sententiæ: So ist gedachte Tochter erster Ehe / angeregte 3000. Rthl. Mittgifft / und was sie loco dotis empfangen / in die gemeine Theilung zu conferiren schuldig; und ehe und zuvor ein iedes der andern Kinder auch so viel aus der Erbschafft wegnimt / ist sie sich etwas ferners an solcher Erbschafft anzumassen / nicht berechtiget. V. R. W. Eodem modo pronunciatum M. *Mart. ann.* 1610. *it.* M. *April.* & M. *Jul. ann.* 1632. & M. *De-*
6 *cembr. ann.* 1633. Ergò à contrario cessat Dotis collatio, si filia bonis Paternis abstineat, & se non immisceat. *l.* 1. *pr. l. ult.* D. *de Dot. collat.* uti confirmat *B. Hahn Observ. Theor. Pract. ad VVesenbec. tit. de Collat. n.* 1. responso Dnn. Helmstadiensium *de ann.* 1609. M. *Jun.* his verbis: auff den uns zugeschickten Bericht und Verzeichnüß dessen / was euer Vater seel. euer Schwester schuldig blieben / und was sie dagegen zu ihrer Außsteuer von ihm empfangen und genossen / erachten wir vor recht zuerkennen und außzusprechen / daß euer Schwester / ob sie gleich von euren beyden Vätern außgesteuret ist / itzo aber nach desselben Absterben sich seiner Erbschafft nicht anmasset / sondern davon abhält / die empfangene Ehgelder / und dergleichen ihr dergestalt zugewendete Dinge / nach besage der Rechte zu conferiren / und in den gemeinen Nachlaß zu bringen / oder auch an ihren dem Vater geliehenen Summen abkürtzen zu lassen / nicht schuldig sey / sondern das jenige / was sie also bekommen / billich behalte / ihr auch die Schulden / damit ihr der Vater verhafftet worden / nichts desto weniger aus desselben Gütern bezahlet werden müssen. V. R. W.

CAPUT III.

De Rebus Uxorum.

Th. 1.

1 Hisce prælibatis, justo ordine ad effectus Maritalis potestatis, fœminis minus gratos, an dixerim graves & onero-

nerosos descendimus. Qualis est, quod bona Mulieris nuptæ usui ipsi haut cedant, sed horum Ususfructus Marito competat, licet diversimodè. Nam Jus Civile in Usufru- 3
ctu bonorum dotalium subsistit, eumque Marito pro oneribus Matrimonii concedit, *l. 7. l. 76. in fin. D. de J. Dot. l. 20. l. 30. C. eod. tit.* interdictâ rerum paraphernalium administratione, *l. 8. C. de pact. convent. Br. & Dd. in l. 95. pr. D. ad L. Falcid.* At magis favet Marito Jus Saxonicum, quo omnibus 4
indifferenter, dum vivit, utitur Uxoris suæ bonis, sive sint Dotalia, sive paraphernalia, denn sie haben kein gezweiet Gutt. Landrecht *L. 1. art. 31. B. Carpz. P. 3. Constit. 20. defin. 33. Gloss. & Zobel. in addit. ad d. art. 35. Matth. Coler. P. 1. decis. 18. ubi Jacob Schult. in addit. Rauchbar p. 1. q. 2. n. 45.* add. de moribus nonnullorum locorum *Zæs. in tit. pro Socio. n. 10. seqq. Wiesenb. in Dig. Disp. 32. th. 25. Gars. tract. de acquisit. Argentræus ad Consuet. Britann. art. 418. Christian. Rodenburg. tract. de Jur. Conjug.* sub ampl. (1) ut Uxor post mortem Mariti bona re- 5
petens, illorum usumfructum tempore Matrimonii quæsitum non capiat, sed Mariti heredibus cedat. (2) ut Maritus 6
sive ejus heredes expensas in bona Uxoris factas repetere possint, non habitâ Usus fructus compensatione, *arg. l. 3. §. 1. D. de impens. in res Dot. fact. B. Carpzov. dict. P. 3. Constit. 31. defin. 9.* (3) ut si forsitan Uxor tempore matrimonii absqve 7
consensu Mariti debitum contrahat, Maritus illud neqve de Parapherno solvere teneatur; quia hujusmodi rerum Ususfr. ad eum pertinet, & per consequens facto tertii, putà Uxoris, ipsi non potest aufferri, *arg. l. 11. de R. J.* Ita svadet 8
text. in LandR. *L. 1. art. 45.* Ein Weib mag auch ohne ihres Mannes Urlaub ihr Gutt nicht vergeben / noch ihr eigen verkauffen &c. umb das Er mit ihr in der Gewehr sitzet. Concordat *Novella Aug. Elect. Sax. Constit. 10. P. 2 ibidemq. Carpzov. defin. 5.* Jam verò, si concederemus, Maritum 9
teneri de Dote vel Parapherno solvere debitum tempore

Ma-

Matrimonii ab Uxore contractum, eo ipso simul rediret parodoxon, quod Uxor ista bona absque consensu Mariti alienaret, cum sub prætextu debiti illud semper fieri posset; ast hoc est contra expr. *Constit. Elect.* 15. *p.* 2.

1 Th. 2. Nec minor ex Matrimonio ad Maritum profluit utilitas, quando omnia bona quæ constante Matrimonio acquiruntur, ipse lucratur, *arg. l.* 51. *D. de Donat. inter V. & U.*
2 cujus vigore etiam bona, quæ ad Uxorem perveniunt, in dubio à Marito censentur esse profecta, & per conseq. quoque ad illum pertinebunt, ut h. m. in Muliere evitetur turpis quæstus, suspicio vel opinio, juxta Quintum Mutium in *d. l.* 51. *ibiq. Dd. communiter*, quod etiam approbat *Coler. dict.*
3 *p.* 1. *decis.* 61. *n.* 39. An hoc verò pertineat ad bona solius Uxoris industriâ quæsita, non adeò est expeditum? REGUL.
4 neg. nisi consuetudo fortè alicubi contrarium disponat; quæ licet videatur esse satis formidabilis, non tamen propterea
5 irrationabilis erit dicenda. Quid enim est, quod operas Marito debeat Uxor, *Tiraquell. in pr. de LL. Connub. Peck. de Test. Conjug. L.* 2. *c.* 9. *n.* 1. si non etiam quid operis ejusdem fuit acquisitum, Marito foret concedendum? *l.* 48. §. 1. *D. de*
6 *operis libertor. l.* 19. §. *D. de peculio.* Ergò de aliis bonis, utriusque Conjugis labore acquisitis, erit res expedita, quæ vel propterea soli assignamus Marito, quod ipse solus non Uxorem duntaxat, sed & liberos, totamque familiam alimentare sit obstrictus, *l.* 22. §. 8. *in med. D. soluto Matrim. Matth. Coler. d. p.* 1. *decis.* 41. *in fin. it. decis.* 61. *n.* 38. *& p.* 2. *decis.* 287. *n.* 3.
7 Quanquam de eo, quoad Jus Saxon. dubitari posset, cum isto omnia sint Conjugum communia, & ita quoque communia lucra videri debeant, *per text. supr. alleg. in* LandR. *L.* 1. *art.* 31. sed multa videntur, quæ non sunt. Nam & J. communi eadem est inter Conjuges societas, *l.* 1. *D. de R. N. l.* 22. §. 7. *D. solut. Matrim.* nihilominus

omnia

omnia constante Matrimonio quæsita Mariti lucro cedunt. *conf. Petr. Heig. P. 1. q. 29. n. 7.* Imò etiam Mulier mercatrix, 9
quicquid negociando propriâ pecuniâ lucratur, non sibi, sed Marito acquirit, & ad eum post mortem suam transmittit; quòd quidem satis durum, verè tamen dictum est, propter generalitatem text. in *d. l. 51. D. de Donat. inter V. & U.* & multò magis de J. Sax. dicendum, ubi inter bona nulla solet fieri differentia, *conf. Heig. d. q. 29. n. 11. seq.* nisi (1) pacto dotali 10
aliter inter Conjuges fuerit conventum, tùm, quod contractus ex conventione legem accipiant, *vulg. l. 1. §. 6. D. Depos.* tùm quod pactorum dotalium natura totum dirigat Conjugalem contractum, *t. t. Pand. de pact. dotal. & t. t. C. de pact. convent.* vel (2) Statuto aut consuetudine contrarium 11
sit receptum, quæ optima Legum interpres dicitur in *l. 37. D. de LL. add.* Daniel *Moller. ad Constit. Elect. 15. p. 2. n. 85. Gail, L. 2. Observ. Pract. 80. in fin.* Et quidsi (3) Uxor Matrimo- 12
nio jam contracto, & nuptiis secutis, remissionem ac Donationem industriâ suâ partorum à Marito blanditiis ac effæminatis persuasionibus obtineat? quod omninò procedit, *arg. l. pen. C. de pact.* salvâ donationis inter Conjuges 13
lege prohibitivâ, quæ lucri acquirendi remissionem non comprehendit, *arg. l. 6. pr. D. quæ in fraud. Credit.* nec donationem morte donantis Conjugis confirmatam ex post facto rescindit, *l. 32. §. 1. D. de Donat. int. V. & U. add. l. 1. l. 3. l. 10. C. eod. tit. & Dn. Struve Ex. ad P. XXX. th. 30.* Cur non? 14
utique rescindit: quod enim ab initio est vitiosum, illud tractu temporis non potest reconvalescere, *l. 29. de R. I.* Resp. sufficit quod factum, i. e. subsequens donantis obitus, vitium antecedens purget. *vid. in simili Gloss. ad d. l. 29.*

Th. 3. At ecce, hic alius sese offert notabilis Maritalis 2
Potestatis effectus in Foro Saxon. observandus, ubi Mulier absque Mariti, tanquam Curatoris conjugalis, Ehelichen Vormundes / consensu & authoritate bona sua inter

VIVOS, nec pro se alienare, nec alteri de iis quicquam a-
lienanti consentire potest, per text. Landrecht *L. 1. art. 31.*
2 *vers.* kein Weib. *& art.* 45. *vers.* ein Weib. cui Illustriss. Sax.
Elector, ut optimus Juris Sax. Interpres subscribit in *P. 2 Con-
stit.* 15. §. gleicher gestalt sol auch den Weibespersonen das
jenige/ waß sie ohn Verwissen und Authorität ihrer Ehli-
chen und anderer verordneten Vormünden/ in und auß-
erhalb Gerichts schliessen und handeln/ damit sie sich gegen
jemand verpflichten/ unschädlich und unnachtheilich sein.
ubi Dan. Moller. in addit. n. 82. Fachsius *differ. Jur. Civ. & Sax.*
7. per tot. Reinhard. p. 1. differ. 7. seqq. Matth. *Coler. p. 1. decis. 67. n.*
3 21. adeò, ut nec opus sit rescissione vel sententiâ nullitatis de-
claratoriâ, quam aliàs actus ipso J. invalidi haud excludunt,
4 *juxta Nov.* 115. *c. 3. circ. fin. & c. 4. l. 1. §. 1. D. de feriis.* Quod
ampl. (1) licet Mulier judicaliter contrahat, *per expr. dict.
Constit. verba*; quibus accedit N. G. O. c. 8. Eheweiber sol-
len anderer Gestalt nicht/ als durch verordnete Curatores,
es seyn nun ihre Ehemänner oder andere Personen/ per-
sonam standi in Judicio haben/ ne contra propria incipiat
laborare commoda, *l. 4. C. de Sponsal.* damnum incurrat, *arg.
pr. Inst. de Author. tit.* aut propter sexus fragilitatem, *pr. in fin.
Inst. quib. alien. lic. vel non.* & infirmitatem, *l. 1. C. quando Mu-
lier tut. off. fung. pot.* judiciique ac consilii imbecillitatem,
exemplo Minoris, decipiatur, *l. 1. pr. D. de Minor.* cui meritò
æquiparatur in *dict. Novell. Constit.* 15. *ibi*: ohne Unterscheid
des Alters. quia & illa substantiam suam rationabiliter gu-
bernare nequit, *l. 2. §. 2. D. ad SCt. Vellej. vid. latè ad hunc locum*
5 *Berlich. conclus. Pract. p. 2. conclus.* 17. Ampl. (2) ut licet jam tùm
à Muliere in ejusmodi contractu quid datum vel solutum sit,
illud ipsum ceu indebitè solutum repetat, veluti benè sentit
Dan. Moller. *alleg. Constit. Elect.* 15. *n.* 19. quem sequitur *Berlich.
d. l. n.* 114. applaudentibus Scabinis Lipsiensibus *M. Febr. ann.*
1626. Da ihr aber dennoch bey solchen Contract und Ver-

gleichung

gleichung keinen Curatorem gehabt hättet/ so were dieselbige zu recht nicht kräfftig/und ihr dannenhero das außgezählte Geld condictione indebiti zu repetiren wohl befugt.
V. R. W. Sed obstat (1) quod Mulier hac ratione naturaliter obligetur: jam verò debitum naturale solutum non potest repeti, *arg. l.* 13. *D. de condict. indeb. jung. l.*10. D. *de. O. & A. l.* 16. §. 4. *D. de Fidejuss. l.* 38. §. 1. & 2. *D. d. t. de condict. indeb. l.* 64. *D. eod. tit. l.* 9. *in fin. cum seq. D. de SCto Maced.* Verùm 6 7
resp. ad Minorem, licet Mulier naturaliter obligetur, ipso tradente *B. Carpzov. de* J. *Fæmin. Dec.* 2. *posit.* 3. *in rubro & nigro*: quia verò h. l. est specialis *dict. Constit. Sax.* dispositio, quæ Mulieres omni damno & præjudicio quoad contractus eximit, in verb. unschädlich / unnachtheilig/ ideò Jus commune non attenditur, ne cui viam præscidit actioni contra fœminas intentandæ, exceptioni adversus eas aperiat fores, contra vulg. Dd. Brocardicon. quod unâ viâ est prohibitum, alterâ non est concedendum. opp. (2) regula 8
ex *l.* 40. *D. d. t. de condict. indeb.* quicquid solutum non attentâ exceptione, quæ in odium ejus cui debetur, introducta est, repeti non potest. Atqui. Ergò. Resp. Exceptio hæc de non 9
adhibito Curatore, non est introducta in odium ejus, qui cum Muliere contraxit, sed in favorem Mulieris contrahentis; unde intervertimus argumentum per *d. l. opp.* verba præcedentia, quæ ita sonant: *nam si quidem ejus causâ exceptio datur, cum quâ agitur, solutum repetere potest*: & tunc magis corroborari quàm infirmari poterit nostra conclusio; cui etiam assentit *Berlich. dict. P.* 2. *conclus.* 17. *n.* 114. opp. (3) decantata Dd. Theorica: Error juris debiti soluti repetitionem 10
impedit, *l.* 10. *C. de Jur. & Facti ignor.* maximè, si lucri quæstus subsit, *arg. l.* 4. *D. d. t. de Jur. & Fact. ignor.* Resp. Neg. Minor. 11
Mulier enim hoc casu non in lucro captando, sed damno vitando versatur, & ideò quoque suum repetit, per *l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *pr. & §.* 3. *D. d. t. Felin. in cap.* 40. *X. de Simonia. n.* 8. *Wesenbec.*

O 2

Jenbec. in parat. Dig. d. t. de J. & F. ignor. Gail. L. 2. Observ. 48. *n.* 22. *Dn. Brunnemann ad §.* 1. *Instit. quib. mod. re contrah. obl.*
12 *circa init. vers. an autem.* Ampl. (3) licet diuturnitas tempo-
13 ris accedat, *arg l.* 29. *de R. I.* Cui non obstat, quod in contrarium affert *Berlich. dict. conclus.* 17. *n.* 120. *seq.* secutus *Jasonem & Bl. in l.* 6. *pr. D. de acquir. hered. Felin. in cap.* 43. *X. de Testib. Tiraquell. de LL. Connub. verb. expres. Glos.* 7. *n.* 39. quasi ex diuturnâ temporis (decem scil. annorum) scientiâ & pa-
14 tientiâ, autoritas Curatoris suppleatur, ejusque consensus præsumatur. Resp. Neg. quia tempus non est modus inducendæ obligationis, *l.* 44. §. 1. *vers. placet. D. de O. & A.* Imò, nec præstatio longissimi temporis SINE CAUSA obligationem futuræ præstationis infert, *arg. l.* 6. *D. de usur.*
15 *l.* 28. *ibiq; Dd. commun. C. de pact.* Ampl. (4) ut nec Mulier sine Curatore super debito sibi soluto quitantiam facere, ac debitorem suum liberare possit, *Dn. Struve Ex. XLVII. th.* 71. *circa fin. ubi remissive & Dd. allgg. Leguleji ac Practici. Moller. ad dict. Constitut. Elect.* 15. *n.* 52. *ibidemq; B. Carpzov. defin.* 3. *Berlich. dict. conclus.* 17. *n.* 37. *Zanger. de Except p.* 3. *c.* 1. *n.* 101. ubi pro Cautelâ tradit: ut si Debitor Mulieris tutò solvere velit,
16 præsente ac consentiente illius Curatore pretium numeret, apocham tàm à Fœminâ quàm Curatore vel Marito subscriptam & sigillatam accipiat, aut saltem super factâ solutione Instrumentum publicum confici faciat; ad instar ejus, qui debito obstrictus Minori: hîc enim, si tutus esse velit, Curatoris authoritatem negligere non potest, *l.* 46. §. 5. *D. de administr. & peric. Tutor. in verb. si Tutori tutelam gerenti, debitores solvissent, liberatos eos ipso jure à pupillo. & d. l. §. ult. ibi: Tutoribus concessum est, à Debitoribus pupilli pecuniam exigere, ut*
17 *ipso jure liberentur.* Igitur multò minus Debitor Mulieris, quo pleniorem is consequatur ex consensu Curatoris assecurationem, dico restitutionem in integrum, quam metuere non habet necesse, *Dan. Moller. ad sæpè alleg. Constit. Elect.* 15.

p. 2. *n.* 98. *Matth. Wesenbec. p.* 1. *q.* 32. *n.* 88. *Matth. Berlich. dict. p.* 2. *conclus.* 18. *n.* 41. ne quod in favorem Fœminarum est introductum, in ipsarum vergat damnum & præjudicium. Quis enim cum Mulieribus vellet contrahere, si nec autho- 18
ritas Curatoris contrahentem redderet securum adversus beneficium restitutionis in integrum. Dissentientes opp. (1) quod verba *dictæ Constit. Elect.* 15. §. **gleicher gestalt.** lo- 19
quantur de contractibus obligatoriis, non liberatoriis; quod prob. ex verb. **damit sie sich gegen iemand verpflichten.** Resp. Benè: etiam nostro casu Fœmina obligatur ex pacto 20
de non ampliùs petendo, secundum tradita *Br. in l.* 40. *C. de Transact. n.* 2. *& l.* 27. §. 2. *D. de pact. n.* 13. quin etiam vocula: **handeln:** ibidem adjecta, haud obscurè pro nobis facit, dùm præsentem quietationis actum respicit. opp. (2) 21
quod generalitatem nostræ assertionis adhuc refellat *prædict. Constit. Elector. circa finem vers.* **mit ihrer fahrenden Haabe zu thun &c. ohne Vormünden beständig und verbündlich zu schliessen und zu handeln hiermit unbenommen sein sol.** Resp. 1. videtur hic casus quoad **bona** 22
mobilia esse exceptus, eò, quod in ejusmodi rebus non tantum subsit deceptionis periculum. Resp. 2. Nec hoc ita 23
simpliciter procedit, quin potius Elector hanc suam sententiam expressè ad regulas J. communis restringit, *in verb.* **soweit die Rechte nachlassen:** eum in finem, ne fortè Mulier solito liberalior ultra quingentos ducatos munificentiam exercere præsumat, seu quod idem est, liberalitatem exercens, prodigalitatis notam incurrat. Imò, ne quidem 24
subsistit tanti valoris donatio absque judicali insinuatione, §. 2. *Inst. de* Donat. *ibiq. Dd. Comm.* quæ licet per Procuratorem aliàs fieri possit, *Nov.* 127. *c.* 2. *Socinus senior* L. 1. *Consil.* 48. *n.* 9. *&* 10. *Henric. Bocer. de Donat. c.* 3. *n.* 48. vix tamen in tanti præjudicii negocio, Mulieri absque Curatoris adsensu quicquam judicialiter tractare erit li-

 berum,

borum, maximè, si sit maritata, ne mobilia distrahendo eludat spem successionis, quam de J. Sax. fovet Maritus Conjugis suæ heres mobiliaris. LandR. *L. 1. art. 31. post. pr. & L. 3. art. 76. ubi gloss. lat. ad text. germ. lit. B. & C. Petr. Heig. p. 2. q. 15. n. 2. Matth. Coler. de process. Execut.*
25 *p. 1. c. 3. n. 254. & p. 2. decis.* 286. Idem esto judicium, si bona utensilia per donationem judicialem in alium transferre velit, *Constit. Elect.* 14. *circ. pr. verb.* durch ihren Kriegischen Vormünden. *P.* 2. quia absque Curatore in litem personam legitimam standi in Judicio non habet. *VVesenbec. in Parat. Dig. tit. de postulando. n.* 4.

1 Th. 4. Diximus de casu, quo Mulier vel non adhibito Curatore super bonis mobilibus ritè contrahit. Unde quoque mutuum accipere, & ad interesse sese obligare h. m.
2 poterit. An verò etiam pecuniam ad perpetuas usuras ita accipere, & illarum nomine obligationem contra se re-
3 cipere possit, non incongruè quæritur? Resp. Neg. quia ejusmodi pecunia vigore *Constit. Elect.* pro re immobili habetur, *P.* 3. *Constit.* 24. *sub fin. in verb.* daß sie die Hauptsumma derer wiederkäuflichen Zinsen in beyden obgesetzten Fällen vor unbewegliche Güter erkennen sol-
4 len. Similiter etiam absque Curatore Fœmina obligatur, si extra territorium Saxonicum cum alio contrahat, licet illa Domicilium suum in terris Sax. habeat, uti rectè monet *VVesenbec. dict. P. 1. consil.* 11. *n.* 18. In iis enim, quæ geruntur, inspicienda sunt jura loci, in quo actus geritur, *l. 6. D. de Evict. l. 34. de R. I. ibiq. Cagnol. n. 5. l. 3. §. 6. D. de Testib. l. 1. C. de Emancip. liber. Dn. Struve Ex. ad P. XXXII. th.* 15. præsertim, cum Reus forum in loco contractus jure sortiatur, *arg. l. 19. pr. & §. 1. D. de Judiciis,* tradente B. *Carpzov. in Process. Tit. 3. art. 2. n. 1. seqq. VVesenbec. ad Dig. tit. de Judic. n.* 16.
5 Diss. *Dan. Moller. ad dict. Constit. Elect. 15. p. 2. n. 162. seqq. Matth. Berlich. p. 3. Conclus. Pract. 17. n. 5. & Tiraquell. d. Tr. gloss. 8. n.* 219.

219. ubi opp. (1) quod Consuetudo circa personam disponens, 6
eamque habilitans, effectum non amittat, quantumvis persona aliò migret. Resp. Hoc quidem verum est, quando persona extra qualitatem actus alicujus celebrandi consideratur; inde autem ad novam obligationem adhuc inducendam & actum celebrandum, minus aptè inferur. opp. (2) 7
quod Reus, ubi forum, ibi etiam Jura sortiatur; item quod Actor sequatur forum Rei, *l. ult. C. ubi in rem act. l. 38. D. de Judic.* Resp. Hæc regula fallit, quando ex contractu agitur, 8
ut hîc. Unde Mulier quæ extra Ditiones Saxonicas habitat, & contrahit Lipsiæ, juvatur suo beneficio de Curatore adhibendo. An verò Mulier habitans in Saxoniâ, & extra illam de immobilibus contrahens cum Viro et- 9
iam in Saxoniâ Domicilium & forum habente, ipsi obligetur absque Curatore, meritò dubitamus cum *Berlich. p. 2. dict. conclus.* 17. *n.* 53. quia hoc ad defraudandam Mulierem suo Privilegio factum esse videtur. Et qui sunt ejusmodi casus plures, quos brevitatis gratiâ, aliàs in amplissimâ ma- 10
teriâ occupati, recensere studiosè prætermittimus. Unicum superaddere lubet similem casum exceptum de Fœminis Mercatoribus, quarum facultas, si in distrahendis mobilibus constrictior esset, quàm reliquorum sexus sui hominum, quis quæso cum iis vel contrahere, vel ullum exercere vellet Mercaturæ negocium? Certè, non absque insigni 11
jacturâ commerciorum, in quibus bona fides exùberare debet, ut hinc frustranea videatur Curatoris authoritas, qui nec singulis momentis Curandæ negocianti adsistere, atque inservire potest; ne quicquam dicamus de libero Commerciorum usu, haud impediendo, *arg. l. 1. pr. D. de contrah. emt. Bodin. L.* 3. *c.* 8. *p.* 561. *Hermann. Lather. de Censu L.* 3. *c.* 12. *n.* 34. quorum tantus est favor, ut in causis Mercatorum sola æquitas & bona fides attenda-

datur, *text. notab. in l. 29. §. 4. D. Mandati. l. 4. C. si contra Jus vel utilit. publ. VVesenbec. d. p. 1. consil. 10. n. 40. Anton. Faber in*
12 *Cod. L. 8. tit. 27. defin. 3. n. 2.* quanquam etiam hic contractus, tanquam de rebus mobilibus factus, defendi possit. Inde sequitur, quod Mulier mercatrix, licet intuitu mercaturæ, bona immobilia absque Curatoris authoritate alienare nequeat, per verba expr. in *dict. Constitut. Elect. 15. P. 2.* ibi: mit kauffen und verkauffen / in denen Krämen / und andern dergleichen Wahren. Et quæ sunt hujus farinæ li-
13 mitationes aliæ, quas longo agmine affert *Berlich. dict. p. 2. Conclus. 17. n. 27. & multis seqq.* Sed quid si Mulier mercatrix in usum negociationis mutuam accipiens pecuniam, bona immobilia oppignoret, utrum valida erit constitutio hypo-
14 thecæ, si Curatoris authoritas non accesserit? Non facilè id accidere, existimat *B. Carpzov. de J. Fœmin. Decad. 3. posit. 4. n. 26.* cum Mercatores, ac id genus homines non parùm opprobrio ac damno sibi ducant, haud fidem haberi suæ promissioni, quæ pignore ac cautione non firmetur: si
15 tamen Mercator ad oppignorationem bonorum immobilium adigi se patiatur, subsistere hypothecam sine Curatore constitutam, tutò adserit *Berlich. dict. Conclus. 17. n. 92.* ex solidò hoc fundamento, quod Fœmina mercatrix firmiter contrahat sine Curatore, ut modò probavimus; quidni ergó etiam bona oppignorare poterit? quia pignus est contractus, *§. 4. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. 1. §. 3. in fin. D. de pact. l. 11. §. 2. D. de pignorat. act. l. 23. de R. I.* & oppignoratio est accessorium contractus principalis, intuitu Mercaturæ initi; accessorium verò sequitur naturam sui principalis, *arg. §. 5. Inst. de Fidejuss. l. 26. §. 2. D. de pact. dotal.*

Th. 5. Nec tamen sequitur: Fœminæ non possunt sine Curatorum authoritate quicquam inter vivos agere; Ergò Curatores possunt propriâ voluntate Curandarum bona

bona distrahere vel alienare. Nulla hæc est consequentia. Quis enim non videt, quod invicem differat ipsa bonorum distractio, à confirmatione sive avthorisatione distractionis. Nam cum hæc primum firmitatis ac subsistentiæ fun- 3
damentum sortiatur ex consensu contrahentium sive distrahentium, utique à primo statim momento erit invalidus, imò vel ipso jure nullus talis alienationis actus, si non ipsamet Mulier consenserit, licet vel centies Curator suum consensum adhibuerit, *arg. l. 5. C. de LL.* Accedit, quod in contractu Mulieris, non tàm Curatoris, quàm ipsius Mu- 4
lieris contrahentis persona & conventio sit spectanda, cui authoritas Curatoris saltem ob imbecillitatem Judicii Mulieris accedit. LandR. *L. 1. art.* 44. quomodo igitur alienatio Curatoris inscia Muliere facta poterit subsistere? Non respectu Curatoris, *arg. l. 54. de R. I.* neque Mulieris, *arg. §. 3. Inst. de inutil. stipulat. l. 38. pr. & §. 1. l. 83. pr. de V.O.* Neque 5
Mariti. Dubito: quia Maritum juvat (1) sanctio Juris Saxonici, quâ Conjuges bona dicuntur possidere indivisa, LandR. *L. 1. art. 31. pr. ibi*: Mann und Weib haben nicht gezweiet Gutt. *vid. Zobel. in addit. ad Gloss. text. lat. ibid.* Sed quid inde? Anne sequitur: Quodcunque alicui com- 6
mune est, illud proprio Jure ad eundem pertinet. Malè. cum etiam alterius rei & effectus intuitu aliquid commune esse possit, ut hîc; quod prob. quippe communio illa respectu Mariti restringitur ad facultatem utendi fruendi, quam in bonis Uxoris habet; hujus verò ratione ad sustentationem, quæ ex bonis Mariti Maritæ competit. Insuper (2) 7
Jus Civile videtur id ambiguum reddere in bonis dotalibus, quarum Dominus dicitur Maritus, *pr. Inst. quib. alien. licet vel non. l. 13. §. 2. D. de fundo dot. l. 23. C. de J. Dot.* Unde illi competit perceptio fructuum, *l. 7. pr. D. eod. tit.* per regulam in *l. 12. §. 3. in fin. D. ad exhib.* tàm naturalium, *l. 10. §. 3. D. d. t. de J. Dot. l. 7. §. 12. D. solut. Matrim.*

quàm civilium, *d. l. 7. §. 2. & 10.* Item Rei dotalis vindicatio, *l. 9. C. de R. V.* quæ Dominii causam præsupponit, *l. 13. pr. D. eod.* & si qui alii sunt effectus Juris Dominici proprii in *l. 58. D. solut. Matrim. l. 21. D. de manumiss. l. 3. C. de J. Dot. junct. l. 4. C. de fundo dot. l. 62. D. de A. R. D. vid. plur. apud Harprecht ad pr. Instit. quibus alien. licet. n. 12. seqq.* Resp. Hæc omnia non simpliciter, sed secundum quid, h. e. per interpretationem Juris veniunt intelligenda, ita, quod Maritus quidem re ipsâ Dominium habeat, ast constante saltem Matrimonio, adeoque **revocabile**: si enim Matrimonium fuerit dissolutum, morte scilicet, aut divortio (quod frequenter apud Romanos fiebat, uti apparet ex *t. t. Dig. & C. de Divort. l. ult. C. ad SCt. Vellej.*) tunc Dos iterum redit ad Uxorem, quam propterea Dominiũ **irrevocabile** habere dicimus, & ad Maritum Dotis Dominium **Civiliter**, h. e. solâ Legum subtilitate abiisse, apud Mulierem verò **naturaliter** mansisse, ait Imp. in *l. 30. C. de J. Dot.*

8

9 Hinc quoque JCtus Tryphoninus dicit: *Quamvis in bonis Mariti dos sit, Mulieris tamen est*, in *l. 75. D. eod. tit.* & Ulp. *proprium Mulieris vocat Patrimonium in l. 3. §. 5. D. de Minor. add. l. 16. D. de relig. & sumt. fun. l. 14. pr. D. ad L. Falcid. l. 4.* D. *de col-*

10 *lat. l. un. §. 14. C. de Rei Uxor. act.* Unde etiam Ulp. de fundo dotali, quasi de re alienâ disserit in *l. 7. §. 12 circ. fin. l. 24. § 5. D. solut. Matrimon.* & Vir in rebus dotalibus dolum ac culpam latam præstare tenetur, *l. 18. §. 1. D. eod. tit. l. 17. pr. D. de J. Dot.* eoque nomine omnia illius bona Mulieri tacitè statim à die nuptiarum sunt hypothecata, *l. 1. pr. D. qui pot. in pign.* connexo retentionis Jure, *Jason in l. 26. §. 2. D. de condict. indeb. n. 10.* N. G. O. *c. 43. Constit. Elect. 24. p. 2. & p. 3. Constit. 33. confer. B. Dn. Frantzk. Tr. de Laudem. c. 22. n. 19. seqq. Vinn. ad dict. pr.*

pr. Inst. quib. alien. licet. B. Carpzov. P. 2. Constit. 42. defin. 19. Dn. Struve Exerc. XXX. th. 13. B. Hahn. ad VVesenb. tit. de J. Dot. n. 7. B. Ludvvell. Ex. VI. th. 12. lit. B. Arum. Disp. ad Pand. XV. th. 11. B. Fiebig. in Vindic. Franzk. *semidec. V. q. 5 Vaud. L. 2. Variar. Quaest. 3.*

Th. 6. Cum itaque bona Uxoris non sint proprio jure 1
Mariti, *l. 1. C. de bonis Matern.* usufructu tantùm ad ipsum pertinente, *l. 2. C. eod.* idcircò pro lubitu nec administrare, multò minus alienare poterit, *l. 3. pr. C. de secund. Nupt.*
Quamvis enim bonum erat, Mulierem, quae se ipsam 2
Marito committit, res etiam ejusdem pati arbitrio gubernari; attamen, quoniam Conditores Legum aequitatis convenit esse Fautores, nullo modo Muliere prohibente virum in paraphernis se volumus immiscere, sonat Rescriptum DD. Principum in *l. 8. C. de pact. convent.* Interim me- 3
lioris doctrinae causâ distingv. ut mobiles quidem res, *arg. l. ult. §. ult. C. de administrat. Tut* item immobiles aestimatas, sub titulo E. V. alienare possit, *l. 10. §. 5. D. de J. Dot. Gloss. in pr. Inst. quib. alien. licet. l. un. §. 15. vers. in fundo. C. de R. U. A.* ita tamen, ut servetur dispositio *Auth. sive à me. C. ad* 4
SCt. Vellejan. & soluto Matrimonio aliae aut aestimatio earum praestetur, *l. 7. §. 12. D. solut. Matrim. l. 42. D. de J. Dot. l. 5. C. eod. tit.* Dn. *Struve Ex. XXX. th.* 14. Immobiles verò &
non aestimatas res, invitâ Muliere regulariter 5
nec distrahere, nec servitutes fundo debitas amittere, nec novas eidem imponere, *l. 5. l. 6. l. 16. D. de fundo dot.* nec donare, permutare, legare, aut in solutum dare, sive oppignorare, aut quoquo modo alienare potest, *pr. Inst. quib. alien. licet. ibiq. Dd. communiter.* nisi quoque alterius ad istum actum ordinati Curatoris consensus, *arg. §. 3. Inst. de Authorit. Tutor.* praeviâ causae cognitione accedat, *arg. §. 3. Inst.* 6
de Adoption. imò & ipsius Mulieris, *arg. §. 7. Inst. eod. tit.* uti

benè autumant *H. Pistor. Observ.* 155. & *Andr. Rauchbar P.* 1. *q.* 34. *n.* 45. Equidem, hoc non dictum videtur ad palatum Glossatoris in LandR. *L.* 1. *art.* 45. *verb.* darüm muß ihr
8 Vormund sein: Verissimè tamen dictum est ex judicio B. *Carpzov. dict. Decad.* 3. *posit.* 9. *n.* 21. aliàs enim conventioni ac consensui ipsius omnis denegaretur effectus, ex quo tamen jure obligatur, *arg. l.* 1. *l.* 7. D. *de pact.* non quidem, ut Contractus anteà nullus confirmetur, sed ab eo saltem momento, quo consensus Mulieris facto Curatoris vel Mariti accesserit, bona tanquam ab ipsa Muliere, authore Curatore
9 vel Marito distracta censeantur. Et cur non? Nam & Adolescentes, si negocia tempore minoris ætatis contracta in majorennitate ratificaverint, iis stare tenentur. *t. t. C. si ma-*
10 *jor fact. rat. hab. vid. H. Pistor. dict. Obs.* 155. *n.* 9. Nota: quod prædictæ solennitates sint de Legali necessitate, adeò, ut iis non observatis, Mulieri adversus Maritum actio personalis, & contra tertium rei alienatæ possessorem actio realis sit prodita, *arg. l.* 5. §. 15. D. *de rebus eorum, qui sub. tutel. &c.*
11 *jung. Frid. Pensold. in addit. Coler. decis.* 286. *n.* 209. Sed quid si Maritus cum Muliere contrahat? Et hoc negocium non aliter legitimè procedit, nisi alius adhibeatur Curator; quia Maritus in rem suam author esse non potest, exemplo Tutoris in *d.* §. 3. *Inst. de Author. Tutor. l.* 1. D. *eod tit. vid. supr. P.* 1. *c.* 5. *th.* 5. *n.* 6. Unde generalis nata est observantia, & Ju-
12 ris Sax. Practica, quod Mulieres Maritatæ, si in favorem Mariti contrahere velint, alio Curatore ad litem peculiariter constituto opus habeant, *arg. l.* 5. §. 2. D. *de author. & consensu. Tutor.* Et ita quotidiè practicatur. *Constit. Elect.* 16. *P.* 2. *Zanger. de Exception. P.* 2. *c.* 11. *n.* 201. *Daniel. Moller. ad Constit.*
13 *Elect.* 15. *P.* 2 *n.* 48. *seqq.* Ampl. ut nec pro Uxore validè contrahere possit, nisi in bonis quæ sibi verè vel interpretativè ab Uxore sunt tradita; quo refer Nomina sive fœneratitias Cautiones, de quibus utpote singularibus para-

pher-

phernis, specaliter disponit *l. ult. C. de pact. convent.* & expeditè differit *Dn. Struve in Lect. publ. super Cod. tit. de Procurator. ad l. 21.*

Th. 7. Cæterùm, ad Mulieris negocia **inter mortuos**, non pertinet Mariti vel alterius Curatoris, ejusque prohibitio, propter *l. 1 C. de S.S. Eccles. l. 32. pr. D. de Hered. instit.* Dico Testamenti factionem, quam Jura omninò Fœminis permittunt, *Nov. 22. c. 2. init.* scil. ob damnum, quod in hoc ipso Mulieris negocio cessat: quia Testamentum in se est revocatorium, *l. 27. init. C. de Testam. l. 4. D. de adimend. Legat. B. Carpz. de J. Fœmin. Dec. III. posit. V. n. 6.* huc facit general. text. in *l. 2. vers. & nemo. C. commun. de Legat.* & similes. *Novell Elect. Aug. P. 2. constit. 15. §.* gleichergestalt. *vers.* jedoch mögen Ehe-Frauen / Wittben / Jungfrauen. ubi *Dan. Moller. in Comment. n. 68 seqq. Zobol. P. 2. differ. 22. n. 15. & n. 32. Andr. Rauchbar. P. 1. q. 32. n. 6. seqq.* uti quoque extra Electoratum, tàm in Scabinatu, quàm Facultate Juridicâ Wittebergensi sæpius esse pronunciatum meminit *Georg.* Schultz *in Syn Instit. tit. quibus alien. licet vel non. lit. D. vers. de eo sanè constat.* modò testetur, ut dignum est, *dict. Novell.* & secundum Leges, quas ignorare nemini est permissum, *arg. §. ult. Inst. de Milit. Testam.* Unde inferunt Dd. Mulieri non licere, ut de bonis suis **mobilibus** in Testamento disponat, quia hoc est Jus Mariti quæsitum Jure Saxon. ipsi ab Intestato proprium, per text. LandR. *L. 3. art. 76. vers.* hat aber die Frau *Christoph. Zobel. P. 3. differ. 9. n. 6. Petr. Heigius p. 2. q. 15. n. 2.* Hinc argumentor: Portio ex lege debita, non potest Testamento auferri ex ratione, juxt. *l. 55. de Leg. 2.* Atqui hæc est talis. Ergò. Idem sub Mariti exemplo comprobant *Alexand. Jason. in Auth. praeterea C. unde Vir & Uxor. Pinguzer decis. 28. & Elect. Constit. P. 3. c. 7.* ibi: Ein Ehgatte kan dem andern sein gebührnüß/so

ihm aus des verstorbenen Güthern gebühret/ durch Testament oder letzten Willen nicht vermindern. Opp. quod
6 testandi facultas nemini sit aufferenda, *l. 1. C. de S. S. Eccles. l. 61. ubi Br. in pr. D. de V. O. l. 15. C. de pact. l. 4. C. de inutil. stipulat.* Ast illud hic fit. Ergò. Minor exinde prob. Mulier enim, quæ solùm bona mobilia possidet, stante tali Jure Consue-
7 tudinario testari prohibetur. Certè fatendum, difficultatis quid hîc subesse; quod ut declinaret *Dn. Jacob Schult.* Jus hoc prohibitorium ad certam duntaxat portionem, statuto forsan ex bonis vel mobilibus vel immobilibus Conjugis defunctæ, Marito superstiti delatam, restringere conatur, *in addit. ad Modest. Pistor. P. 1. q. 48. n. 33. seq.* secutus *Wesenbecium in Paratit. Dig. unde Vir & Uxor. n. 3. vers. quod admittendum puto.* Aliter *Berlichius* absurdum hoc evitare satagit,
8 à lege illâ Saxonicâ excipiens casum prædictum, quo nihil præter bona mobilia possidet Uxor; vel saltem ita eam attemperans, ut certa tùm pars mobilium, tertia nempe, ad instar Legitimæ, liberæ Mulieris facultati per testamentum de hâc disponendi censeatur esse relicta, *P. 3. conclus. 9. n. 15.*
9 *seqq.* Sed neutrum refugium admittit generalitas Sanctionis prohibitoriæ, *cap. 16. X. de Testam. & d. Constit. Elect. 7. P. 3.* Cui præcisè innitimur; quantumvis enim Lex dura, attamen sic scripta est, *l. 12. §. 1. D. qui & à quib. manum.* nec sine ratione promulgata, *l. 17. D. de LL.* cujus enodatione sublevat
10 nos *Ernest. Cothm. Vol. 1. consil. 74.* Nihil verò difficultatis nobis relinquit vulgatum illud Dict. fundamentum, scil. nemini adimendam esse liberam testandi facultatem: quia hoc privatis dictum, non Legislatoribus, qui cum Jura in scrinio pectoris habeant, *l. 19. C. de Testam.* & pro justâ suâ discretione ea flectere possint, quò velint, *l. 11. D. de LL. Schelt.*
11 *Differt. 1 aphor. 7.* ideo ex Legis præscripto nec reprehendi, nec privatorum argumentatiunculis constringi debent. Subsistimus igitur in generalitate Legis, & firmâ inde deductâ Zobelii assertione, qui dicit, constrictas esse manus Uxoris, ne ul-

ullâ diſpoſitione teſtamentariâ Maritum in ſucceſſione mobilium turbet, licet vel maximè univerſum ejus Patrimonium in mobilibus conſiſtat. *Gloſſ. in* LandR. *L.* 1. *art.* 31. *lit. E. verſ. ſimiliter ſi omnia ejus bona. Penſold. in addit. ad Matth. Coler. P.* 2. *concluſ.* 286. *n.* 181.

Th. 8. An verò etiam Mulier ſine Curatore m. c. donare poſſit, quæſtionis eſt? Reſp. Affirmando, quia ſapit naturam ultimæ Voluntatis, §. 1. *Inſtit. de Donat. l.* 15. *in fin. l.* 15. *in fin. D. de m. c. donat. l.* 37. *pr. D. eod.* ita ut omnes effectus ſortiatur, quos habent ultimæ Voluntates, per ea, quæ deducit *Schneidevv. Comm. Inſtit. de Donat. rubr. de Donat. it. rubr. de Donat. c. m. num.* 24. *per tot. Dn. Struve Exercit. ad Pand. XL. th.* 22. *B. Carpzov. d. Tr. de* J. *Fœm. Decad. III. poſit.* 7. *n.* 14. *ſeq.* Proinde nihil negocii nobis facit *Diſſ. VVeſenbecii* & Aliorum hypotheſis: Atqui Donatio m. c. quoad ſuum eſſe, eſt contractus. Ergò. Reſp. concedo totum argumentum. A diverſis enim mala fit illatio: quâ ratione ſimul reſolvimus textus parallelos obſtantes *l.* 25. §. 1. *l.* 38. *D. d. t. de mort. c. don.* quibus utitur *Godofr. in Not. ad cit. l.* 37. *lit. X. verb. Imò non eſt accipiendum.* Et hanc ſententiam communem ſtatuunt *Ripa & Jaſon in l.* 2. *de Leg.* 1. eandemque Juri magis conſentaneam, ſicut & in practicâ veritate, tâm judicando quàm reſpondendo approbatam dicit *Dan. Moller. ad Conſtit. Elect.* 15. *P.* 2. *n.* 70. *ſeqq.* Cui adſiſtit *Andr. Rauchbar P.* 1. *q.* 32. ubi ad contraria reſpondet. Ibi namque non obſtat (1) quod Mulier bona mobilia abſque conſenſu Mariti m. c. donare nequeat, ratio dubitandi eſt, quia neque Teſtamento illa Marito auferre poteſt. Jus enim, quod Conjuges ratione ſucceſſionis in alterius bonis habent, Teſtamento vel aliâ ultimâ Voluntate ipſis auferri non poteſt, niſi forſitan Lex vel Statutum dicat: Si ab inteſtato moriantur: tunc enim confectione Teſtamenti auf-

ferri

ferri posse, non inficiatur. Jam verò in hâc successione rerum mobilium nulla fit mentio successionis ab intestato, sed absolutè dicitur in *Speculo Saxonico L.1. art. 31.* Stirbt aber das Weib bey des Mannes Leben / sie erbet keine fahrende Haabe / denn allein Gerade und eigen / als sie das hat
7 an ihren Nächsten. Verùm, quæ ratio connexionis? Cum hoc casu Mariti consensus requiratur, non quatenus Curator est, sed quatenus Maritus, in cujus præjudicium propter futuram successionem vergit ista Donatio, *per super.*
8 *dicta.* Minus obst. (2) *text. in* LandR. *dict. loc. verb.* kein Weib mag auch ihres Guhts ichts vergeben ohne ihres Man-
9 nes Willen. Resp. Hoc intelligendum de Donatione inter vivos, non de eâ, quæ fit per Testamentum, aut aliam ultimam Voluntatem; quò spectat hæc ipsa m. c. Donatio, Schultz *in Syn. Instit. tit. de Patr. Potest. lit. A. vers. effectus.* quam ratione immobilium absque consensu Mariti & Curatoris à solutâ & Maritatâ; ratione mobilium verò absque interventu Curatoris (non item Mariti, respectu Maritatæ) à solutâ & Maritatâ celebrari posse persuasum habemus.
10 Similis est Resp. ad *text. in* LandR. *d. L.1. art.* 45. Valdè
11 videtur obstare (3) *text.* in Weichbild *art.* 65. ubi dicitur: das kein Mann oder Weib im Siechbett ihrer Gühter ichtes übergeben / daß über 5. Schilling werth sey / ohne der Erben laube: vel nach Landrecht / so viel Er über das Bethbret hinwegreichen mag / uti est *Gloss. in art. 52. L. 1. ante fin.*
12 Resp. quoniam textus simpliciter loquitur de Donatione, ideò strictè & propriè de Donatione inter vivos debet accipi, non de Donatione causâ mortis; utpote quæ assimilatur ultimæ Voluntati, *secund. Jura vulgata.*

1 Th. 9. Anticipavimus modò obiter *in th. 3. circa finem* Mariti lucrum in rebus Uxoris ab intestato proprium. Il-
2 lud ipsum nunc plenius sese exserit. Igitur sciendum, Maritum Uxori, & vice versâ, de J. communi in solidum

dum succedere, quoties deficit omnis Parentum, Liberorum seu propinquorum legitima vel naturalis successio, excluso Fisco, verba sunt *l. un. C. unde Vir & Uxor.* maximè cum fortuiti casus quotidiè emergant, quorum alterutrum participium esse oportet, per notab. text. in *l. 22. §. 7. D. soluto Matrimonio.* De J. Rom. novo tunc demùm Maritus succedit, quando laborat inopiâ, Uxor verò præmoriens dives fuit, *Nov. 53. c. 6.* quod ideò videtur introductum, ne in opprobrium defunctæ cogatur mendicare, adeoque in honorem ac reverentiam benè transacti Matrimonii, *arg. l. 114. §. 17. de Leg. 1. l. 67. §. 2. de Leg. 2.* & ne afflicto addatur afflictio, *arg. l. 14. vers. si verò D. de officio Præsid.* An autem & quando Conjux dicatur inops vel dives, relinquendum est arbitrio Judicis, juxta *Gloss. super verb. locuples. in Auth. præterea. C. d. t. unde Vir & Uxor.* qui considerabit substantiam ejus qui dicit se inopem, an sufficiat ei ad victum & amictum pro qualitate personæ congruum; & è contra utrum substantia præmorientis hæredi ac Conjugi superstiti sufficiat; computatis semper illius inopis bonis in quartam, *Salicet. & Dd. in dict. Auth. præterea. & ibi Fabian. de Pepis n. 72.* ubi addit, considerandam esse qualitatem personarum: quia Nobilis non dicitur dives de eo, ex quo Rusticus dives appellatur, *arg. l. 43. de Leg. 3.* Similiter victus & vestitus quoque æstimandus est. Rustici enim non debent uti pane albo, pullis & aliis delicatis cibis, sed caseo, cæpis & fabis, ut est *Gloss. in l. 99. pr. verb. Cibariis de* Leg. 3. Ipsa successio fit unà cum Liberis communibus, alteriusve Matrimonii in quartam, si tres sint vel pauciores: quodsi plures, in virilem portionem, vulgò dicitur Kindes theil. ut tamen ejusdem Matrimonii liberis proprietatem servet, si extiterint; his verò non extantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiam Dominio, & imputabitur legatum in talem portionem, loquimur cum *alleg. Auth.* quæ fundamentaliter est

3 (margin, beside "Maritus succedit")

Qq de-

6 desumta ex *Nov.* 117. *c.* 5. Alia est successio de **J. Saxon. Nostrisque moribus** recepta, ubi primò omnium respicitur ad Pacta Dotalia, **Ehestifftungen**/ si quæ extant. Plerumque enim hodiè fieri solet, ut tempore Matrimonii contrahendi vel Sponsaliorum fiant pacta, in quibus cavetur, quid Maritus de Dote, item Uxor de Donatione propter Nuptias soluto Matrimonio lucrari, vel et-
7 iam de aliis bonis defuncti Conjugis percipere debeat. Et licet nonnulli Interpretum reperiantur, qui pacta Dotalia non valere existimant, per *l.* 5. *C. de pact. conventis. Tiraquell. Tr. de J. Primog. q.* 96. *n.* 24. de Consuetudine tamen ea valere & servanda esse, quatenus scilicet bonis Moribus non refragantur, in aprico est; cum hoc casu dispositio J. communis vel Statuti Municipalis non attendatur, quia provisio hominis facit cessare provisionem Legis, *arg. l. ult. C. d. t. Ritterſch. ad Novell. P.* 7. *c.* 18. *n.* 4. *Treutl. Disp.* 16. *th.* 6. *lit. C.*
8 ita tamen, ut ab uno Conjugum etiam altero invito & ignorante possint liberrimè revocari; quia sapiunt naturam ultimæ Voluntatis, cujus hoc proprium, ut ambulatoria sit, *l.* 4. *D. de adimend. legat. Wesenbec. in Parat. Dig. de Pact. dotal. n.* 4. Ritterschuf. *d. l. n.* 5. *Gæddeus de contrah. stipulat. c.* 6. *n.* 84.
9 Idcircò, pacta Dotalia diligenter veniunt observanda, cum LL. scriptis & consuetudinibus derogant, *Dan. Moller. ad Constit. Elect. P.* 3. *c.* 20. *n.* 1. & 10. ubi ad Scabin. Lips. responsum provocat, idemque Cameræ Imperialis præjudicia confirmat *Mynsing. Cent.* 2. *Observ.* 33. *n.* 10. *Gail. L.* 2. *Obs.* 126. *n* 3. quò facit *dict. Novell. Elect. Augusti* 20. *in pr. vers.* **wann**
10 **zwischen Eheleuten.** Atque ita quotidiè pronunciari refert *Matth. Coler. Decis.* 61. *n.* 21. Pactis dotalibus deficientibus, Statuta vel Consuetudines loci debent attendi, vi clausulæ, quam in sententionando approbat Judiciaria Fori Practica: **Ihr köntet oder möchtet dann/ daß es anders in der Ehe- stifftung**

stifftung versehen / oder aber sonst des Orths eine andere Gewonheit und Stad-Recht wäre / beweisen und beybringen / darnach würde es auch billich gehalten V.R.W. Et quidem ejus, in quo Maritus Domicilium habet, non in 11
quo Matrimonium contractum, nuptiæ celebratæ, & Dos constituta fuit, per clar. & inevitabil. text. *in l.65. D. de Judic.* adeò ut licet tale statutum fortè videatur J. communi 12
contrarium, nihilominus illi standum, quia statutum & consuetudo derogant Juri communi, eo in loco, ubi vigent, *Dd. in l.9. de J. & J. & in l.32. D. de LL.* Sed utrum statutum 13
Domicilii, quod est originis, an verò habitationis Mariti potius hîc præfertur? Finge enim, in Marito concurrere duo Domicilia: quia scilicet origine est Norinbergensis, & post contractum Matrimonium habitavit ibi per aliquod tempus, sed postea mutavit Domicilium, & contulit se Augustam, & ibi habitavit cum Conjuge, quæ ibi quoque mortua est: at in loco Domicilii non extet tale statutum, quale erat in loco Domicilii originis, v. gr. si statuto Norinbergensi Maritus lucretur dodrantem Dotis, præmortuâ Uxore; Augustano verò dimidiam tantùm, Q. quodnam Domicilium sit attendendum, an statutum habitationis mutatæ, an Originis? Canonistæ in hâc quæstione tenent, statutum Domicilii Originis, non mutati Domicilii præferri, & moventur per text. in *l.17. §.4. D. ad Municip.* ubi dicitur, quod potior sit causâ originis. *Salicetus* verò, 14
quem communiter sequuntur, *in l.1. C. de summâ Trin.* tenet 15
præcisè contrarium, & pro Domicilio habitationis respondet, quia lucrum Dotis delatum à Statuto vel Consuetudine, provenit ex morte Uxoris; adeoque debet attendi statutum loci, in quo Uxor habitavit cum Marito, & mortua est; id quod etiam suadet *d.l.65. D. de Judic* ubi locus Domicilii Mariti attenditur, in quem Uxor erat reditura. Ast hic est Habitationis. Ergó. Et hanc sententiam quoque approbat

 Hieron.

16 *Hieron. Schurff. in Repetit. l. 32. D. de LL.* Hoc loco non inelegανter quæritur: An Statutum de mutuâ Conjugis successione, etiam ad bona extra territorium statuentium sita possit extendi, ita ut superstes Conjux in bonis præmortui
17 extra districtum positis validè succedat? Resp. Neg. ubicunque enim cessat Jurisdictio statuentium, ibi nec statuti obtinet dispositio. Atqui. Ergò. Major prob. quia finita causa non potest infinitum producere effectum, *arg. l. 22. §. 1. D. de Tutor. & Curat. dat.* Minor patet ex *arg. l. ult. D. de Jurisd.*

1 Th. 10. Commemoratis paululum juxta Stilum Curiæ in successione Conjugum hodiè præsupponendis, ad Maritum, tanquam Uxoris suæ heredem mobiliarem (*vid. in h. cap. th. 3. circ. fin.*) regredimur, qui omnia mobilia solus lucratur, quæ fuerunt defunctæ tempore mortis, per text. LandR. *L. 3. art. 76.* vers. hat aber die Frau. *ibi:* der Mann behält alle fahrende Haabe. *jung. Constit. Elect. 22. p. 3. §.* wo es sich zutrüge. *verb.* weil dem Manne nach Sachsen-Recht die Fahrniß gebühret. sive sint expresse nomine dotis illata, *l. 9. §. 2. D. de J. Dot.* sive magis custodiæ Mariti, quàm dotis causâ tradita, *l. 8. C. de pact. convent.* sive stante Matrimonio ab Uxore
2 acquisita, etiam preciosa, *Coler. decis. 286. n. 47.* non verò utensilia, die Gerade oder Gerechte im Hause / LandR. *L. 1. art. 31. in pr. ubi Gloss. lat ad text. germ. lit. D. & Gloss. ordin. ibid. super verb.* Stirbt aber das Weib. Licet enim sint res mobiles tamen Maritus eas non acquirit, sed Uxor transmittit ad filias, si habet; his verò non extantibus ad proximas cognatas, auff die nechste Spielmagen / das ist / Weibesbilder / so von der Mutter angebohren sein / als Schwe-
3 stern / Schwester Töchter / oder Mutter Schwestern / & similes. Ampl. ut idem procedat quoad pecunias ex pretio

rerum

rerum soli, sub consensu tamen peculiaris Curatoris vénditarum redactas, & Marito in dotem illatas; quia initium contractus est spectandum, *l.* 1. §. 30. *D. Depositi.* quâ de re legas *Colerum decis* 57. *B. Carpzov. P. 2. Constit.* 23. *defin.* 30. *& seqq.* ubi etiam *n.* 14. monet, si Liberi adsint, non nisi decreto Magistratus alienationi interveniente, pretium Marito cedere. Subampl. etiamsi eas posteà in emtionem prædiorum convertat, quia pecunia Marito non debet esse sterilis, *arg. l.* 3. §. 4. *D. de contrar. Tut. act.* quæ aliàs sine peculio res fragilis est, *l.* 79. § 1. *de Leg.* 3. nec Marito vigilantia sua debet esse damnosa, *arg. l. ult. C. de Alluvion.* Eò refer fructus industriales pendentes in agris, vineis & hortis, LandR. *dict. art.* 76. *& L.* 2. *art.* 58. uti & Civiles, quorum dies cessit, *Berlich. p.* 3. *conclus.* 28. *seqq.* Hæc itaque mobilia, & quæ plura iis accensentur à *Georg.* Schultz. *Syn. Instit. tit. de Heredit. quæ ab Intest. rubr. de success. Conjug. p. m* 263. *in fin. & seqq.* Maritus propriâ authoritate retinere potest, deducto prius defunctæ ære alieno, *arg. l.* 39 §. 1. *D. de V. S.* §. *ult. Inst. de L. Falcid. Dn. Richter dict. loc. n.* 58. Nec quæritur de hoc Jure, an Maritus sit inops vel non; an Matrimonium cum Dote extiterit, vel non, *Schneidevv. Comm. Instit. d. tit. de Heredit. &c. rubr. de success. inter Vir. & Uxorem n.* 27. *seq.* neq; distinguitur, an defuncta reliquerit liberos primi aut secundi Matrimonii, vel heredes Ascendentes, aut Collaterales, *Zobel. ad text.* LandR. L. 1. *art.* 20. *lit. C.* Ita tamen Maritus mobilia lucratur, ut Legitima liberis & Parentibus debita, salva maneat. Unde si immobilia vel nulla prorsus adsint quidem, sed quæ ad Legitimam non sufficiant, tunc Maritus de bonis mobilibus Legitimam præstare, & quod illi deest, supplere tenetur, *Dn. Richter d. loc. n.* 32. *seq. Dd. in cap. indultum. de R. I. in* 6. *& l.* 8. *de R. I.* quia Legitima liberis debetur ex Jure Naturæ, *l.* 36. §. 2. *verb. debito naturali. C. de inoffic. testam. l.* 7. §. 1. *D. Unde liberi. l.* 7. *pr. D. de bonis damnat.* ideoque nullo

4 5 6 7 8 9 10

 statu-

statuto vel consuetudine aufferri potest, ut not. in *Auth. novissimâ.C. dict. tit.* ratio enim Civilis potest quidem Jura Civilia corrumpere, sed non naturalia, §. *ult. Inst. de Legitimâ Agnator. Tut.* Huc in terminis pertinet *l. 2. C. quæ sit long. Consuet.* de quibus vid. *D. Arumæus Disp. ad P. I. th. 12. per tot. conf. supr. P. 2. c. 2. th. 10. circa fin. ibiq. allgg. Dd. add. Schneidevv.*
11 *dict. loc. n. 30.* **immobilia** verò non Maritus, sed liberi, vel alii defunctæ Conjugis heredes lucrantur, Land R. *L. 1. art. 31.* idque ex usu & Interpretatione Juris Saxonici, ex quâ cognitio ejus potissimùm haurienda, *Pistor. quæst. 21. n. 8. jung. Constit. Elect. 21. P. 3. ibi:* als ein unbeweglich Gutt
12 auff des verstorbenen Weibes Erben. adeò, ut quamvis Uxor nihil reliquerit in mobilibus, sed immobilia tantùm, attamen Maritus nihil (nisi pacto dotali, consuetudine aut statuto aliud constitutum & introductum sit) de illis immobilibus percipiat; quod usu Practico ita observari notat *VVesenbec. in addit. ad Schneidevv. cit. loc. n. 32. lit. A.* Unde &
13 sæpè in elocandis filiabus Maritis perniciosa existit Practica, quod Dona nuptialia, & alia quæ in dotem dare volunt, in immobilia immutent, quo mortua forsitan absque heredibus filiâ, illa non Marito cedant, sed rursus ad Uxo-
14 ris heredes perveniant. Immobilibus autem connumerantur pecunia hereditaria das unvertagte Erbgeld / item Sors annuorum redituum, Jährlich Einkommen / & censuum annuorum sub pacto retrovenditionis emtorum, wiederkäufliche Zinsen / partes metallicæ, pretium retrovenditionis prædio post mortem Uxoris redempto, lecti & supellex ad publica diversoria destinata, veluti ea breviter recenset Schultz *alleg. loco p. m. 162. seq.*

CAP. IV.

CAPUT IV.

De
Rebus Pupillorum.

Th. I.

In aprico est, imperfectum Pupillorum in deliberando arbitrium, teste Philosopho *L. 1. Polit. c. ult.* & JCto in *l.* 189. *de R. I.* quod providâ Tutoris manu ex asse venit sublevandum. Principaliter quidem, personam pupilli defendendo; quò pertinet §. 4. *Inst. qui testam. Tut. d. p.* §. 6. *Inst. de Atil. Tut. l.* 14. *D. de Testam. Tut. l.* 30. *D. de administr. & peric. Tut.* minus principaliter verò Res ejusdem legitimè administrando, § 16. *Inst. de Excus. Tut.* & negociis pupillaribus authoritatem præstando, *rubr. & t. t. Inst. Pand. ac Cod. de Authorit. Tut.* Hæc ipsa Authoritatis præstatio respicit negocia, quæ pupillus agit vel cum aliis contrahit, *l.* 3. *D. de auctor. & consens. Tut.* hoc est, sese obligando; quo casu semper necessaria est Tutoris authoritas, juxta notab. l. 9. *pr. D. eod. tit.* idque non solùm in Contractibus unilateralibus v. gr. si stipulando aliis promittant, verum etiam bilateralibus, v. c. E. V. Locationibus, Conduct. Mandat. Depos. in quibus si Authoritas Tutoris non interveniat, ipsi quidem qui cum pupillis contrahunt obligantur; at invicem pupilli non obligantur, *pr. in fin. Inst. de Author. Tut.* quâ ratione claudicare dicitur Contractus, ut loquuntur Dd. & cum iis *Dn. Struve Ex. XXXI. th.* 43. scilicet, favore pupillaris ætatis, exemplo *l.* 13. §. 29. *D. de act. emt.* qui cessat in obstante *l.* 1. *med. D. de Resc. Vend.* At dicis: quod h. m. pupillus locupletetur cum alterius damno & præjudicio, contra vulgg. Jura. Resp. Neg. Hactenus enim pupillus non obligatur, quatenus in arbitrio ejus est statuere, utrum velit Contractum rescindere,

aut

aut ei ſtare, *l.* 7. §. 1. *D. de Reſcind. Vend. l.* 13. §. 27. *ſeq. D. d. t. de act. emt.* adeoque pupillus rem emtam petens, repellitur exceptione doli mali, ſi pretium dare detrectet, *ſecund. gloſſ. ad pr. Inſt. d. t. de Auctor. Tut. in voc. venditionibus.* quia favorem ætati conceſſum ad iniquum non debet trahere compendium, veluti ex Heigio rectè monet *Brunnem. ad pr. Inſt. dict. tit. de Auct. Tut.*

1 Th. 2. Et hoc de Civili Obligatione apud omnes conſtat, ac eſt in confeſſo, per §. 9. *Inſt. de inutilib. ſtipulat*: aſt
2 quoad Obligationem naturalem, difficilis & perplexa inter Noſtrates oritur quæſtio? Negat *l.* 41. *D de condict. indeb. it. l.* 59. *D. de O. & A.* Affirmat *l.* 1. *in fin. D. de Novat. l. ult. pr. D. de Jurejur. l.* 25. §. 1. *D. quando dies legat. ced. l.* 127. *de V. O. l.* 44.
3 *l.* 95. §. 2. *D. de ſolut.* Miſſis aliorum opinionibus, quas recenſet & refellit *Vultej.* L. *un. Diſcept. Scholaſt. c.* 16. inter diver-
4 ſas Impuberum ætates diſtinguimus. Nam infans, id eſt, ſeptennio minor, *l.* 18. *pr. C. de Jure deliber.* propter deficientem Intellectus uſum non multum diſtat à furioſo, *d.* §. 9. *Inſt. de inutil. ſtip. l.* 14. *D. de ſponſal.* & ideò nec cum Tutoris authoritate quicquam gerere, nec contrahendo obligari, aut obligationem ſibi acquirere poteſt, *Dn. Struve Ex. VI. th.* 39. *init.* quia neceſſe eſt, ut prius aliquid agatur, quàm Tutoris ſequatur approbatio, *arg. l.* 3. *C. de Curat. fur.* At in Infante omnis conſenſus agendi deficit, *arg. l.* 189. *de R. I.*
5 Ergò. Unde fluit, quod ſtipulari aut promittere, *l.* 1. *pr. l.* 20. *l. ult.* §. 2. *de V. O.* paciſci vel etiam tranſigere nequeant, *arg.*
6 *l.* 27. *C. de tranſact.* poſſidere tamen Infans poteſt, ſi Tutore authore cœpit, *l.* 1. §. 3. *D. de acquir. poſſeſſ.* Judicium enim infantis ſuppletur authoritate Tutoris, *l.* 32. §. 2. *D. eod. tit.* in re, quæ facti magis, quàm Juris eſſe dicitur, per ea quæ deducit *B. Ungep. Ex. Juſt. VI. q.* 5. *in Nego. n.* 6. quod utilitatis causâ eſt receptum, cum alioquin nullus ſenſus Infantis ſit
7 accipiendi poſſeſſionem, *d. l.* 32. §. 2. Non obſtat *l.* 3. *C. de ac-*

quir.

quir. heredit. l. 1. §. 13. D. de O. & A. l. 6 D. rem pupilli salv. fore.
l. 5. de R. I. alium tamen sibi etiam civiliter obligatum red-
dit, propter intellectus usum, qui in his jam incipit, & in
tantum sese exserit; quæ ratio efficit, ut adhibito Tutore vel
ipse possit ex benignâ Juris interpretatione obligari. *dd.* 9
text. Similiter pupillus pubertati proximus, licet alium si-
bi obligare etiam sine Tutoris Authoritate possit, *d. §. 9.*
Inst. de Inutil. Stipul. ipse tamen sine Tutore regulari-
ter non obligatur, ne quidem naturaliter,
l. 41. D. de condict. indebiti. l. 59. D. de O. & A. ita scilicet, ut
PERSONÆ PUPILLI noceat obligatio, ac effectu aliquo
à J. Civili sit munita. Etsi enim æquitas naturalis suadeat, 10
ut fides servetur, *l. 1. D. de pact. l. 1. D. de Constitut. pecun.* major
tamen contraria æquitas illa videtur, quæ vult, ut qui pro-
pter fragile, infirmum, & multis captionibus expositum Ju-
dicium sibi prospicere non potest, nec sibi nocere debeat,
& ideò obligationem impuberum Jus Romanum repro-
bat. Unde dicitur in *l. 29. D. de Condict. indeb.* personam Pu- 11
pilli sine Tutoris auctoritate solventis, locum facere repe-
titioni. Quod tamen in Fidejussore pro tali Impubere in- 12
terveniente limitat Scævola in *l. 127. de V. O.* utpote in quo
cessat ratio favoris & æquitatis; & quod tale damnum sibi
ipsi ac suæ facilitati imputare debeat, *l. 203. de R. I.* adeò, ut
actio quoque ad repetendum solutum contra Pupillum ei
sit deneganda, *l. 25. D. de Fidejuss.* Sed dicis: Fidejussorem ac- 13
cedere ad principalis obligationem, *§. 5. Inst. de Fidejuss.* sub-
latâ autem principali obligatione, meritò etiam tollitur
accessoria: quia accessorium sequitur naturam & conditio-
nem sui principalis. Resp. In personalibus hoc non pro- 14
cedit, per *l. 7. pr. D. de Except.* atqui Impuberis beneficium
tale Jus est, ætati ipsius concessum. Ergò. Instas: Iniquum 15
Rr verò

verò esse, ut in plus obligetur Fidejussor, quàm Reus prin-
16 cipalis, *dict.* §. 5. & *l.* 42. *D. de Fidejuss.* Resp. Neg. Minor.
neque enim in plus Fidejussor hîc obligatur, sed efficacius
& firmius, *arg.* §. 1. *Inst. d. t. de Fidejuss.* quia accessorium
(quippe firmandi gratiâ adhibitum) potentius, utique po-
17 test firmare principale debilius. Et hoc est, quod dicit *Dn.
Struve d. Exerc. II. th. 39. in fin.* quod naturalis Pupilli obli-
gatio QUOAD ALIOS cum effectu sit intelligenda, ex-
emplo Fidejussoris in *d. l. 127. de V. O. l. 95. §. 4. D. de solut. l.
ult. pr. D. de Jurejur.* Creditoris, *l. 1. in fin. D. de Novat.* Heredis,
l. 25. §. 1. D. quando dies Legat. vel Fideicomm. cedat. item Lega-
tariorum & Fideicommissariorum in *l. 95. §. 2. D. de solut.* qui-
bus imputatur, cur non vigilaverint, uti suadet *l. 16. D. ex qui-
bus caus. major. l. 21. pr. D. de peculio. l. 6. §. 7. l. 24. in fin. D. quæ
in fraud. Credit. l. 2. C. de Annali except. add. l. 19. pr. de R. I.* &
casualiter *B. Ungepauer Exerc. Just. X. q. 3. in Ajo.*

1 Th. 3. Verùm, excipiuntur à prædictâ regulâ
nonnulli casus (1) si ex ipsâ re veniat actio, vid. exemplari-
2 ter *l. 46. D. de O. & A.* (2) quando dolum malum in re alienâ
committit Pupillus, *l. 1. §. 15. D. Depositi. l. 2. D. de Fidejuss. l. 13. in
fin. D. de Dolo malo.* quia ejusmodi pupillus, qui est pubertati
proximus, etiam doli capax censetur, *l. 111. pr. de R. I.* adeo-
que malitia supplet ætatem. Adde: quod dolus nemini de-
beat patrocinari, *l. 14. D. pro socio. l. 2. in fin. D. de Doli m. &
met. except.* cum malitiis non sit indulgendum, *l. 38. D. de R.
3 V.* (3) quoties locupletatio concurrit, *l. 21. pr. D. ad L. Fal-
cid. l. 64. pr. D. ad SCt. Trebell. l. 66. in fin. D. de solut. l. 3. pr. D.
Commodati. l. 1. pr. l. 5. pr. D. de auctor. & consens. Tutor. d. l. 1. §.
15. D. Depositi. l. 95. §. 2. D. d. t. de solut. l. 3. §. 4. l. 37. pr. D. de
4 Neg. gest. l. 2. C. eod. tit.* His enim casibus, etiam sine Tuto-
ris authoritate civiliter obligatur, & quidem postremo
casu ex constitutione D. Pii, *d. l. 5. pr. in fin. D. de auctor. Tut.*

quæ

quæ obligationi naturali civile addit robur, & consen-
sum hoc casu pro pleno & perfecto habet: unde non
dativam (ut Dd. loquuntur) sed nativam ex ipso 5
contractu orientem actionem, utiliter statuimus cum
Dn. Struv. dict. th. 39. quicquid in contrarium sentiat *Anton.* 6
Matth. qui hanc Magistralem actionum divisionem præju-
dicialiter rejicit, ob rationes sequentes (1) quod etiam quæ 7
ex pacto legitimo actio competit, nasci dicatur, *l.6.D. pact.*
ast ex nudo pacto non oritur nativa, sed dativa; quia nuda
pactio non parit obligationem, uti constat ex *l. 7. §. 4. D. d.*
t. de pact. Resp. nascitur quidem quadantenus, sed materia, ex 8
quâ nascitur, non est sufficiens, ut actio inde producatur.
opp. (2) quod Jus producat omnes omninò actiones, *l.2. §.8.* 9
D. de Orig. Jur. adeoque omnes videantur esse dativæ. Resp. 10
Non omnes tamen speciali ratione Jus producit. Sic ex
pacto donationis non dabatur actio; ast ab Imp. actio deinde
lege est introducta, *vid. l. 35. §. fin. C. de Donat.* ideoque tan-
tùm est dativa.

Th. 4. Aliquando tamen evenit, ut ne quidem sola 1
Tutoris authoritas negociis Pupilli sufficiat. Exemplum
est in puncto solutionis à debitore pupilli faciendæ, quod o- 2
riginaliter suppeditat Constitutio Justiniani in *l. 25. C. de ad-*
ministrat. Tutor. ubi non aliter procedit solutio, nisi prius
judicialis sententia sine omni damno celebrata hoc permi-
serit: quo subsecuto, si & Judex hoc pronunciaverit, & de-
bitor persolverit, sequitur hujusmodi causam plenissima se-
curitas; quia non debet ex alio eventu resuscitari, quod ritè
& secundum Leges ab initio actum est. Non obstat *l. 11. C. de*
prædiis Minor. ubi Minori restitutio competit, etiam contra 3
alienationem ex Decreto factam. *add. parallelus text. in l. 2.*
C. si Tutor. vel Curator intervener. Resp. aliam rationem esse so- 4
lutionis, quæ ex necessitate fit, ut *hic*; aliam vendi-

tionis vel alterius alienationis Voluntariæ, juxta opp. texxt. confer. l. 7. §. 2. & l. 24. D. de Minor. Ratio differentiæ est, quod posteriori casu major subsit sponte contrahentis cum pupillo culpa, quàm Debitoris ex necessitate Juris solventis, & ideò contra illum facilius Restitutio conce-
5 denda, arg. l. 19. pr. de R. I. Sed regero contra datam responsionem, quod indistinctè non videatur esse locus Restitutioni, propter actionem tutelæ, quâ pupillo contra Tutorem communi & mero jure ordinariè est prospectum. Consequentia prob. quia Restitutio in integrum est extraordinarium remedium, l. 7. D. de in in Integr. restit. l. 16. pr. D. de Minor. ast ordinarium remedium facit cessare extraordinarium. Sfort. Odd. Tr. de Restit. in Integr. p. 1. q. 17. art. 6. seq. Resp. ad majorem limitando: nisi extraordinarium sit melius & pinguius. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. II. th. 1. lit. A. Atqui tale est hoc ipsum Beneficium. Ergò. add. Odd. d. q. 17. art. 2. n. 14. Hartm. Pistor. q. 1. 7. 12. n. 7. Surd. consil. 95. n. 10. B.
6 Carpz. p. 2. Const. 11. def. 43. Amplius nec post electionem prædicta actio Civilis huic Prætoris remedio præjudicet, l. ult. C. d. t. si Tutor vel Cur. interv. scilicet, ut pupillo, tanquam miserabili personæ, per LL. nostras eò magis sit cautum, & omnibus numeris absolutissimè consultum: cum tamen regulariter verum sit, viam, quâ semel intrasti, ambula.

1 Th. 5. Authoritati Tutoris cohæret rerum pupillarium administratio, Wesenbec. paratit. Dig. rubr. de administr. & peric. Tut. n. 1. quam sub Mandato generali ab ipsa Lege accipit, & quantum ad providentiam pupillarem loco Domini existit, l. 27. D. d. t. l. 56. §. 4. D. de furt. it. arg. l. 35. pr. D. de jurejur. l. 4. pr. D. de in lit jur. Bachov. ad §. 2. Inst. de Obligat. quæ quasi ex contr. nasc. Gloss. in l. 60. D. de Procurator. Dd.
2 in l. 12. C. de Transact. Ipsam gubernationem verò ita faciat

Tu

Tutor, ut respiciens ad Deum, tanquam in suis rebus sese gerat, *Nov.* 82 *c.* 8. hoc est, diligentis Patrisfam. curam in se suscipiat, *l.* 1. *pr. D. de Tut. & rat. distrah. l.* 10. *l.* 13. §. 1. *l.* 33. *pr. D. d. t. de administr. Tut. l.* 7. *C. Arbitr. Tutel.* & nihil eorum negligat, adeò, ut de neglectis statim ac delata est Tutela, te- 3
neatur, *l.* 2. *C. si Tutor vel Cur. non gess. d. l.* 7. *C. Arbitr. Tut.* quia periculo suo tunc cedit Tutela, *l.* 7. §. 1. *D. d. t. de adm. Tut.* ita, ut etiam extra ordinem pignoribus captis, vel mulctæ dictione possit Authoritate publicâ adigi, & invitus compelli, *l.* 1. *pr. &* §. 1. *D. dict. tit. de administr. Tut. l.* 3. *C. de suspect. Tutor.*
§ *pen. Inst. de satisdat. Tut.* His enim J. Civ. damnum rei im- 4
putatur, per quos stat, quò minus aliquid fiat, vel ad effectum perveniat, *l.* 151. *de R. I.* Quò spectat (1) quod Tutor ad 5
dolum, culpam latam & levem præstandam sit obstrictus, *per text. supr. allgg. jung. l.* 39. §. 6. *& seq. it. l.* 41. D. *d. t. de administr. Tut. l.* 23. *de R. I. l.* 18. *D. d. t. de Tut. & rat. distrah. l.* 4. *C. d. t. Arbitr. Tut.* Opp. (1) regula ex *l.* 5. §. 2. D. *Commod.* quod in iis 6
Contractibus, in quibus tantùm utilitas dantis versatur, præstandus sit dolus & lata culpa. Fiat subsumtio. Ergò. 7
Resp. *vid. ap. Dn. Struv. Ex. XXXI. th.* 38. *it. remissivè Ex. XIX. th.* 36. *in fin.* opp. (2) atqui JCtus in *d. l.* 1. *pr.* D. *de tut. &* 8
rat. distr. præter dolum & culpam, etiam diligentiam scribit à Tutore esse observandam: ubi autem non tantùm dolus & culpa præstanda est, sed insuper diligentia exigitur, ibi levissima culpa præstatur, juxta *l.* 23. *d. R. I.* Resp. 1. Ma- 9
jor non est universaliter vera, *vid. Dn. Struve dict. Ex. XIX. th.* 28. *vers. aliquando.* Resp. 2. ad Minorem per culpam in *d. l.* 10
1. significari eam, quæ est in committendo; per diligentiam verò culpam, quæ est in omittendo, non tamen levissimam, sed levem, uti apparet ex adjectâ diligentiæ descriptione cum §. 2. *I. quibus mod re contr. Obl. &* §. *ult. Inst. it. de societate* collatâ. Et posito, quod à Tutore exigatur diligentia exactissima, non tamen absolutè hoc evenit, nec

 sem-

16 *Hieron. Schurff. in Repetit. l. 32. D. de LL.* Hoc loco non inelegantér quæritur: An Statutum de mutuâ Conjugis successione, etiam ad bona extra territorium statuentium sita possit extendi, ita ut superstes Conjux in bonis præmortui
17 extra districtum positis validè succedat? *Resp.* Neg. ubicunque enim cessat Jurisdictio statuentium, ibi nec statuti obtinet dispositio. Atqui. Ergò. Major prob. quia finita causa non potest infinitum producere effectum, *arg. l. 22. §. 1. D. de Tutor. & Curat. dat.* Minor patet ex *arg. l. ult. D. de Jurisd.*

1 Th. 10. Commemoratis paululum juxta Stilum Curiæ in successione Conjugum hodiè præsupponendis, ad Maritum, tanquam Uxoris suæ heredem mobiliarem (*vid. in h. cap. th. 3. circ. fin.*) regredimur, qui omnia mobilia solus lucratur, quæ fuerunt defunctæ tempore mortis, per text. LandR. *L. 3. art. 76. vers.* hat aber die Frau. *ibi:* der Mann behält alle fahrende Haabe *jung. Constit. Elect. 22. p. 3. §.* wo es sich zutrüge. *verb.* weil dem Manne nach Sachsen-Recht die Fahrnüß gebühret. sive sint expreßè nomine dotis illata, *l. 9. §. 2. D. de J. Dot.* sive magis custodiæ Mariti, quàm dotis causâ tradita, *l. 8. C. de pact. convent.* sive stante Matrimonio ab Uxore
2 acquisita, etiam preciosa, *Coler. decis. 286. n. 47.* non verò utensilia, die Gerade oder Gerechte im Hause / LandR. *L. 1. art. 31. in pr. ubi Gloss. lat ad text. germ. lit. D. & Gloss. ordin. ibid. super verb.* Stirbt aber das Weib. Licet enim sint res mobiles tamen Maritus eas non acquirit, sed Uxor transmittit ad filias, si habet; his verò non extantibus ad proximas cognatas, auff die nechste Spielmagen / das ist / Weibesbilder / so von der Mutter angebohren sein / als Schwe-
3 stern / Schwester Töchter / oder Mutter Schwestern / & similes. Ampl. ut idem procedat quoad pecunias ex pretio rerum

rerum soli, sub consensu tamen peculiaris Curatoris venditarum redactas, & Marito in dotem illatas; quia initium contractus est spectandum, *l.* 1. §. 30. *D. Depositi.* quâ de re legas *Colerum decis.* 57. *B. Carpzov. P. 2. Constit. 23. defin. 30. & seqq.* ubi etiam *n.* 14. monet, si Liberi adsint, non nisi decreto Magistratus alienationi interveniente, pretium Marito cedere. Subampl. etiamsi eas posteà in emtionem prædiorum convertat, quia pecunia Marito non debet esse sterilis, 4
arg. l. 3. §. 4. *D. de contrar. Tut. act.* quæ aliàs sine peculio res fragilis est, *l.* 79. §. 1. *de Leg.* 3. nec Marito vigilantia sua debet esse damnosa, *arg. l. ult. C. de Alluvion.* Eò refer fructus 5
industriales pendentes in agris, vineis & hortis, LandR. *dict. art.* 76. *& L.* 2. *art.* 58. uti & Civiles, quorum dies cessit, *Berlich. p.* 3. *conclus.* 28. *seqq.* Hæc itaque mobilia, & quæ 6
plura iis accensentur à *Georg.* Schultz. *Syn. Instit. tit. de Heredit. quæ ab Intest. rubr. de success. Conjug. p. m.* 263. *in fin. & seqq.* Maritus propriâ authoritate retinere potest, deducto prius defunctæ ære alieno, *arg. l.* 39 §. 1. *D. de V. S.* §. *ult. Inst. de L. Falcid. Dn. Richter dict. loc. n.* 58. Nec quæritur de hoc Jure, an 7
Maritus sit inops vel non; an Matrimonium cum Dote extiterit, vel non, *Schneidevv. Comm. Instit. d. tit. de Heredit. &c. rubr. de success. inter Vir. & Uxorem n.* 27. *seq.* neq; distinguitur, 8
an defuncta reliquerit liberos primi aut secundi Matrimonii, vel heredes Ascendentes, aut Collaterales, *Zobel. ad text.* LandR. L. 1. *art.* 20. *lit. C.* Ita tamen Maritus mobilia lucratur, ut Legitima liberis & Parentibus debita, salva 9
maneat. Unde si immobilia vel nulla prorsus adsint qui- 10
dem, sed quæ ad Legitimam non sufficiant, tunc Maritus de bonis mobilibus Legitimam præstare, & quod illi deest, supplere tenetur, *Dn. Richter d. loc. n.* 32. *seq. Dd. in cap. indultum. de R. I. in* 6. *& l.* 8. *de R. I.* quia Legitima liberis debetur ex Jure Naturæ, *l.* 36. §. 2. *verb. debito naturali. C. de inoffic. testam. l.* 7. §. 1. *D. Unde liberi. l.* 7. *pr. D. de bonis damnat.* ideoque nullo

 statu-

statuto vel consuetudine auferri potest, ut not. in *Auth. novissimâ. C. dict. tit.* ratio enim Civilis potest quidem Jura Civilia corrumpere, sed non naturalia, *§. ult. Inst. de Legitimâ Agnator. Tut.* Huc in terminis pertinet *l. 2. C. qua sit long. Consuet.* de quibus vid. *D. Arumæus Disp. ad P. I. th. 12. per tot. conf. supr. P. 2. c. 2. th. 10. circa fin. ibiq. allgg. Dd. add. Schneidevv.*

11 *dict. loc. n. 30.* immobilia verò non Maritus, sed liberi, vel alii defunctæ Conjugis heredes lucrantur, Land R. *L. 1. art. 31.* idque ex usu & Interpretatione Juris Saxonici, ex quâ cognitio ejus potissimùm haurienda, *Pistor. quæst. 21. n. 8. jung. Constit. Elect. 21. P. 3. ibi:* als ein unbeweglich Gutt

12 auff des verstorbenen Weibes Erben. adeò, ut quamvis Uxor nihil reliquerit in mobilibus, sed immobilia tantùm, attamen Maritus nihil (nisi pacto dotali, consuetudine aut statuto aliud constitutum & introductum sit) de illis immobilibus percipiat; quod usu Practico ita observari notat *VVesenbec. in addit. ad Schneidevv. cit. loc. n. 32. lit. A.* Unde &

13 sæpè in elocandis filiabus Maritis perniciosa existit Practica, quod Dona nuptialia, & alia quæ in dotem dare volunt, in immobilia immutent, quo mortua forsitan absque heredibus filiâ, illa non Marito cedant, sed rursus ad Uxo-

14 ris heredes perveniant. Immobilibus autem connumerantur pecunia hereditaria das unvertagte Erbgeld / item Sors annuorum redituum, Jährlich Einkommen / & censuum annuorum sub pacto retrovenditionis emtorum, wiederkäufliche Zinsen / partes metallicæ, pretium retrovenditionis prædio post mortem Uxoris redempto, lecti & supellex ad publica diversoria destinata, veluti ea breviter recenset Schultz *alleg. loco p. m. 162. seq.*

CAP. IV.

CAPUT IV.

De

Rebus Pupillorum.

Th. I.

In aprico est, imperfectum Pupillorum in deliberando arbitrium, teste Philosopho *L. I. Polit. c. ult.* & JCto in *l. 189. de R. I.* quod providâ Tutoris manu ex asse venit sublevandum. Principaliter quidem, personam pupilli defendendo; quò pertinet *§. 4. Inst. qui testam. Tut. d. p. §. 6. Inst. de Atil. Tut. l. 14. D. de Testam. Tut. l. 30. D. de administr. & peric. Tut.* minus principaliter verò Res ejusdem legitimè administrando, *§ 16. Inst. de Excus. Tut.* & negociis pupillaribus authoritatem præstando, *rubr. & t. t. Inst. Pand. ac Cod. de Authorit. Tut.* Hæc ipsa Authoritatis præstatio respicit negocia, quæ pupillus agit vel cum aliis contrahit, *l. 3. D. de auctor. & consens. Tut.* hoc est, sese obligando; quo casu semper necessaria est Tutoris authoritas, juxta notab. *l. 9. pr. D. eod. tit.* idque non solùm in Contractibus unilateralibus v. gr. si stipulando aliis promittant, verum etiam bilateralibus, v. c. E. V. Locationibus, Conduct. Mandat. Depos. in quibus si Authoritas Tutoris non interveniat, ipsi quidem qui cum pupillis contrahunt obligantur; at invicem pupilli non obligantur, *pr. in fin. Inst. de Author. Tut.* quâ ratione claudicare dicitur Contractus, ut loquuntur Dd. & cum iis *Dn. Struve Ex. XXXI. th. 43.* scilicet, favore pupillaris ætatis, exemplo *l. 13. §. 29. D. de act. emt.* qui cessat in obstante *l. 1. med. D. de Resc. Vend.* At dicis: quod h. m. pupillus locupletetur cum alterius damno & præjudicio, contra vulgg. Jura. Resp. Neg. Hactenus enim pupillus non obligatur, quatenus in arbitrio ejus est statuere, utrum velit Contractum rescindere,

aut

1 (In aprico … ar-) · 2 (dum. Principaliter …) · 3 (Tut. Hæc ipsa …) · 4 (tit. idque …) · 5 (Resc. Vend. At dicis …) · 6 (Hactenus enim …)

aut ei ſtare, *l.* 7. §. 1. *D. de Reſcind. Vend. l.* 13. §. 27. *ſeq. D. d. t. de act. emt.* adeoque pupillus rem emtam petens, repellitur exceptione doli mali, ſi pretium dare detrectet, *ſecund. gloſſ. ad pr. Inſt. d. t. de Auctor. Tut. in voc. venditionibus.* quia favorem ætati conceſſum ad iniquum non debet trahere compendium, veluti ex Heigio rectè monet *Brunnem, ad pr. Inſt. dict. tit. de Auct. Tut.*

1 Th. 2. Et hoc de Civili Obligatione apud omnes conſtat, ac eſt in confeſſo, per §. 9. *Inſt. de inutilib. ſtipulat*: aſt
2 quoad Obligationem naturalem, difficilis & perplexa inter Noſtrates oritur quæſtio? Negat *l.* 41. *D. de condict. indeb. it. l.* 59. *D. de O. & A.* Affirmat *l.* 1. *in fin. D. de Novat. l. ult. pr. D. de Jurejur. l.* 25. §. 1. *D. quando dies legat. ced. l.* 127. *de V. O. l.* 44.
3 *l.* 95. §. 2. *D. de ſolut.* Miſſis aliorum opinionibus, quas recenſet & refellit *Vultej.* L. *un. Diſcept. Scholaſt. c.* 16. inter diver-
4 ſas Impuberum ætates diſtinguimus. Nam infans, id eſt, ſeptennio minor, *l.* 18. *pr. C. de Jure deliber.* propter deficientem Intellectus uſum non multum diſtat à furioſo, *d.* §. 9. *Inſt. de inutil. ſtip. l.* 14. *D. de ſponſal.* & ideò nec cùm Tutoris authoritate quicquam gerere, nec contrahendo obligari, aut obligationem ſibi acquirere poteſt, *Dn. Struve Ex. VI. th.* 39. *init.* quia neceſſe eſt, ut prius aliquid agatur, quàm Tutoris ſequatur approbatio, *arg. l.* 3. *C. de Curat. fur.* At in Infante omnis conſenſus agendi deficit, *arg. l.* 189. *de R. I.*
5 Ergò. Unde fluit, quod ſtipulari aut promittere, *l.* 1. *pr. l.* 20. *l. ult.* §. 2. *de V. O.* paciſci vel etiam transigere nequeant, *arg.*
6 *l.* 27. *C. de transact.* poſſidere tamen Infans poteſt, ſi Tutore authore cœpit, *l.* 1. §. 3 *D. de acquir. poſſeſſ.* Judicium enim infantis ſuppletur authoritate Tutoris, *l.* 32. §. 2. *D. eod. tit.* in re, quæ facti magis, quàm Juris eſſe dicitur, per ea quæ deducit *B. Ungep. Ex. Juſt. VI. q.* 5. *in Nego. n.* 6. quod utilitatis causâ eſt receptum, cum alioquin nullus ſenſus Infantis ſit
7 accipiendi poſſesſionem, *d. l.* 32. §. 2. Non obſtat *l.* 3. *C. de acquir.*

quir. heredit. l. 1. §. 13. *D. de O. & A. l.* 6 *D. rem pupilli salv. fore. l.* 5. *de R. I.* alium tamen sibi etiam civiliter obligatum reddit, propter intellectus usum, qui in his jam incipit, & in tantum sese exser[illegible] quæ ratio efficit, ut adhibito Tutore vel ipse possit ex b[illegible]gnâ Juris interpretatione obligari. *dd.* 9
text. Similiter pupillus pubertati proximus, licet alium sibi obligare etiam sine Tutoris Authoritate possit, *d.* §. 9. *Inst. de Inutil. Stipul.* ipse tamen sine Tutore regulariter non obligatur, ne quidem naturaliter, *l.* 41. *D. de condict. indebiti. l.* 59. *D. de O. & A.* ita scilicet, ut PERSONÆ PUPILLI noceat obligatio, ac effectu aliquo à J. Civili sit munita. Etsi enim æquitas naturalis suadeat, 10
ut fides servetur, *l.* 1. *D. de pact. l.* 1. *D. de Constitut. pecun.* major tamen contraria æquitas illa videtur, quæ vult, ut qui propter fragile, infirmum, & multis captionibus expositum Judicium sibi prospicere non potest, nec sibi nocere debeat, & ideò obligationem impuberum Jus Romanum reprobat. Unde dicitur in *l.* 29. *D. de Condict. indeb.* personam Pu- 11
pilli sine Tutoris auctoritate solventis, locum facere repetitioni. Quod tamen in Fidejussore pro tali Impubere in- 12
terveniente limitat Scævola in *l.* 127. *de V. O.* utpote in quo cessat ratio favoris & æquitatis; & quod tale damnum sibi ipsi ac suæ facilitati imputare debeat, *l.* 203. *de R. I.* adeò, ut actio quoque ad repetendum solutum contra Pupillum ei sit deneganda, *l.* 25. *D. de Fidejuss.* Sed dicis: Fidejussorem ac- 13
cedere ad principalis obligationem, §. 5. *Inst. de Fidejuss.* sublatâ autem principali obligatione, meritò etiam tollitur accessoria: quia accessorium sequitur naturam & conditionem sui principalis. Resp. In personalibus hoc non pro- 14
cedit, per *l.* 7. *pr. D. de Except.* atqui Impuberis beneficium tale Jus est, ætati ipsius concessum. Ergò. Instas: Iniquum 15
Rr verò

verò esse, ut in plus obligetur Fidejussor, quàm Reus prin-
16 cipalis, *dict.* §. 5. & *l.* 42. *D. de Fidejuss.* Resp. Neg. Minor.
neque enim in plus Fidejussor hîc obligatur, sed efficacius
& firmius, *arg.* §. 1. *Inst. d. t. de Fidejuß.* quia accessorium
(quippe firmandi gratiâ adhibitum) potentius, utique po-
17 test firmare principale debilius. Et hoc est, quod dicit *Dn. Struve d. Exerc. II. th.* 39. *in fin.* quod naturalis Pupilli obligatio QUOAD ALIOS cum effectu sit intelligenda, exemplo Fidejussoris in *d. l.* 127. *de V. O. l.* 95. §. 4. *D. de solut. l. ult. pr. D. de Jurejur.* Creditoris, *l.* 1. *in fin. D. de Novat.* Heredis, *l.* 25. §. 1. *D. quando dies Legat. vel Fideicomm. cedat.* item Legatariorum & Fideicommissariorum in *l.* 95. §. 2. *D. de solut.* quibus imputatur, cur non vigilaverint, uti suadet *l.* 16. *D. ex quibus caus. major. l.* 21. *pr. D. de peculio. l.* 6. §. 7. *l.* 24. *in fin. D. quæ in fraud. Credit. l.* 2. *C. de Annali except. add. l.* 19. *pr. de R. I.* & casualiter *B. Ungepauer Exerc. Just. X. q.* 3. *in Ajo.*

1 Th. 3. Verùm, excipiuntur à prædictâ regulâ
nonnulli casus (1) si ex ipsâ re veniat actio, vid. exemplari-
2 ter *l.* 46. *D. de O. & A.* (2) quando dolum malum in re alienâ commisit Pupillus, *l.* 1. §. 15. *D. Depositi l.* 2. *D. de Fidejuss. l.* 13. *in fin. D. de Dolo malo.* quia ejusmodi pupillus, qui est pubertati proximus, etiam doli capax censetur, *l.* 111. *pr. de R. I.* adeoque malitia supplet ætatem. Adde: quod dolus nemini debeat patrocinari, *l.* 14. *D. pro socio. l.* 2. *in fin. D. de Doli m. & met. except.* cum malitiis non sit indulgendum, *l.* 38. *D. de R.*
3 *V.* (3) quoties locupletatio concurrit, *l.* 21. *pr. D. ad L. Falcid. l.* 64. *pr. D. ad SCt. Trebell. l.* 66. *in fin. D. de solut. l.* 3. *pr. D. Commodati. l.* 1. *pr. l.* 5. *pr. D. de auctor. & consens. Tutor. d. l.* 1. §. 15. *D. Depositi. l.* 95. §. 2. *D. d. t. de solut. l.* 3. §. 4. *l.* 37. *pr. D. de*
4 *Neg. gest. l.* 2. *C. eod. tit.* His enim casibus, etiam sine Tutoris authoritate civiliter obligatur, & quidem postremo casu ex constitutione D. Pii, *d. l.* 5. *pr. in fin. D. de auctor. Tut.*

quæ

quæ obligationi naturali civile addit robur, & consensum hoc casu pro pleno & perfecto habet: unde non dativam (ut Dd. loquuntur) sed nativam ex ipso 5
contractu orientem actionem, utiliter statuimus cum *Dn. Struv. dict. th.* 39. quicquid in contrarium sentiat *Anton.* 6
Matth. qui hanc Magistralem actionum divisionem præjudicialiter rejicit, ob rationes sequentes (1) quod etiam quæ 7
ex pacto legitimo actio competit, nasci dicatur, *l.* 6. *D. pact.* ast ex nudo pacto non oritur nativa, sed dativa; quia nuda pactio non parit obligationem, uti constat ex *l.* 7. §. 4. *D. d. t. de pact.* Resp. nascitur quidem quadantenus, sed materia, ex 8
quâ nascitur, non est sufficiens, ut actio inde producatur. opp. (2) quod Jus producat omnes omninò actiones, *l.* 2. §. 8. 9
D. de Orig. Jur. adeoque omnes videantur esse dativæ. Resp. 10
Non omnes tamen speciali ratione Jus producit. Sic ex pacto donationis non dabatur actio; ast ab Imp. actio deinde lege est introducta, *vid. l.* 35. §. *fin. C. de Donat.* ideoque tantùm est dativa.

Th. 4. Aliquando tamen evenit, ut ne quidem sola 1
Tutoris authoritas negociis Pupilli sufficiat. Exemplum est in puncto solutionis à debitore pupilli faciendæ, quod o- 2
riginaliter suppeditat Constitutio Justiniani in *l.* 25. *C. de administrat. Tutor.* ubi non aliter procedit solutio, nisi prius judicialis sententia sine omni damno celebrata hoc permiserit: quo subsecuto, si & Judex hoc pronunciaverit, & debitor persolverit, sequitur hujusmodi causam plenissima securitas; quia non debet ex alio eventu resuscitari, quod ritè & secundum Leges ab initio actum est. Non obstat *l.* 11. *C. de prædiis Minor.* ubi Minori restitutio competit, etiam contra 3
alienationem ex Decreto factam. *add. parallelus text. in l.* 2. *C. si Tutor. vel Curator intervener.* Resp. aliam rationem esse so- 4
lutionis, quæ ex necessitate fit, ut *hic*; aliam vendi-

Tutor, ut respiciens ad Deum, tanquam in suis rebus sese gerat, *Nov.* 82 *c.*8. hoc est, diligentis Patrisfam. curam in se suscipiat, *l.*1.*pr. D. de Tut. & rat. distrah. l.* 10. *l.* 13.§.1.*l.*33.*pr.D. d.t. de administr. Tut. l.* 7. *C. Arbitr. Tutel.* & nihil eorum negligat, adeò, ut de neglectis statim ac delata est Tutela, te- 3
neatur, *l.* 2. *C. si Tutor vel Cur. non gess. d. l.* 7. *C. Arbitr. Tut.* quia periculo suo tunc cedit Tutela, *l.*7.§. 1.*D.d. t. de adm. Tut.* ita, ut etiam extra ordinem pignoribus captis, vel mulctæ dictione possit Authoritate publicâ adigi, & invitus compelli, *l.*1.*pr.* & §. 1.*D. dict. tit. de administr. Tut. l.*3.*C. de suspect. Tutor.* § *pen. Inst. de satisdat. Tut.* His enim J. Civ. damnum rei im- 4
putatur, per quos stat, quò minus aliquid fiat, vel ad effectum perveniat, *l.*161. *de R. I.* Quò spectat (1) quod Tutor ad 5
dolum, culpam latam & levem præstandam sit obstrictus, *per text. supr. allgg. jung. l.* 39.§.6.& *seq. it. l.*41. D.*d.t. de administr. Tut. l.*23. *de R. I. l.* 18. *D.d.t. de Tut. & rat. distrah. l.* 4.*C. d. t. Arbitr. Tut.* Opp. (1) regula ex *l.* 5. §. 2. D. *Commod.* quòd in iis 6
Contractibus, in quibus tantùm utilitas dantis versatur, præstandus sit dolus & lata culpa. Fiat subsumtio. Ergò. 7
Resp. *vid. ap. Dn. Struv. Ex. XXXI. th.* 38. *it. remissivè Ex. XIX. th.* 36. *in fin.* opp. (2) atqui JCtus in *d. l.* 1.*pr.* D. *de tut. &* 8
rat. distr. præter dolum & culpam, etiam diligentiam scribit à Tutore esse observandam: ubi autem non tantùm dolus & culpa præstanda est, sed insuper diligentia exigitur, ibi levissima culpa præstatur, juxta *l.* 23. *d. R. I.* Resp. 1. Ma- 9
jor non est universaliter vera, *vid. Dn. Struve dict. Ex. XIX. th.*28. *vers. aliquando.* Resp. 2. ad Minorem per culpam in *d. l.* 10
1. significari eam, quæ est in committendo; per diligentiam verò culpam, quæ est in omittendo, non tamen levissimam, sed levem, uti apparet ex adjectâ diligentiæ descriptione cum §. 2. *I. quibus mod. re contr. Obl.* & §. *ult. Inst. it. de societate* collatâ. Et posito, quod à Tutore exigatur diligentia exactissima, non tamen absolutè hoc evenit, nec

 sem-

ſemper contingit. ſed tùm demùm, quando ſuis quoque rebus exactisſimam adhibet diligentiam. *Dn. Struve d. Ex. XIX. th.* 24. *verſ. è contrario.* ratio eſt, quia ſalvâ fide minorem alienis, quàm ſuis rebus diligentiam nemo præſtare poteſt, *l. 32. D. Depoſiti.* Ex accidenti igitur fit, quod in hoc caſu Tutor ejusmodi diligentiam præſtet, nempe, quia eandem etiam ſuis rebus adhibet, alioquin, ſi in his exactè tantùm diligens eſſet, ſufficeret quoque eadem diligentia in
11 Rerum pupillarium curâ. Opp. (3) *l. 4. C. de peric. Tutor.* ubi ſolus caſus fortuitus excipitur. Ergò Tutor ad levisſimam
12 culpam obligatur. Reſp. 1. Neg. conſeq. Aliàs enim colligere liceret, in omnibus Contractibus levisſimam culpam eſſe præſtandam, quia de omnibus dicitur, quod caſus for-
13 tuiti non ſint præſtandi. Reſp. 2. quod Impp. ſpecialiter de caſu fortuito conſulti, etiam de eodem Reſcriptum dederint: aſt ex Reſcriptis Impp. ad certam tantùm facti ſpeciem accommodatis, ab unius excluſione ad alterius inclu-
14 ſionem velle argumentari, oppidò fallit. Opp. (4) *l. 21 C. Mandati.* ubi dicitur, quod aliena negocia exacto, id eſt,
15 exactisſimo officio debeant geri. Atqui. Ergò. Reſp. Ille text. loquitur de Mandatario, qui dum ſponte & ultrò aliena negocia ſuſcipit, tacitè videtur promittere, omnem in eâ re rectè curandâ ſe operam & diligentiam adhibiturum, atque ita ex conventione etiam leviſſimæ culpæ nomine teneri: alia verò ratio eſt in Tutore, qui non ſponte & voluntariò, ſed invitus, & ex neceſſitate legis, pupilli negocia adminiſtrat, *pr. Inſt. de excuſat. Tutor. l. 20. C. de Neg. geſt. l. ult. pr. C. de adminiſtr. & peric. Tut.*

1 Th. 6. Huc refer (II.) quod Tutor pecuniam pupillarem, ſi ſuppeditet, fœnori dare, vel in emtiones prædiorum debeat collocare, *l. 15. & ſeq. D. l. 24. C. de adminiſtr. Tut.* quia tutius eſt, adverſus omnem fortunæ in-
2 juriam, facultates pupilli in Solo conſiſtere, quàm eas amittere. *VVeſenb. dict. tit. Pandect. de adm. Tut. n. 4.* Itaque, ſi ceſſet

cesset in emendo, & pecuniam relinquat ociosam, ipse ad usuras tenebitur; *l. 24. C. de Usur. arg. l. 28. §. 1. D. de administr. Tut.* exemplo Negocium gestoris, *Dn. Struve Ex. VII. th. 50. circ. fin.* debuit enim confestim partibus suis fungi, non quidem præcipiti festinatione, sed nec moratoria cunctatione, *l. 7. §. 1. D. d. t.* Sed an idem etiam de J. Novell. dicendum? 3
Videtur quod non, per *Auth. Novissimè. C. d. t. de adm. Tut. & Nov. 72. c. 6. ibi: Sancimus nullam necessitatem esse ex Legibus Curatoris, Minorum pecunias fænerare, sed cautè reponere & reservare: quoniam melius est eis in antiquis tutamen manere, quàm usurarum appetitione, etiam antiquâ pecuniâ cadere*; accedit, quod h. m. administratio reddatur facilior, & minoribus exponatur periculis, *dict. Nov. c. 6. Gudelin. L. 1. c. 18 n. 4. seq.* Verùm, 4
hoc Jus Novell. vel non ad usum venisse, vel desuetudine observari desiisse, & ad Jus Vetus consuetudine omnium locorum recessisse, tradit *Matth. Stephani ad dict. Novell. n. 29. seq.* quem sequitur *B. Habn. ad WWesenbec. tit. de administr. Tut. n. 4. vers. Itaq; si cessat.* quia non vacat suspicione pecuniæ in rem suam versæ, qui pecuniam otiosè servavit, & occasionem pupilli pecuniam sub certis Nominibus locandi supinè neglexit. *Surd. de Aliment. tit. ult. q. 46. n. 35. Gutierez de Tutel. P. 2. c. 9. Covarruv. L. 3. Resolut. c. 2. add. B. Carpzov. p. 2. Constit. 11. defin. 22. Rauchbar. P. 2. q. 26. n. 6. Schurff. 1. Consil. 36.* Dissentientes urgent, quod nemo pro alio peccatum debeat 5
committere: ast usuras accipere est peccatum. Ergò. Resp. 6
Neg. Minor. quoad usuras compensatorias, quatenus sunt legitimæ, & ad æquilibrium Justitiæ moderatæ; eatenus omninò sunt justæ, & vel ipsi J. Divino, Nat. & Canonico consentaneæ. *B. Franzk. Ex. IX. q. 4. ibiq; B. Fielig. in Vindic. Franzk. D. Arumæus Disp. ad P. XIV. th. 14. Dn. Struve in Resolut. ad Exerc. XXVII. th. 43.* Et ita in terminis potius intervertimus Dissent. argumentum;

tum; quia tales usuræ cum charitate Christianâ optimè conveniunt, indeque Nostratibus MONTES PIETATIS audiunt. *vid. Christoph. ab Hagen Tr. de usur. c. 4. n. 74. seqq.*
7 Aliud obtinet eo casu, ubi quoad fœnerandam pupilli pecuniam, tàm in contrahendo, quàm in exigendo, Tutor omnem præstitit diligentiam, & ejusmodi Debitorem elegit, cui diligens Paterfam. crediturus fuisset: tunc nullum periculum metuit, neque incurrit, *Hartm. Pistor. L.1.q.49.* quò pertinent verba dict. *Nov. 72. c.6. in fin.* Illud insuper hic
8 quæritur: An, & quatenus Tutor, si pecuniam pupillarem in suos usus convertat, usurarum nomine teneatur? Pugnat *l. 38. D. de Neg. Gest.* cum *l. 10. §. 3 D. Mandati, & l. 26. §. 1. C. de usur.* Conciliationem distinctim suppeditat *l. 45. D. de administr. & peric. Tut.*

1 Th. 7. Similiter (III.) Tutor etiam res pupilli bonâ fide potest alienare, *l. 12. §.1. D. de administr. & peric. Tut.* cæteris tamen paribus, *Dn. Schnobel Disp. ad*
2 *P. XV. th.14.* Quid hoc sibi vult? Nimirùm, quod immobiles pupillorum res, & aliæ, quæ servando servari possunt, regulariter non alienentur, cum satis lugubre sit, Majorum imagines aut non videre fixas, aut videre refulsas, *l. 22. vers. nec verò demum. C. de administr. Tut. vid. rubr. & t.t. C. de Prædiis & aliis reb. Minor. l. 3. §.13. D. de suspect. Tutor. l. 1. & t.t. Dig. de rebus eorum, qui sub tut. ibiq. B. Hahn. n.4 Schneidevv. ad §. ult. Inst. de Author. Tut. n. 22. seqq. B. Carpzov. P. 2. Constit. 11. defin. 28. n. 1. Gail. L. 2. Observ. 72. Dn. Richter P. 1.*
3 *decis. 13. n. 11.* Hinc *Andr. de Isern. in cap. un. II. FF. tit. 3. §.1. n.9.* dicit: Melius est habere Bona Paterna, quàm eorum pre-
4 tium, quia pecunia est res fragilis, *l. 79. §.1. de Leg. 3.* Ampl. ut non solùm per venditionem rustica prædia vel suburbana pupilli Tutores alienare prohibeantur, sed neque permutatione, & multò minus donatione, vel alio quoquo modo ea

do ea transferre sine Decreto à dominio suo possint, *l. 4. C. d. t. de Præd. & aliis reb. Minor.* Imò, non tantùm dominii 5
alienationem esse prohibendam, sed etiam Ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum, vel servitutis constitutionẽ penitus prohibuit Imp. Justin. in *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* Dixi: **regulariter**: quia concurrentibus tribus requisitis à Lege præscriptis utique valet a- 6
lienatio. Est autem (1) necessitas distrahendi, ob æs fortè a- 7
lienum, quod aliter dissolvi nequit, *l. 5. §. 9. 14. D. de rebus eor. qui sub Tut. l. 12. C. de Præd. & aliis reb. Min.* vel aliam sonticam causam, *l. ult. C. eod. tit.* (2) accurata Judicis cognitio, qua- 8
lis describitur in *d. l. 5. §. 9. & seqq. D. d. t.* (3) Ejusdem De- 9
cretum solenniter interpositum, quo alienatio Tutori permittatur, *l. 6. C. d. t. B. Carpzov. & Dn. Richter dd. loc. Dn. Struve Ex. XXXI. th. 84. Dn. Philippi in usu Pract. Instit. Jur. L. 2. Eclog. 42.* latè *Octav. Simoncell. de decret. & cæt. in contract. Minor. adhib. L. 1. tit. 3. n. 17. seq.* quem sequitur *Beat. Hahn dict. n. 4.* Adeò verò necessitant prædictæ solennitates, ut si mo 10
dò aliquid defuerit, vel à Prætore falsis allegationibus sub & obreptitiè impetratum, alienatio sit ipso jure nulla, *d. l. 5. §. 15. & l. 5. C. d. t.* non attento Restitutionis beneficio, *l. 2. C. eod. conf. Dn. Philippi cit. Eclog. 42. n. 9. B. Carpzovius dict. defin. 28. n. 14. Dn. Struve alleg. loco. th. 85.* exceptis excipien- 11
dis, de quibus videatur *Dn. Struve dict. Exercitat. th. 87. B. Hahn supr. cit. tit. de Rebus eorum, qui sub Tut. n. 3. Octav. Simoncell. d. Tr. L. 3. tit. 8.*

CAPUT V.
De Rebus Minorum.

Th. I.

Puberes licet sint Minores, adhuc tamen ejus ætatis, ut sua 1
Negocia tueri non possint, *pr. Inst. de Curator.* propter *l. 1.*

pr. D. de Minor. ideoque Curatores accipiunt, aſt volentes, non inviti, §. 2. *Inſt. d. t. l.* 43. §. 3. *D. de Procurat. l.* 2. §. 4. 5. *D. qui pet. Tutor. l.* 6. *C. eod. l.* 13. §. 2. *D. de Tutor. & Curat. dat. &c.* præterquàm in litem, & quibusdam aliis caſibus,
2 *vid. D. Struv. Ex. ad P. XXXI. th.* 7. *it.* 37. Et hactenus dicitur rectè ex mente *Cujac. & Duaren.* quod non debeat committi Minoribus rerum ſuarum adminiſtratio, quamvis be-
3 nè rem ſuam gerentibus, *d. l.* 1. §. *ult. D. de Minor.* Quam interpretationem videntur ſuadere proximè ſequentes duæ Leges, videlicet *l.* 2. *& l.* 3. *D. eod. tit.* quia poſterior æque ac *l.* 1. ex eodem *Ulp. L.* 11. *ad Edictum* eſt deſumta. Utraque igitur de eo Minore venit accipienda, qui jam volens habet Curatorem, non verò cui Curator eſt dandus: eò ſpectat *l.* 33. §. 1. D. *de adminiſtr. & peric. Tut. add. Baro, Giphan. VVeſenbec. Heig. Harprecht & Dd. communiter ad dict.* §. 2.
4 *Inſt. de Curator.* Proinde abſque ſui Curatoris conſenſu Minor nihil quicquam alienare vel obligare poterit, *l.* 3. *init. C. de in Integr. reſtit. Min.* cum non abſimilis ei habeatur Minor Curatorem habens, cui à Prætore Curatore dato bonis interdictum eſt, *d. l.* 3. Atqui prodigi Contractus ipſo Jure nullus exiſtit, *l.* 6. D. *de V. O.* Ergò. *vid. l.* 16. §. 3. D. *de Min.*
5 Huc facit, quod non minus Minori, quàm pupillo, per dationem Curatoris adimatur bonorum ſeu rerum adminiſtratio, *l.* 1. D. *de Curat. fur.* adeoque & obligatio, à quâ jus alienandi divelli nequit, *d. l.* 6. D. *de V. O. arg. l.* 21. *ibiq.*
6 *Gœdd. de V. S. l.* 3. *pr.* D. *de O. & A.* non tamen merè perſonalis in facto conſiſtens, putà ſi ſponſalia aut Nuptias per ſtipulationem contrahat, *arg. l.* 35. §. 1. D. *de V. O. & l.* 2. D. *de ſponſal.* de quo caſu non incommodè intelligimus famoſam *l.* 101. D. *de V. O.* quam explicationem veriſimiliter ju-

juvant verba : *possunt ex stipulatu.* Rectè : quia talis obligatio 7
personam Minoris afficit, ad quam Curator non venit,
l. 20. D. de Rit. Nupt. l. 8. C. de Nupt. vid. supr. P. 1. c. 5. n. 6. seq.
Non obstat, quod pro Minore dos sit danda, & impendia 8
ad Nuptias facienda; hæc enim & similia, quoniam Rerum 9
administrationem concernunt, ad officium Curatorum
pertinent, *l. 52. D. de administr. Tutor. l. 9. C. eod. l. 28. C. de J. Dot.* Alii aliter *d. l. 101. de V. O.* explicant. *vid. B. Franzk. Exercitat. III. q. 5. n. 12. seq. ibiq. B. Fiebig. in Vindic. Frantzk. circa fin.* Satis plausibiliter. Nam & pupillus eo casu, ubi contra- 10
hendo rem suam efficit meliorem, sine Tutore ad obligandum rectè procedit, *Dd. ad l. 127. de V. O.* & cum iis *Gædd. de contrah. stipulat.* Ergò & Minor, utpote cujus perfectior est intellectus, & gerendorum negociorum Judicium obfirmatius, *arg. l. 5. D. qui Testam. fac. poss. pr. Inst. de Nupt.*

Th. 2. Hæc solida etiam est causa, cur Minori invito 1
olim Curator non fuerit datus, & aliquatenus ut habilis ad
contrahendum solus admissus, *arg. l. 16. §. 3. D. de Minor.* læsus verò Restitutione in Integrum extra ordinem sit juvandus, *l. 3. in fin. C. de in Integr. restit. Minor.* veluti suadet *l. 1. pr.* 2
D. d. t. de Minor. Num adeò benè & rectè? Resp. quòd sic, quia præceptum Juris est, suum cuique tribuere, *l. 10. §. 1. de Just. & Jur.* & quod nemo contra æquitatem naturalem debeat cum alterius damno locupletari, *l. 14. D. de condict. indeb. l. 206. de R. I.* Opp. (1) Imò præcipuæ æquitatis est, pa- 3
cta servari, *l. 1. D. de pact. l. 1. D. de pecun. constit.* Atqui hîc semel inita fiunt nulla, uti patet ex *t. t. C. si adversus Donat. & t. t. C. si adversus rem judic.* Ergò. Resp. ad Majorem: pacta serva- 4
ri in genere quidèm est æquum; in specie autem omnia servari, etiam quæ continent læsionem & damnum alte-

5 rius, videtur periniquum. Opp. (2) quod contractus sint ab initio voluntatis, ex post facto fiant necessitatis, *l.* 17. §. 3. D. *Commod.* adeoque nec valebit Minoris contra contractum
6 Restitutio. Resp. Non quævis voluntas, sed deliberata & cum judicio agentis confirmata in obligationibus prærequi-
7 ritur. Ast talis in Minore deficit. Ergó. opp. (3) Quodcunque remedium est odiosum, illud non potest dici cum æquitate esse conjunctum. Atqui hoc beneficium Minoribus indultum est tale. Ergò. Minor prob. quia auffert Creditoribus Jus quæsitum, quod nemini est aufferendum, *arg.*
8 *l.* 11. *de* R. *I. l.* 74. *eod.* Resp. ad Minorem neg. Nullum enim Jus quæsitum contra mentem disponentium est statuendum. Jam subsumo: quod Minor in ejusmodi Contractum, ubi vel ex lubrico ætatis est lapsus, vel dolo Adversarii circumscriptus, non videatur consentire. Ergo. Ideoque potius intervertimus argumentum. Et posito, quod aliquod odium hîc subsit respectu fortè Adversarii, contra quem fit Restitutio; tamen favorabilis est & manet respectu Minoris Restitutionem impetrantis: quia deceptis, non decipientibus Jura subveniunt, *arg. l.* 2. §. 3. D. *ad SCt. Vellej.* & frustra Legis auxilium implorat, qui contra eam peccat, secundum jura vulgata in *l.* 37. *in fin.* D. *de Minor. l.* 47. *l.* 48. §. 1. D. *de Rit. Nupt. l.* 4. *in fin.* D. *quib. ad libertat. proclam. non lic.* it. dolus nemini debet patrocinari, *l.* 14. D. *pro socio*, *l.* 2. *in fin.* D. *de Doli M. & Met. except.*

1 Th. 3. Nec solùm Minori, sed & Aliis quoque ex ipsius
2 personâ prodest Restitutio. Ita Restitutionem petit (1) Procurator ejus, cui nominatim id mandatum est, aut qui rem ratam Dominum habiturum cavit, *l.* 25. §. 1. *l.* 26. *pr.* D.
3 *de Minor.* (2) Heres Minoris, licet sit major, *l.* 18. D. *eod.* quia Restitutio hîc datur ad rem, & ratione negocii gesti: heredis autem nomine venit etiam ille, cui restituitur Hereditа-
4 tis successio, *Zas. ad Dig. dict. tit. n.* 49. (3) Pater, si præsuppo-

fupponimus peculium caftrenfe. Hinc, fi Filius fit deceptus circa ea, quæ funt ipfius peculii, Reftitutionem meretur, eaque ejus nomine Patri, tanquam heredi non eft deneganda, quippe qui in Caftrenfi Peculio quafi heres fuccedit Filio, *l.3.§.9. D.d.t.* Imò vel vivente Filio de eo tenetur, *l.27.pr.D.eod.* Atqui datur actio ei cujus intereft, præfertim conjunctæ perfonæ, *l.1.pr.D. de liberali cauf.* Ergò. Aliud verò dicendum quoad profectitium, quod eft Patris etiam in vitâ Filii, *d. l. 3.§.4.* D.*d.t.* adeoque ceffante ratione legis, meritò ceffat legis difpofitio, *arg. l. 108. pr. D. de V.O.* Quid autem de Fidejuffore ftatuimus? Ne- 5
gant *l. 13. pr. D. de Minor. l. 7. in fin. D. de Except. l. 35. D. de re-* 6
cept. qui Arbitr. recept. l.1.l.2. C. de Fidejuff. Minor. Affirmat *l.51.* 7
D. de Procur. l. 89. D. de acquir. Hered. l. 2. §. 1. D. de adminiftr. Tut. l.3.§.4. verf. fed an hoc. D. d. t. de Minor. Varii variè refp. & quidem (1) nonnulli cum *Accurfio in d. l. 51.* dift. h. m. Aut 8
Creditor, qui cum Minore contraxit, non poteft aliter indemnis effe, nifi faltem adverfus Fidejusforem ei actio detur: aut poteft. Priori cafu dicunt, Reftitutionem Fidejuffori non prodeffe, fed efficaciter poffe cum eo agi, quia Creditor ob hunc ipfum metum Reftitutionis, fidejusforem à Minore accepit, *d. l. 13. pr.* Pofteriori verò cafu, ubi eft falva Creditori judicii in alium translatio etiam Fidejusfori prodeft Minoris Reftitutio, juxta *d.l.51. D. de Procurat. & reliquos pro affirmativa opinione adductos texxt. Maurit. de Reftit. c. 14. n. 9. Barbofa & plures allgg. in d.l. 2. de admin. Tut. n. ult.* Aliter refp. *VVifenbach. Difp. ad Pand. XIV. P. 1. th. 16.* ubi ita format diftinctionem: Aut dolo adverfarii Minor eft cir- 9
cumfcriptus, & tunc prodeft reftitutio Minoris Fidejusfori; aut inconfultâ facilitate, & tunc non prodeft, *d. l. 13. pr. D. de Minor. d. l. 2. C. de Fidejuff. Minor. d.l.7. §. fin. D. de Except.* Ratio differentiæ eft, quia illo cafu ceffat ratio, quod

ſcilicet hoc beneficium ſit perſonale, it. quod Fidejuſſor
ſcire debeat, pro quo fidejubeat, *arg. l. 19. pr. de R. J. Fran-
ciſc. Caldas de Pereura in l. 3. verb. Minoribus n. 42. C. de in
integr. Reſtit. Minor. Hering. Tr. de Fidejuſſ. c. 27. p. 4.
n. 28. add. Criſtinæus Vol. 2. Deciſion. Belg. 122. n. 6. &
7. Anton. Faber L. 8. Conjectur. c. 3. ad d. l. 13. D. de Minor.* h.
10 m. diſtinguit: utrum Fidejuſſor pro Minore intervenerit,
tanquam pro alio quolibet; an quaſi pro Minore & con-
templatione Juris Prætorii, id eſt, ob eam duntaxat cau-
ſam, ut Creditori cautum eſſet, qui alioquin propter Reſti-
tutionis metum cum Minore non contraxiſſet. Priori caſu
prodeſſe putat Fidejuſſori Reſtitutionem à Minore impe-
tratam, perinde ac ſi à Majore eſſet impetrata; poſteriori
11 verò caſu non. Alii pro regula ponunt, Fidejuſſores Mi-
norum Reſtitutione non juvari, quaſi ſuâ conventione hoc
auxilium repudiaſſe videantur, *l. 13. pr. D. de Minor.* Et ideò in
l. 3. §. 4. D. eod. tit. dicitur, Interdum etiam Fidejuſ-
ſori hoc beneficium prodeſſe: unde ſanè colligitur regu-
lam eſſe in contrarium. Excipiunt autem caſum, quando
Fidejuſſor intercedit pro Minore certæ perſonæ qualita-
tem induente, quam deinde exuit beneficio ætatis, veluti ſi
fidejubeat pro Minore, tanquam defenſore alienæ litis, &
promittente judicatum ſolvi, ut in ſpecie *d. l. 89. D. de acquir.
hered.* eum enim qui pro his, quatenus tales ſunt intervenit,
aperte id agere, ut ne teneatur, depoſitâ hâc qualitate, do-
12 cet *Donell. L. 21. Comm. c. 14. Vinn. L. 1. Select. Qq. c. 11.* Multò mi-
nus tenebitur Fidejuſſor, ſi Minor ei juratò promiſerit in-
demnitatem; aliàs enim nec ipſi Minori prodeſſet Reſtitu-
tio contra Principalem, i. e. Creditorem, cum nihilominus
propter juratam promiſſionem teneretur Fidejuſſori ſolve-
re, *Sfor. Odd. Tr. de Reſtitut. q. 48. art. 4. Gutierez P. 3. de Juram.
13 confirm. tit. 15. n. 16. & ſeqq.* Prædictis tamen in genere obſtat,
quod generalis ſit regula: In omni actu liberationis, libera-

to Reo principali, liberari etiam accessiones, *l.* 43. D. *de solut.* Fidejussoris obligatio est accessoria, *l.* 3. *l.* 34. D. *de Fidejuss.* Ergò. Resp. ad Majorem: illam regulam procedere, 14
quando principalis obligatio vel ipso J. tollitur, aut per exceptionem J. communi competentem submovetur, qualis est exceptio pacti, Rei judicatæ, & similes: secus verò est, quando manente obligatione tàm naturali quàm civili, persona Rei duntaxat subducitur, sicut fit, cum Minor restitutione utitur, *l. ult.* D. *de duob. Reis. vid. Arum. Disp. ad P. VI. th.* 3. *Dn.* D. *Beier, Jenensis in Not. super Harmon. Struvio Schnobel.* Disp. *IV. th.* 8. & exemplariter de personâ Impuberis s. pupilli *cap. præc.* 4. *th.* 2. *circ. fin.* Sed quæritur: An Fide- 15
jussor heres defuncti Minoris ante Restitutionem ex ejus capite possit eam petere? Quod videntur aliqui velle indi- 16
stinctè, inter quos est *Rebuffus Tom.* 2. *de Restit. art.* 2. *glos.* 3. *n.* 7. quia in locum Minoris ut heres succedit, *l.* 95. §. 3. D. *de solut.* peremtâ Fidejussoriâ obligatione, *l.* 5. *pr.* D. *de Fidejuss.* Verùm, hæc sententia in illis tantùm casibus procedit, qui- 17
bus Fidejussor accessit simpliciter, tanquam pro Minore: nam si intuitu J. Prætorii accesserit, etsi perimatur obligatio fidejussoria, iniquum tamen foret, ideò in damno morari Creditorem, qui ob hoc ipsum Fidejussorem accepit, ut sibi consuleret adversus periculum & eventum Restitutionis, *l.* 3. *pr.* D. *de Separat. add. Anton. Faber dict. L.* 8. *Conjectur. c.* 4.

Th. 4. Restituitur Minor regulariter contra quæ- 1
cunque cum ipso gesta, in quibus ob lubricum ætatis lapsus aut læsus est, *l.* 1. §. 1. *l.* 7. *pr. l.* 11. §. 2. *l.* 38. D. *de Minor.* Huc refer 2
NEGOCIA EXTRAJUDICIALIA, e. gr. si læsus sit in emendo vel vendendo; quod fit, quando quidem Curatore præsente Contractus est gestus, ipse autem Minor per Curatoris sordes, gratias, aut insidias fuerit circumventus, *d. l.* 7. § 8. D. *eod. l.* 2. C. *si adv. vers. Vendit.* Nam si per se nulla sit E. V. 3
tunc

tunc cessat Restitutionis remedium, quia ipso Jure Minor est tutus & mero jure ordinario munitus, adeoque non indiget Restitutione in Integrum, quod est remedium extraordinarium, *l. 7. D. de in Integr. Restit. l. 16. pr. D. de Minor.* Quid enim petat, cum nihil sit, quod à Prætore in pristinum
4 statum restitui debeat? Est autem ipso Jure nulla E. V. v. gr. si rei immobilis venditio non fuerit facta legitimè, hoc est, interposito Judicis Decreto, *l. 6. l. ult. C. de præd. & aliis reb. Min.* item prævià justâ causæ cognitione, *l. 11 C. d. t. de Minor. l. 5. §. 9. 10. l. 7. §. 3. D. de reb. eor. qui sub tut. &c.* vel saltem sub obreptitio Magistratus decreto, *l. 5. C d. t. de præd.* Minor. *l. 5. §. 15. d. t. de rebus eorum &c.* quia paria habentur, aliquid prorsus non fieri, vel fieri, sed non legitimo modo, *l. 6. D. qui*
5 *satisd. cogant.* Limitatur tamen, nisi Minor contractum juramento confirmaverit, quoniam Prætor non vult esse Au-
6 thor perfidiæ aut perjurii, *l. 1. C. si advers. Vendit.* Non obst. *l. 5*
7 *C. de LL.* Resp. Textus loquitur de actu vel contractu contra Legem inito, ut si Minor velit alienare rem immobilem sine Judicis decreto: talis Contractus est ipso Jure nullus, *l. 2. C. d. t. de Præd.* Minor. quia est LL. contrarius. *rubr. & t. t. Dig. de rebus eorum &c. rubr. & t. t. Cod. de præd.* Minor: ast Nos loquimur de Contractu, qui ipso J. valet & contra quem Minor posset in Integrum restitui, nisi jurasset, *Gloss. in dict. l. 1.* quippe summa est Jurisjurandi religio, *l. 1. D. de Jurejur.* cujus observandi potior causa visa est, quàm ejus, qui captus læsusve, in integrum restituendi. *Perez in Cod. d. t. si*
8 *adv. Vendit. n. 3.* Quod multò magis hodiè procedit, juxta *Constitut. Imp. Friderici in celebri Authent. Sacramenta Puberum.*
9 *C. d. t. si advers. vendit.* etiamsi nulla fuerit facta Minori super hoc Beneficio certioratio; quia in Juramento semper præsumitur deliberatum jurantis propositum & consilium, *Anton. Gomez* L. 2. *Resolut.* 14. *n.* 18. *Maurit. d. Tr. de Restit. cap.* 113. *Bernhard. Greve L. 2. Conclus. pract.* 41. *n.* 4. *Gutierez ad d. Auth. n.* 113.

n. 11. *Br. ibid. n.* 16. *& citati à Gail. L.* 2. *Obs.* 41. *n.* 5. *Augustin. Barbosa cum allegg. in dict. Authent. n.* 14. Accedit, quod eo ipso, dum Juramento affirmat Minor, se contractum non retractaturum, beneficium suum amittat, exemplo Mulieris, quæ pro alio sub Juramento intercedit, *cap.* 9. *X. de Jurej.* Dissentientibus satisfacit *Gail. dict. Observat.* 41. *n.* 2. 10
seqq. An verò Contractus ex tali causâ nullus, ob quam vel 11
à Majori celebratus esset invalidus, si à Minore jurató fuerit confirmatus, subsistat, quærunt Interpp? Neg. *arg. dict.* 12
Authent. verb. per vim. Et ita tenent Dd. communiter. *Sichard. in d. Auth. Seraphin de Seraphinis Tr. de Privileg. Juram. privil.* 83. *n.* 43. *Covarruvias in cap. quamvis. X. de pact. P.* 3. §. 4. *n.* 6. *Surd. consil.* 283. *Paul. Christinæus Vol.* 5. *Decis. Belg.* 225. *Perez. d. loc. n.* 6. *Dn. Struve Ex. ad P. VIII. th.* 54. *ibiq. in Resolut.*

Th. 5. Eadem Restitutionis causa Minori competit, 1
sive læsus fuerit in solvendo, *l.* 2. *C. si adv. solution.* sive solutionem acceptando, *l.* 7. §. 2. *D. de Minorib.* nullo interposito Judicis decreto, quod præcisè ad hunc actum prærequirit famosa *l.* 25. *C. de administr. Tut.* Neque enim placet Illo- 2
rum sententia, existimantium, hujusmodi actum esse ipso jure nullum, ideò, quod non sit observatus modus in *d. l.* 25. præscriptus, veluti h.m. pronunciasse Facultatem Juridicam Lipsiensem notat *Berlich. P.* 1. *decis.* 78. *n.* 9. & 10. Ve- 3
rùm negatur consequentia: quia modus iste solùm præscribitur, ut eò magis in tuto sit Debitor, ne aliàs Minor contra solutionem factam impetret Restitutionem. Ergò isto modo non observato, locus erit Restitutioni. Atque secundum hanc sententiam respondisse Scabinos Lipsienses, *Idem* notat *Berlich. dict. decis.* 78. *n.* 18. Priusquam verò Resti- 4
tutio in hoc juris puncto decernatur, causæ cognitio etiam h. l. est necessaria, *l.* 1. *C. d. t. si adv. solut.* scilicet, ut sit justa v. gr. si dolus Curatoris intervenerit, item si pecuniam ac-

Tt ceptam

ceptam inutiliter consumserit, vel eam perdiderit, quia Debitor non ritè solvit juxta præfatum dictæ Constitutionis modum, adeoque damnum contra ipsum venit interpretandum, *l. 203. de R. l.* Nam si salvam adhuc habet Minor pecuniam, aut etiam casu perdidit, non debet Minori amplius Restitutio concedi, nec idem bis exigi contra naturalem æquitatem, quæ vult neminem cum alterius dam-
6 no locupletari, *l. 14. D. de condict. indebiti. l. 206. de R. l.* Et hoc est, quod dicunt LL. Minorem hoc casu iteratò pecuniam petentem, exceptione doli mali esse submovendum, *vid. §. 2. circa fin. quib. alien. lic. vel non l. 15. l. 47. pr. D. de solutionib. l. 4. D. de Except.* licet fortè res istâ pecuniâ solutâ necessariò comparata non amplius extet, *arg. l. 3. §. 7. de in rem verso. Dn. Struve Exerc. XLVII. th. 61.*

1 Th. 6. Ita etiam restituitur Minor adversus donationem, quam ipse vel Pater ejus eo consentiente de rebus Minoris, putà Maternis fecit, cum eadem in donatione, quæ in contractibus obtineat ratio, imò major, quia Donatio non habet synallagma, *VVesenbec. in Parat. rubr. de Donat. n. 1.* neque utilis est Minori, sed potius cum damno ipsius conjun-
2 cta. Quod in Donatione simplici, præprimis rerum mobilium, plus satis est manifestum & tralatitium.
3 Nam si prædium vel aliud quid immobile sine Prætoris Decreto fuerit donatum, quo tamen opus esse declarat *l. 22. C. de administrat. Tut.* tunc non indiget Restitutione, quia donatio est ipso Jure nulla, *l. 1. C. si advers. donat. l. 4. l. 8. C. de præd. & aliis reb. Minor.* utpote contra præscriptum
4 *d. l. 22*, facta, licet sit remuneratoria; quippe justa alienandi causa non excludit Judicis Decretum, sed ut de eâ constet, opus est cognitione & Decreto. *Pinell. in l. 1. C. de bon. Matern. P. 3. n. 62. illatione 21. Tiraquell. in l. 8. verb. donat. n. 19. C. de revoc. Donat.* Igitur ut Restitutio decernatur, valida

da esse debet Donatio, & læsus Minor, e. gr. si Curatore authore immodicam rerum mobilium donationem propter nuptias sive Doarium, hoc est, Dotalitium, vulgò Leibgedinge/ Minor constituerit, *arg. l. 1. verb. congruenti moderatione. C. d. t. si advers. Donat. Sfort. Odd. Tr. de Restit. in integr. q. 58. art. 4. Paulus Crisinæus Volum. 2. Decis. Belgic. 125. n. 15. & seq.* ubi casum refert notabilem, quo ita in Judicio pronunciatum. Dissentiens *Grenevvegen Tr. de LL. abrogat. ad d. tit. C. si advers. Donat.* oppon. (1) quod Restitutionem postulans, 6
alium quoque in integrum & priorem statum restituere debeat, *l. 24. §. 4. D. de Minor.* ast illud contracto Matrimonio propter Vinculi indissolubilitatem fieri nequit. Ergò. Ve- 7
rùm resp. ratio hæc est impertinens, & extra circulum. Neque enim opus est, ut Matrimonium dissolvatur, sed solùm Donatio propter nuptias ad congruam moderationem reducitur. opp. (2) quod ætatis obtentu decipiatur 8
Sponsa, quæ aliâ quàm ante nuptialis contractus lege fortè Viro non nupsisset, *l. 9. §. 1. D. de condict. c. d. c. n. s.* Resp. 9
Neg. Minor. quia amorem conjugalem ex immodicâ donatione non decet æstimare, sed potius ex Conjugum affectu, *l. 3. pr. D. de Donat. int. V. & U.* (3) *Idem ibidem* urget, quod 10
vel absque dotalibus Instrumentis licitum sit Minori contrahere Matrimonium: quo casu omnium bonorum communionem introduci existimat, per *l. 1. D. Rer. amot. l. 4. C. de crimin. expilat. hereditat. l. 1. §. 15. D. de SCt. Silan.* multò magis igitur Matrimonium iniens Doarium promittere licebit. Resp. Ista communio tantùm pertinet ad usum ali- 11
quem quoad Societatem conjugalem necessarium, *Dn. Struve Ex. ad P. XXIX. th. 56. circa init.* adeoque tunc nulla subest læsio, & per conseq. cessat Restitutio. Quemadmodum 12
& de cætero cessat in donatione sub congruente moderamine factâ, *l. 1. C. d. t. si adv. donation.* Unde honoraria Præ- 13
ceptoribus data, item solennia munera cognatis missa, pro

facultate Patrimonii & dignitate Natalium, restitutioni haud sunt obnoxia, uti ex *l.* 12. §. *pen. D. de administr. & peric. Tutor.* rectè notat *Zæsius in Comm. ad Dig. tit. de Minor.*
1 Th. 7. Similiter contra Transactionem & divisionem datur Minori Restitutio, per *rubr. & t.t. C. si advers. Transact. &c.* Restitutio autem ita facienda est, ut unusquisque in integrum Jus suum recipiat, *l.* 24. §. 4. *D. de Minor. Mauri-*
2 *tius de Restitut. cap.* 210. & 233. Sicut igitur Minor actionibus, quas pridem habuit, de novo utitur ac si nulla præcessisset transactio, *l.* 1. *C. d. t.* pari æquitatis ratione Adversario quoque restituendæ sunt pristinæ actiones contra Minorem competentes, ex Rescripto DD. PP. in *l.* 2. *C. d. t.*
3 Quod verum est in iis speciebus, quæ inter se cohærent, e. gr. si adversus Venditionem restituatur Minor, Adversario etiam pretium redditur, *d. l.* 24. §. 4. *D. de Minor.* si adversus Transactionem reddatur etiam à Minore, quod ejus causâ accepit, *Sfort. Odd. d. Tr. de Restit. p.* 1. *q.* 44. *Caldas de Pereura in l.* 3. *verb. læsis. n.* 153. *C. de in integr. restit. Minor.*
4 At si quæ non cohæreant, ea nec intelliguntur Adversario restitui, e. gr. si Minor restituatur in Judicio Tutelæ, non intelligitur Tutor restitutus in contrario tutelæ judicio, *l.* 28. *D. d. t. de Minor.* quia directa & contraria Tutelæ actio invicem non cohærent. *Dn. Struve in solut. Dubior.*
5 *circa LL. per indicinam verborum: Atqui: Imò: ad d. l.* 28. Illud non interest, ut enormis sit læsio, contra quam hic conceditur Minoris Restitutio, quia hoc in *t. t. C. si advers. Transact. item l.* 1. *C. si advers. vendit. pignor.* non desideratur, *Odd. d. p.* 1. *q.* 66. *n.* 23. *Dn. Brunnemann in Comment. Cod. ad d. l.* 1. *si ad-*
6 *vers. Transact.* Sed dicis: quasi verò constet, quod *l.* 2. *C. de Rescind. Vendit.* in Transactionibus habeat locum, cum in re dubiâ & incertâ, super quâ fit transactio, *l.* 1. *D. de Transact.*
7 non possit constare de enormi læsione. Resp. benè: si non potest

poteſt æſtimari læſio, neque etiam obtinet *d.l.2.* Remedium. Imò causa in qualitate ſuâ dubia, poteſt quodammodò æſtimari, & ſub eo reſpectu læſio enormis probari. Atque 8
hæc affirmativa in terminis terminantibus concepta, placet quoque *Sereniſſ. Elect. Auguſto in Novellis ſuis P. 2. Conſtit. 34. vid. Dn. Richter P. 2. Deciſ. 99. n. 54. & ſeqq. Dn. Struve Ex. VI. th. 67. ibiq; in* Reſolut. ubi ad reliquos Diſſentientium textus obſtantes in hâc præjudiciali controverſiâ reſpondet.

Th. 8. Item reſtituitur Minor in puncto Hereditatis, 1
ſi eam tanquam damnoſam adierit, quæ ipſi lucroſa fuit viſa, *l. 1. C. ſi Minor ab heredit. ſe abſtin.* modò (1) res adhuc ſit 2
integra, id eſt, nondum diſtracta; quod verum eſt in extraneo Minore omittente, *l. 24. §. 2. D. de Minor.* non verò ſuo herede, *l. 6. C. de repud. hered. Odd. p. 2. q. 63. art. 1.* & (2) con- 3
vocati fuerint Creditores, *Auth. ſi omnes. C. d. t. ſi Minor ab hered. &c.* Ampl. licet ſub beneficio Inventarii hereditas fuerit adita. *Odd. d. p. 2. q. 92. Anton. Gomez Var. Reſol. tom. 2. reſol. 1. cap. 14. n. 4.* At dicis: hoc caſu veriſimiliter ceſſare læſio- 4
nem, quia tunc heres ultra vires hereditatis non tenetur, *§. 5 Inſt. de Hered. qualit. & differ. l. ult. C. de J. deliber. Nov. 1. c. 2.* adeoque etiam ceſſabit Reſtitutio. Reſp. Neg. conſeq. 5
quia Hereditas vel ſufficiens æri alieno, poteſt eſſe pluribus difficultatibus implicita; unde & Minor meritò juvatur. Imò licet poſteà Major fuerit factus, adhuc poteſt reſtitui 6
contra aditionem, quatenus ſcilicet actus, qui in majori ætate ſunt celebrati, dependent à primo aditionis actu, & in ejus conſequentiam fuerint ſubſecuti, *l. 3. §. 1. & 2. D. de Minor.* ſecus ſi eſſent diſtincti, & à primo ſeparati. *Franciſc. de Barry Tr. de ſucceſſ. teſt. & inteſt. L. 11. tit. 23. n. 5. Dn. Struve Ex. VIII. th. 52.* Hic Q. An heres Minoris poſſit in integrum 7
reſtitui adverſus immixtionem à Minore defuncto factam? Neg. Quamvis enim aliàs Jus petendæ Reſtitutionis ex ca- 8
pite ætatis Minoris ad heredem quemlibet transmittatur,

l. 18. *l.* 19. *D. de Minor.* hoc tamen casu ad abstinendum non potest dari heredi Restitutio, quia abstinendi beneficium suis heredibus indultum est merè personale, *l.* 12. *D. de acquir. hered.* nec ad eorum heredes transitorium, *l.* 28. *D. de reb. authorit. Jud. possid. Anton. Fab. L.* 2. *Cod. Hadriani tit.* 25. *defin.* 5.

9 Sed etsi omiserit hereditatem Minor, abstinendo aut repudiando locupletem, nihilominus competit Restitutio, *l.* 1. & 2. *C. si ut omiss. hered. &c.* quia & contra lucrum omissum

10 Minori succurritur, *l.* 7. §. 6. D. *de Minor.* Neque ægrè hoc ferre debent Legatarii & alii Creditores, quibus per repudiationem videtur esse Jus quæsitum; cum nunquam illa delata fuisset, si Minor juvenili ætate ductus eam non omi-

11 sisset. Quin, etiamsi Minor sit restitutus adversus aditam hereditatem, ut eam deserat; iterùm restitui potest, per expr. text. *l.* 7. §. 9. D. *de Minor.* favor enim ætatis Minoris hoc

12 postulat. *add. l.* 2. §. 10. *D. ad SCt. Tertyll.* Non obst. (1) *rubr. & t. t. C. si sæp. in integr. Restit. postul.* quia accipiendus est ille titulus de eo casu, quando Restitutio in una eademque causâ iteratò petitur; quò collimat *Paulus L.* 1. *Sentent: Restitutionem in Integrum plus quàm semel non esse decernendam*: hic autem subest diversa causa: alia namque est causa adeundæ hereditatis, cujus omissio videbatur ponere læsionem; alia repudiandæ, quod aditio

13 posuerit læsionem. Idcircò rectè addit *Duaren. ad dict. tit. C. si sæpius &c.* Nihil (inquit) huic titulo adversatur *d. l.* 7. §. 9. D. *de Minor.* non enim ait, posse eum iterùm audiri, cui denegata est Restitutio: sed loquitur de eo, qui petiit semel Restitutionem, eamque obtinuit; mox eundem pœnituit Restitutionem. Breviter: non petit se restitui adversus dene-

14 gatam Restitutionem. Non obstat (2) *l. ult.* §. 6. *vers. non autem Filio damus licentiam. C. de bonis quæ liberis &c.* quia decisio ejus specialis est, cujus ratio in eo consistit, quod prima

Re-

Restitutio fuerit concessa contra factum Patris, qui pro filio infante adierat hereditatem, contra cujus factum variationem concedi non debere magna ratio suadet, *arg. l. ult. C. qui & advers. quos in Integr. restitui non possunt vid. Zœs. ad tit. de Minor. n.* 11.

Th. 9. Et hæc omnia locum habent, etiamsi (1) Curatoris intervenerit Authoritas, *t. t. C. si Tutor vel Cur. interv. l.* 47. *D. de Minor.* licet Curator sit ipse Pater, *l.* 29. *pr. D. eod. tit.* & Curator solvendo, atque sic Minor actione personali suum consequi possit, *l.* 3. *C. d. t.* quippe liberum est Minori, an Curatorem prius convenire velit, *l.* 45. *D. d. t.* an verò Restitutionem petere, *l. ult. C. d. t.* imò, si unâ viâ non sit suum consecutus damnique restitutionem, alterâ eam consequi potest, *d. l. ult. ibi: nullo præjudicio. C. d. t.* Non obstat (1) quod Curator sit loco Domini, & finis Authoritatis sit, ut ratihabeatur, quod gestum ab eo est. Resp. eatenus Curator pro Domino habetur, quatenus gestum ab eo prodest Minori; non verò quatenus nocet. Neque etiam frustranea est ipsius Authoritas; efficit enim, ut id quod geritur, ipso Jure valeat, quamvis ex post facto Minoris Restitutio accedat, quia factum Curatoris non debet ei damnum adferre, juxta Theoricam *l.* 25. §. 2. *in fin.* D. *ad SCt. Trebell.* Non obstat (2) quod is, qui suum à Curatore qui solvendo est, salvum habere potest, non amplius possit dici esse læsus, *arg. l.* 15. *de R. I.* Resp. utique. Nam eo ipso, dum persequi potest à Curatore, arguitur amissio & VIDETUR saltem habere rem, qui actionem habet, non verò illam reverâ habet; aliàs enim non daretur actio, *l.* 57. *eod. tit. de R. I.* Non obst. (3) quod J. communi & meto munitus non restituatur, *l.* 16. *pr. D. de Minor.* ast ubi Minor habet contra Curatorem efficaciter regressum, est J. comm. munitus. E. Resp. ad Majorem. Dicitur ibi J. communi munitus, quando gesta ab eo ipso J. non valent, veluti exempla in *d. l.* 16. subjecta osten-

ostendunt. Ast nostro casu actus à Minore præsente Cu-
ratore gestus, mero J. subsistit. Ergò. Imò in *d. l. 16. §. 2.* ne-
gatur esse ipso J. munitus, qui aliam habet actionem. *add. ea*
quæ habet Hilliger in Donello enucl. L. 21. cap. 11. lit. R. Non obst.
9 (4) seq. argum. Si per Procuratorem læso Minori denega-
tur Restitutio, quoties res ab ipso Procuratore servari po-
test, sequitur quod nec ipsi detur Restitutio, ubi per Curato-
rem Minor fuit læsus, & res à Curatore servari potest. At-
10 qui verum est prius, per *l. 23. in fin. D. de Minor.* Ergò & po-
sterius. Verùm neg. conseq. Nam quod priori casu dene-
gatur Restitutio, id fit propterea, quod Procuratori, etsi
nomine & mandato Minoris rem gessit, actio tamen ac-
quiratur, quam posteà Domino præstat, *l. 67. D. d. Procur.* &
sic Minor non potest statim restitui, quia res cum eo non
11 est gesta: id quod ad Curatorem applicari nequit. Nec re-
fert (II) quod Contractus à Minore initus fuerit Decreto
Magistratus confirmatus, *l. 11. C. de præd. Minor.* aut res pu-
blicè vendita, & plus sollicitanti addicta, *l. 9. pr. l. pen. D. de*
12 *Minor.* quia minus circumspectum Judicis factum non de-
bet in damnum & præjudicium puberis retorqueri: quibus
tamen casibus parcius esse Minori concedendam Resti-
tutionem, benè monet *Bachovius ad dict. tit. Dig. de Minor.*
Et ita in causâ venditi ac distracti pignoris expresse di-
sponit *l. 1. C. si advers. vendit pignor.* sub terminis habilibus, ut
13 (1) Minoris intersit, rem potius habere, quàm pretii sup-
14 plementum quatenus læsus est: Vel (2) Creditor non sit sol-
vendo. *conf. l. 13. D. de Minor. Sfort. Odd. d. Tr. q. 31. art. 17.*
Fabian. de Monte Tr. de Emt. Vend q. 4. n. 32. Cavalcanus Tr. de
15 *Tut. & Curat. n. 123. & 151.* In dubium quidem hoc vocat *Si-*
mon à Grenevvegen Tr. de LL. abrogat. ad d. tit. C. si adv. Vend.
pign. ex hâc ratione, quod hastæ Fiscalis fides facilè convelli
16 non debeat, *l. 8. C. de remiss. pign.* Resp. Neque hoc casu faci-
lè convellitur, sed juxta *cit. l. 1.* magnum detrimentum exi-
gitur,

gitur ut subsit, & præterea duo adhuc requiruntur, uti jam monitum. Nec refert (III.) quod Minor cum Fisco gesse- 17
rit, quia restituitur Minor etiam adversus Fiscum, *l.1. & t.t. C. si adv. Fisc.* Quamvis enim aliàs privilegiatus contra pri- 18
vilegiatum non utatur suo privilegio; hîc tamen, ubi privilegia sunt diversa & imparia, & ubi Fiscus esset in lucro, Minor in damno, ista regula non procedit, quia deceptis non decipientibus Jura subveniunt, *arg. l. 2. §. 3. D. ad SCt. Vellejan. add. Dn. Struve Ex. IX. th. 60. Odd. d. Tr. q. 18. art. 4. n. 32. Barbosa locupletatus L. 14. c. 83. axiom. 26.* Un- 19
de licet quadriennalis temporis lapsus obstet iis, quorum res à Fisco venditæ, *§. ult. Inst. de usucap.* nihilominus adversus eum restituitur Minor læsus, *l. 1. & 2. C. si adv. Fisc.* nisi res 20
vendita fuerit ratione debiti fiscalis, sive ob publicas pensitationes non solutas, *l. 2. C. si propter publ. pensitat.* quo tamen casu probatâ collusione & fraude, per quam res vilius vendita; aut omissâ solennitate, Restitutio non denegabitur, *l. ult. C. d. t. si advers. Fiscum.*

Th. 10. Sed & in JUDICIIS Minori subvenitur, sive 1
dum agit, sive dum convenitur captus sit, ait *Ulpian. in l. 7. §. 4. D. de Minor.* Sic omissam allegationem, vel non satis 2
cautè in Judicium deductam probationem, per in Integrum Restitutionis auxilium Minor repetere potest, *l. 36. D. d. t. Sfort. Odd. d. Tr. L. 2. qu. 92. art. 5. Maurit. Tr. de Restit. in Integr. q. 255. Hillig. in Donell. enucl. L. 21. c. 7. lit. O.* Ita quo- 3
que datur ipsi Restitutio contra Sententiam, *l. 16. §. ult. D. eod. tit.* etiamsi defendente Minorem Curatore fuerit lata, *l. 4. l. 5. C. si advers. Rem judic. l. ult. D. de in Integr. Restit.* quia scilicet perinde est, ac si ipse Minor sit condemnatus; cum executio contra Minorem detur, non contra Curatorem; & censetur ipse Minor ob lubricum ætatis læsus, quod non ipse potuerit propter ætatem rebus

 suis

ſuis præeſſe, & ſe in Judicio defendere, *Odd. q. 22. art. 1. it. P. 2. q. 68. & ſeqq. Maurit. d.* Tr. *c.* 192. *Anton. Fab. ad d. l.* 7. §. 4.
4 *D. de Min.* Diſſ. opp. atqui Minori ordinariè eſt proſpectum, per actionem Curæ, quam contra Curatorem habet, *t. t. Dig. de Tut. & Ration. diſtrah. t. t. Cod. Arbitr. Tut.* adeoque ceſſat
5 hoc extraordinarium remedium. Reſp. Imò non ceſſat, quia prævalet ob utilitatem ſuam; cum facilè fieri poſſit, quod actio Curæ majoribus difficultatibus ſit involuta, quàm Reſtitutio in Integrum, v. c. ſi Curator fortè propter Dignitatis ſublimem ſtatum difficilioris ſit conventionis, vel ſolvendo eſſe deſierit. *add. Zæſ. ad tit. de Minor. n.* 13. Ampl.
6 (1) ſive ſententia fuerit Interlocutoria, ſive Definitiva,
7 *Menoch. de Retin. poſſeſſ. remed. ult. n.* 55. (2) licet tres conformes Sententiæ fuerint contra Minorem latæ, *Mynſing. Cent.*
8 3. *Obſerv.* 84. Aſt ſententia CONTRA Minorem indefenſum lata, eſt ipſo Jure nulla, *d. l.* 4. *init. C. ſi adv. Rem judic.* PRO Minore verò lata in ejus favorem dicitur valida; imputet enim ſibi Adverſarius, quod cum inhabili litigaverit. Nec ipſe poteſt allegare, Minorem fuiſſe indefenſum; cum hæc allegatio ſolùm competat Minori, quando læſus eſt: ubi verò ſententia pro Minore eſt lata, non opus habet ulteriori defenſione. *Maurit. d. Tr. q.* 189. *Odd. q.* 17. *n.* 66. & *q.* 72. *n.* 80. *Clarus* §. *fin. Sentent. Recept. q.* 50. *n.*
9 2. *Menoch. de A. I. Qq. caſ.* 100. *n.* 120. *ſeqq.* Non tamen Minori alleganti ſe injuriâ Judicis eſſe læſum, dabitur Reſtitutio; quia tunc demùm competit, ſi ſuâ Imprudentiâ ob lubricum ætatis vel adverſarii deceptione læſus ſit, *l.* 4. *l.* 5. *C. de in Integr. Reſt. Min.* hoc igitur allegare & ſimul probare debet, *l.* 18. §. 1. *l.* 25. §. 1. *l.* 36. *D. de Minorib. Maurit. d. Tr. q.* 196. *Odd. d. Tr. q.* 72. *art.* 5. *Matth. de Afflictis deciſ.* 210. *n.* 2. *Caldas de Pereura in l.* 3. *C. d. t. de in Int. Reſt. Min. verb. implorare. n.* 50. De reliquis Reſtitutionum cauſis judicialibus
10 vi-

videatur exemplariter *l. 7. §. pen. & ult. D. d. t. de Minor.*

Th. 11. Cæterùm, quod attinet causas, ùnde Minores Beneficium Restitutionis amittunt, eas tripartitas facimus, 1
ita ut in primâ classe prostent RES, quæ Restitutionem naturâ suâ penitus excludunt. E. gr. Libertas; postquam 2
enim semel data est, non potest amplius per in Integrum Restitutionem revocari, *rubr. & t. t. C. si advers. Libert. l. 9. §. ult. l. 48. §. 1. D. de Minor.* quia certi modi sunt Jure constituti, quibus servus quis efficitur, *§. 4. Instit. de J. Person. l. 5. §. 1. D. de Statu Hom. Anton. Fab. ad d. l. 9. §. ult. D. d. t.* nec ullus Prætor vel Judex habet potestatem rescindendæ Libertatis, *Dd. ad §. 6. Instit. qui & ex quib. caus. manum. n. p.* quoniam Libertas est Res inæstimabilis, *l. 106. l. 176. pr. de R. I.* & omnibus Rebus favorabilior, *l. 122. D. eod. Sfort. Odd. d. Tr. P. 1. q. 5. art. 3.* Adde: quod sententia in Judicio liberali 3
faciat liberum, *l. 25. D. d. t. de statu Hom.* ideoque nec sententia pro Libertate lata ex post facto potest rescindi, *l. ult. C. d. t. si adv. Libert.* Sed obst. quod Sen- 4
tentia, quâ quis pronunciatur liber, Appellatione possit rescindi, *d. l. ult.* Resp. Neg. conseq. quia differunt invicem 5
Appellatio & Restitutio: in Appellatione enim Minor de iniquitate sententiæ quæritur; in Restitutione verò erroris & simplicitatis venia petitur, cujus prætextu Libertas jam competens non est rescindenda, nisi ex magnâ causâ à Principe hoc fuerit consecutus, *l. 10. D. d. t. de Minor. vid. per interpretationem l. 9. §. 2. D. quod met. caus.* Idem adhuc hodiè est dicen- 6
dum de Hominibus propriis, qui in nonnullis locis habentur, & servis quoad conditionem & statum sunt simillimi, per ea quæ *cum allgg.* probat *Dn. Struve Ex. III. th. 23.* Hinc 7
si in ejusmodi personam Dominus sævierit, & pœnam sævitiæ evitaturus, nec non actionem contra se declinaturus, libertatem ei concesserit, postea Restitutionem frustrà

expetit, *arg. dict. tit. C. si adv. Libert.* quemadmodum ita à Senatu Sabaudiæ esse judicatum, notat *Ant. Fab. in Cod. suo*
8 *L. 2. tit. 20. defin.* 1. Unde constat, *Simonem à Grenevvegen* non satis cautè asserere, *præd. tit. C. si adv. Lib.* nullum superesse usum. Quamvis enim Servos amplius non habeamus, tamen quæ de Servis traduntur, hodienum ad similes casus ritè applicari, apud omnes est in confesso, & in propatulo.
1 Th. 12. Nec contra Servitutem datur Minori Restitutio, in quam facto suo improbo se conjicit; quod fit, quando ad pretium participandum libertatem vendidit, §. 4. *Instit. de J. person. l. 21. D. de Statu Hom.* hîc enim ratio communis impedit Restitutionem, quia frustra Legis auxilium implorat, qui contra leges peccat, *l. 37. in fin.* D. *de Minor. l. 47. l. 48. §. 1. D. de Rit. Nupt. vid. exemplariter l. 4. D. quibus ad libert. proclam. non lic. & l. 9. §. 4. D. d. t. de Minor.* ubi dicitur: Res non capit Restitutionem, cum sta-
2 tum mutat. Atqui illud hîc fit. Ergò. Opp. *l. 3. §. 6. D. d. t. de Minor.* ubi arrogato contra Parentem Arrogatorem datur Restitutio: arrogatus autem statum mutat, *l. 3. pr. D. de ca-*
3 *pite minut.* Ergo. Resp. Tx. loquitur de capitis deminutione minimâ: Nos verò de maximâ, contra quam nulla est Præ-
4 toris Restitutio. *Arum. Disp. ad Pand. VI. th. 10.* Similis est ad *l. 2. D. de in Integr. Restit. resp. vid. supr. p. l. c. 1. th. 5. n. 3. & seqq.*
5 Idem statuimus de Præscriptionibus, quæ singulari Jure currunt, ita ut contra eas denegetur Restitutio: &
6 tales sunt tres (1) præscriptio 60. dierum, objecta accusanti Uxorem adulterii, jure Mariti, *l. 37. §. 1. D. de Minor.* cum neque in delictis, neque in Calumniatoribus Prætor velit
7 succurrere, *d. text.* (2) præscriptio quinquennii, opposita agenti de statu defuncti, *l. 6. C. ne de statu Defunct. &c.* quem defendit singularis & summus Libertatis favor utrobique
8 maximus, secundum vulgata Jura. (3) præscriptio biennii, liti-

litibus finiendis constituta, *arg. l. 1. D. de usucap. l. 5. D. pro suo.*
Similiter contra Matrimonium non competit 9
Restitutio; quia natura suâ est indissolubile, §. 1. *Inst. d. patr.
pot.* Ideoque, si Juvenis cum Vetulâ edentatâ aut deformi,
dives cum inope contraxerit Matrimonium, nullus pœni-
tentiæ locus est, cum hîc quivis pubes pro Majore habea-
tur, teste *Gomez. Resol. 14. n. 2. Maurit. de Restit. c. 245. Sfort.
Odd. de Restit. p. 1. q. 60. art. 1. Hillig. L. 21. c. 12. lit. F.* Eò per- 10
tinet etiam Amissio vel remissio execu-
tionis pænarum, *l. 37. pr. D. de Minor.* quoniam ea
res potius ad vindictam spectat quàm ad rem familiarem,
l. 6. in fin. D. de sepulchro viol. quâ de causâ nec restituitur Mi-
nor, si omiserit intra 60. dies accusare Mulierem adulterii,
Jure Mariti, *dict. l. 37. §. 1. D. de Minor. Zasius ad Dig. ibid. n.
29. & Donell. d. L. 21. c. 12. ibiq; Hilliger.* Dissent: opp. quod u-
tique auxilium in Integrum Restitutionis executionibus 11
pænarum sit paratum, quia Lex damnatum de ambitu resti-
tuit, si alium convicerit, *l. un. §. 2. D. ad L. Jul. de Amb.* Resp.
Benè; id præmium Legis est, non Restitutio, *Godofr. in Not.* 12
*ad d. l. 37. pr. lit. H. ibiq; Dn. Struve in solutione, quam vocat,
Dubiorum circa LL. per indic. verb. Atqui, Imò.* Ejusdem sortis 13
sunt tres solutionum species. (1) est Re-
dituum & pensionum publicarum,
sub Tutoris Autoritate facta, quam ipsa Lex approbat,
adeò ut nulla Decreti interpositio vel causæ cognitio hîc sit
necessaria, *l. 25. vers. non autem. C. de administr. Tut.* scilicet,
quia in his pecuniis alimenta Minoris consistunt, & ideò
moram facilè non admittunt. Jam subsumo: quod autem
Lege permittente fit, illud pœnam non meretur, *arg. l. 5. C. de
LL.* Ergò etiam cessat Restitutio. (2) est Fideicom- 14

missariæ hereditatis restitutio, *l. 7. pr. C.*
ad SCt. Trebell. quia hic nihil Minoris interest, restitui con-
tra heredem fiduciarium, utpote qui Voluntati defuncti pa-
ruit; idque procedit, sive hereditas sit lucrosa, sive da-
mnosa. Priori enim casu nulla subest læsio, & per consequens
cessat Restitutio: posteriori veró itidem contra ipsam here-
ditatem cessat, quia contra Creditores hereditarios potest
15 restitui. (3) est solutio in genere, quam sen-
tentia & jussus Judicis præcessit;
non enim debet quod ritè & secundum Leges ab initio a-
ctum est, ex alio evenire suscitari, *d. l. 25. C. de admin. Tut.*

1 Th. 13. Multò minus Minori succurritur, ubi dolum
admisit; utpote si dolo aliquid fecit in re depositâ, vel
commodatâ, vel aliàs in Contractu, *l. 9. §. 2. D. de Minor.*
sed & delictis atrocioribus, *l. 37. §. 2. D. d. t. v. c.* si furtum fecit,
2 vel damnum injuriâ dedit, *d. l. 9. §. 2. vers. nam etsi.* Rectè:
quia malos mores infirmitas animi non excusat, *l. 1. C. si ad-*
vers. delict. Reipubl. enim interest, delicta non manere im-
punita, *l. 51. §. 2. D. ad L. Aquil.* & frustrà Legis auxilium
implorat, qui contra legem peccat, *d. l. 37. in fin. D. de Minor.*
l. 47. l. 48. §. 1. D. de Rit. Nupt. l. 4. in fin. D. quibus ad libertat.
3 *proclam. non lic.* Non obstat *l. 2. C. d. t. si adv. delict.* cum eâ in
lege non de Matris delicto, sed solâ negligentiâ ab omni
dolo remotâ tractetur, ideoque nec mirum, si successio fi-
liorum ipsi eâ in specie nihilominus concedatur; ne & filium
& simul hereditatem ejus amittat, *Godofred. in Not. ad d. l. 2.*
4 *lit. M.* An verò Judex teneatur mitigare pænam? Utique,
5 ex commiseratione ætatis, velut suadet JCtus in *d. l. 37. §. 2.*
6 *D. de Minor.* nisi circumstantiæ aggravent delictum, & per
conseq. etiam pænam, quod maximè in Adultis procedit,
juxta Nemesin Carolinam *art. 154. vers.* wo aber der Dieb

quam

quam in puncto furti ad hoc allegat Schultz *Syn. Instit. tit. de Obligat. quæ ex delict. nasc. lit. L. vid. Gomez. L. 3. Var. Resol. 1. n.* 63. Quod si verò Minor delictum temerè forte fuerit 7
confessus, Restitutionem petere & impetrare potest, *l. 6. §. 5. D. de confessis.* uti & si temerariè negasset, se damnum dedisse, non condemnatur in duplum, *juxta §. ult. Inst. de Obligat. quæ ex quasi contr. nasc. item* §. 26. *Instit. de Act.* sed in simplum, *d. l. 9. §.* 2. D. *de Minor. add. Fachin. L. 1. controv. c.*62.
De contumaciâ solet dubitari, an si propter illam Minor 8
fuerit condemnatus, possit in Integrum restitui? Affirmat 9
l. 8. D. d. t. de Minor. add. l. 54. §. 1. *D. de re judic.* Reclamat *Go-* 10
dofr. in Not. ad d. l. 8. *lit. O.* atqui contumax est in dolo, *l.* 199. *de R. I.* Minor autem adversus dolum non restituitur, *d. l. 9. §.2.* D. *d. t. de* Minor. Ergò. Resp. distinctim *Dn. Struve Exerc.* 11
ad Pandect. VIII. th. 57. vers. controvertitur. conf. Franc. Caldas de Pereura ad l. 3. C. de in Integr. Rest. Min. verb. læsis. n. 4. *& seqq.*
Igitur delictum ab ipso Minore commissum non est resti- 12
tutorium; secus si ab alio; v. gr. Curatore, qui Renovationem Investituræ petere neglexit, contra quod omninò valet Restitutio, *arg. d. l. 1. vers. si tamen. C. si advers. delict. add. Sfort. Odd. Tr. de Restit. quæst.* 80. *art.* 8. Atque ita responsum 13
est à Nobiliss. Scabinis Jenensibus *M. Januarii. A.* 1617. ad consultationem Gregorii Pfeiffers zu Dessau/ his verbis: **Ob gleich ein ieder / auf den durch ableibung eines Lehn-Mannes / ein Lehn-Guht verstammet wird / die Lehn innerhalb Jahres frist zu suchen / oder da derselbe** Successor **unmündig /** indult **biß zu seiner Mündigkeit zuerlangen verpflichtet ist/; iedoch / da solches von Hansen Worinbß Sohn geordneten Vormünde unterlassen würde / so könte solche Verwahrlosung und unterlassung Ihme dem Unmündigen an seinen Rechten / so weit nicht schaden bringen / daß er nicht dagegen** beneficio Restitutionis in integrum, **in vorigen Stand gesetzt werden müsse.** &c.

Th. 14.

1 Th. 14. In secundâ Classe sese sistunt PERSONÆ, contra quas Minor Restitutionem postulat, at non impetrat,
2 e. gr. Minor, si & is læsum se dicat, ut si pecuniam creditam perdidit; melior enim tunc est causa ejus, qui acce-
3 pit, *l. 11. §. pen. D. de Minor.* nisi locupletior ex hoc inveniatur litis contestatæ tempore; tunc ratione ejus lucri alter, qui inde damnum patitur, restituitur, *l. 34. pr. D. d. t.* quia naturâ æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, *secundum vulgata Jura in l. 14. D. de condict.*
4 *indeb. l. 206. de R. I.* Planè, si Minor annis cum filiofam. Majore contraxerit, & *Julianus libro quarto Digestorum, & Marcellus libro secundo Digestorum scribit*, posse in Integrum restitui: ut magis ætatis ratio, quàm SCti Macedoniani habeatur, quod potuit Minor ignorasse, *dict. l. 11. §. ult. D. d.*
5 *t. de Minor.* Aliter se res habet in casu, quo Mulier fidejussit pro Minore; tunc non est ei actio contra Mulierem danda, sed perinde atque cæteri per exceptionem submoveri debet, scilicet quia communi jure in priorem Debitorem ei actio restituitur: hæc, si solvendo sit prior Debitor; alioquin Mulier non utetur SCti auxilio, *l. 12. D. de Minor. vid.*
6 *ibid. Godofr. in Not. lit. E.* Neque contra Parentes restituitur Minor, quia personarum reverentia omnem ei præcludit Restitutionem, *l. 2. C. qui & advers. quos &c.* quod seq. modo probo: si enim rescivit Pater errare filium, arguitur imperitiæ; si scivit, nequitiæ; modò postuletur Restitutio in ejusmodi rebus, quas cum filiis Parentes gesserunt.
7 Adversus alium autem Filius potest restitui, licet contra factum Patris tendat Restitutio, v. c. adversus Donatarium rei à Patre ex voluntate filii donatæ, *l. 2. C. si adversus Donat.* quippe Restitutio hæc Patrem non offendit, qui de evictione non tenetur, *l. 18. §. ult. D. de Donat.* quia lucrativæ rei possessor ab evictionis actione ipsâ Juris ratione depellitur.

Pan-

Paulus L. 5. Sentent. c. 11. §. 3. Sfort. Odd. q. 18. art. 2. n. 12. Eadem est *resp. ad l. 2. C. si advers. rem judicat.* quem textum tan- 8
quam obstantem communiter allegare solent, quia Restitutio ibi non fit immediatè contra factum Patris, sed contra sententiam Judicis, & per consequens demum contra Patrem. Sed etsi contra factum Patris aliquando fiat Re- 9
stitutio, sufficit tamen, quod ex eo nullum lucrum Pater accipere potuerit, exemplo *l. ult. §. 6. C. de bonis quæ Liberis &c.* Filia quoque restituitur adversus Matrem Tutricem 10
secundò nubentem *in Nov. 155. c. 1.* Ex identitatis ratione nec 11
contra Patronum datur Restitutio, *d. l. ult. C. qui & advers. quos. &c.* quia Liberto & Filio semper sancta & honesta debet esse persona Patris & Patroni, juxta *l. 9. D. de obsequiis Parent. & Patron. præstand.*

Th. 15. Denique in tertiâ classe occurrit Minoris FA- 1
CTUM, quod impedit Restitutionem, e. gr. si Advocatum agens aliquam allegationem in suâ propriâ causâ sibi necessariam omiserit, quia turpe est Doctori & causas oranti, Jus in quo versatur ignorare, *l. 2. §. 43. D. de Orig. Jur.* & imperitia culpæ annumeratur, *§. 7. Inst. de L. Aquil.* secus est, si aliàs Minor licet Doctor Juris, propter lubricum æ- 2
tatis fuerit lapsus, ubi omninò locum habet Restitutio, quia Dignitas & scientia Doctoralis non potest supplere defectum in ætate, ejusque fragilitate in Judicio, *Budæus ad. l. 1. D. de Minor. Meynardus L. 3. Decision. Tholosan. decis. 38. Odd. de Restitut. P. 1. q. 23. art. 7. n. 32. Hilliger ad Donell.* L. 21. *c.* 11. *lit. B. ibiq. allgg. Anton. Gomez. Var. Resol. Tom. 2. c. 14. n. 5. Boerius Decis. 350. n. 6. Quintil. Mandos. de ætat. Minor. quæst. 6. Vinn. L. 1. select. Qq. c. 13.* & latè *Franciscus Sarmienthus L. 3. select. c. 13.* Simili modo nec Mercator Minor in album 3
Mercatorum publicè receptus in Integrum restituitur, quoad negocia ipsam Mercaturæ professionem concernen-

tia, *Cynus & Br. in l.* 1. *C. qui & advers. quos &c. Benev. Stracha Tr. de Mercator. P.*3.*n.* 26. *& seqq. Hect.* Felic. *Tr. de Societ. c.* 5. *Carpanus ad statuta* Mediolan. *cap.* 416. *n.* 201. *Dn.* David *Mevius ad Jus Lubec. L.* 3. *tit.* 6. *art.* 21. *n.* 26. *seq. Dn.* Marquard. *Tr. de Jure* Mercat. *& Commerc. L.* 1. *c.* 12. *n.* 8. qui *in eodem L.* 1. *c.* 9. *ex Sfort. Odd. p.* 1. *q.* 23. *art.* 6. monet, admittendam esse Restitutionem, si expressè & manifestè læsionem probet Mercator Minor; quod tamen non videtur esse admittendum.
4 Nec obstat *l.* 1. *C. qui & advers. quos &c.* quia non loquitur de eo, qui singularem Artem vel Professionem profitetur.
5 Huc pertinet subsequens Minoris ratihabitio, si nim. major factus comprobaverit sive ratum habuerit gestum à se in Minorennitate: quia hæc approbatio vitium præcedens purgat, & facit actum videri à Majore gestum, ita ut omnis Restitutio cesset, per *rubr. & t. t. C. si Major. fact. rat. hab.*
6 *l.* 3. §. 1. *D. de Minor.* Approbatio autem illa fit vel expressè, putà verbis, scripturâ aut facto; cum nihil intersit, utrum factis, an verò verbis quis declaret suam voluntatem, *arg.* §. 6. *Inst. de Hered. qualit. & differ. l.* 12. *pr. D. de Interrog. in jure fac.* vel tacitè; quæ tacita approbatio inducitur per tempus,
7 intra quod petenda est Restitutio. Sic Minor contractum venditi feudi retractare nequit, si Majorennis factus illum re & literis comprobaverit, v. c. suæ partis pretium tanquam proprium Patrimonium sub usuris elocando, veluti patet ex Responso DNN. Jenensium *de A.* 1636. M. *Aprilis* quod cum plura circa Jus Retractus, item læsionem ex valore monetæ &c. notanter exprimat, tanquam notatu dignum *vid. ap. Dn. D. Bechmann. in Exoter. Exerc. Feud.* XIII. *ad* L. II. *tit. de prohibitâ* Feudi *alienatione per Fridericum.* 55. *add. Mascardus de probat. Conclus.* 1262. *n.* 58. Menoch. *Remed.* 15.
8 *Recup. Poss. n.* 110. *seqq.* Opp. *d. l.* 3. §. 2. *D. de Minor.* Resp. Ibi per immixtionem absolutum erat negocium, quod gessit Minor, nec erat amplius consummandum, & exactio Debito-

bitorum solùm sequitur per consequentiam, *Dn. Struv. Ex. VIII. th. 12. vers. unde apparet*, adeoque meritò adhuc datur Restitutio; secus quàm *in l. 1. C. si adv. rem judic.* ubi non erat absolutum in ætate minori, sed sententia per quam finem accipit & perfectionem Judicium, est in ætate majori lata, & consequenter Restitutio hîc nulla. *Br. in d. l. 3. §. 1. Maurit. Tr. de Restitut. c. 169. Sfort. Odd. Part. 2. quæst. 72. artic. 5. Zæs. ad Dig. tit. de Minor. n. 24. & Donell. L. 21. c. 12. ibiq. Hilliger. lit. bb.* His accedit & illud factum, quando scilicet Minor juramento gestum confirmavit, per ea quæ *supr. in th. 4. circa init.* deduximus. *vid. plura* de Sacramento Puberum *apud Donell. d. L. 21. c. 13. ibiq. Hilliger.* ubi prolixè de illo agunt. Sed quæritur: An differentia sit constituenda inter Contractum Juramento Minoris firmatum, & inter Renunciationem Restitutionis juratam? Ita quidem videtur *B. Carpzov. in Jurispr. For. Rom. Sax. P. 2. Constit. 11. defin. ult.* Verùm, (ut salvâ tanti VIRI Authoritate dicam) nulla apparet differentiæ ratio, cum etiam illud Juramentum, quo Contractus est à Minore firmatus, nihil aliud excludat quàm remedium Restitutionis, & alias nullitates à lubrico ætatis dependentes. Neque ex allato à *B. Carpz.* præjudicio aliud induci potest. *add. Odd. d. P. q. 26. art. 6. Anton. Gomez L. 2. Resolut. 14. n. 18. Bernhard. Greve L. 2. Conclus. Pract. 41. Anton. Tesaur. decis. 66.* qui omnes Authores statuunt, per ipsum Juramentum, quo Minor contractum confirmat, renunciatum esse Restitutionis remedio. Hujus loci quoque est ætatis venia, à Minore per Principem impetrata; quâ de re in præsentiarum nihil dicam, ne actum agere videar. *vid. supr. P. 1. c. 5. th. 2. & seqq.* Eodem recidit improbum Minoris factum, qui se dolosè majorem dicit, *l. 1. & 2. C. si Minor se majorem &c.* deceptis enim non decipientibus Jura subveniunt, *l. 2. §. 3. D. ad SCt. Vellej.* nec dolus debet alicui patrocinari, *l. 14. D. pro socio. l. 2. in fin. D. de Doli*

15 *m. & met. except.* Quod si tamen errans Minor existimaverit se esse Majorem, adhuc datur Restitutio, *l.4. C.ad. t. conf. l. 32. D. de Minor.* quia hic deest animus fallendi; nisi juramento se Majorem asseveraverit, *l. 3. vers. si tamen. C.d.t. ibiq. August. Barbos. in Collect.* cui esse standum religiosa suadet Cano-
16 num Authoritas in *cap. 28. X. de Jurejur.* Sed obstat *l. 5. in fin.*
17 *C. de LL. l. pen. C. de Transact.* Resp. 1. Imò admittitur etiam in *d. l. 3. vers. nisi palàm,* probatio in contrarium; quod vide-
18 tur oppositis texxt. congruere. Resp. 2. Non subest in casu *d.l. 3.* actus LL. prohibitus, adeoque Sacramento corporaliter præstito excluditur Minor à Restitutione, quippe qui sibi imputare debet, quod mediante Jurejurando se majorem dixerit, *arg. l. 203. de R. I.*

CAPUT VI.

De

Rebus Nobilium.

Th. I.

1 Nobilis hic oritur quæstio: An & quatenus Nobiles ab onere Collationum sint exemti? Dist. inter Bona
2 Feudalia & Allodialia. Quantum ad hæc, certum est Jure Justinianeo, Nobiles æquè cum plebejis patrimonialibus obnoxios esse, *arg. l.3. §. 5. D. de Muner. & Honor. l.11. D. de vacat. & exems. Mun. l.2. l. 3. l. 6. & l. 9. C. de Muner. Patrimon. Lib. X.* quos txx. ad hoc citat *Bocer. Tr. de Collect. cap. II.*
3 *n. 34.* Hallucinantur ergo *Tiraquellus Tr. de Nobil. c. 20. n. 168. & Guid. Pap. decis. 169. it. 184. & 387. Petr. Gregor. Tholos. in Syntagm. L. 3. c. 8. n. 5.* & alii Magni Nominis JCti, quos etiam sequitur *Hippol.* von Treyßbach/ *Tr.* von un fürgreiflichen bedencken über etliche Fragen/ der freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben/ Francken und Rheinstrom/ Stand und Session betreffend/ *q. 1. n. 189. seqq.* qui omnes uno

uno ore concludunt, Nobilitatem per se tribuere vacationem, & Nobiles nobiliter viventes tàm de Consuetudine, quam de Jure gaudere immunitate ejusmodi onerum, der text. in *l.* 3. §. 1. *D. d. t. de. Muner. & Honor.* Idem quoque tenet 4
Guido Pap. decis. 379. dicens, quod etiam Viduæ Nobilium gaudeant eodem privilegio. Verùm facilis est ad *d. l.* 3. re- 5
sponsio, scilicet loqui de Militibus actu militantibus; alioquin si dimissi sint à Militiâ, tantùm annum habent, quo redduntur immunes ab hujusmodi oneribus, aut biennium aut quadriennium, secundum quod diu fuerint in militiâ, *arg. l.* 8. *pr. D. de Excusat. Tut.* perpetua verò exemtio non datur nisi Veteranis, *l.* 2. *D. de Veter.* vel iis, qui per viginti annos continuos militaverunt, *d. l.* 8. §. 2. Prætereà loquitur 6
opp. text. de Muneribus personalibus, à quibus eximuntur Milites in militiâ existentes; non autem de oneribus Realibus seu Patrimonialibus, à quibus neque primipilaris, neque Veteranus aut Miles, aliusve qui Privilegio aliquo subnixus, nec ipse Pontifex excusatur, *l. ult.* §. 24. *D. de Muner. & Honor.* Rectius igitur Alii contrarium sentiunt, Mo- 7
dest. Pistor. Consil. 9. *n.* 49. *Matth. Stephani Tr. de Nobil. c.* 6. *n.* 38. *Paul. Christinæus Decis. Belg.* 102. *per tot. Vol.* 2. Sed regerunt 8
Dissentientes, quod onera belli olim Equestris Ordo solus portaverit, ac propterea hanc immunitatem à Tributis acquisiverit, quia nemo nisi Nobilis militabat Ex quo non honestum sit, ut illi, quorum Majores in regno acquirendo Reges juvissent, Censibus & Tributis quæ ad bellum conferuntur, obnoxii sint. Quod Sebastiano Regi Lusitaniæ Nobiles replicabant. *Klock. de Contribut. cap.* 14. *sect.* 1. *n.* 49. Resp. 9
cum *B. Habnio disput. de Hospitat. Milit. th.* 65. *& disput. de Collat. bell. th.* 76. in verbis: *Quod si concedimus rectè fieri (scilicet Nobiles ex Militum immunitate exemtione onerum gaudere) non major illorum libertas erit, quam cujusvis Veterani, & non minus quàm hi Patrimonialibus oneribus obligabuntur: nec gaudebunt*

exemtione personalium munerum, nisi actu militaverint. Hæc de
10 Bonis Nobilium Allodialibus. Jam ad Feudalia, in quibus Nobiles subditi **regulariter** sunt immunes ab OR-
11 DINARIIS COLLECTIS, idque propter onus sive in remunerationem servitiorum personalium, quibus ratione feudi Dominis obstricti sunt: tùm ne duplici onere prægraventur, contra vulgg. Jura; huc facit *arg. l. 34. §. 5. in fin. de Leg. 2. l. 4. §. 2. D. ad L. Rhod. de Jactu. l. 30. pr. D. de Jurejur. it. l. 1c. de R. I. l. 7. D. Testam. quemadm. aper. l. 61. §. 5. vers. nam licet. D. de furt. l. 29. D. ex quibus caus. majores &c. Tiraquell. d. Tr. cap. 20. n. 166. & 120. Modest. Pistor. d. Consil. 9. n. 46. Vol. 1. Stephani d. cap. 6. n. 31.* tùm ne natura bonorum feudalium alteretur, quæ jure ad personalis operæ præstationem sunt
12 destinata. Atque hanc rationem, quod Nobiles non ratione personæ vel Nobilitatis, sed potius ratione servitiorum personalium, quæ intuitu bonorum feudalium exhibent, fruantur immunitate à Collectis solvendis veram esse, vel exinde patet, quod ignobiles etiam de bonis feudalibus non præstent Collectam. *Tiraquell. d. cap. 20. n. 164.*
13 Dixi: **regulariter:** quia Provinciarum consuetudo nonnunquam aliud jubet & suadet. *B. Carpzov. RR. Elect. L.*
14 *4. tit. 10. resp. 70. n. 21.* Rectè: In materiâ enim Collectarum consuetudo maximi est momenti, *l. 1. §. 2. in fin. D. de Muner. & Honor. l. un. C. de auro coronario Libr. X.* add. generalis *l. 37. D. de LL.* Et ita respondit *Peregrin. consil. 102. Surd. Consil. 289. n. 13. Paul. Cristin. decis. Belgic. 269. n. 13. Vultej. L. 2. Consil. Marpurg. 30. n. 209. circa fin. conf. VVintzl. de Collect. Observ. 14. n. 2. Heigius P. 1. q. 18. n. 22.* Einsiedel *de Regal. cap. 3. n. 296. it.*
15 *n. 302. Bocer. de Collect. c. 11. n. 32.* Neutiquam tamen hæc immunitas Nobilium etiam ad EXTRAORDINARIA TRIBUTA venit trahenda, quæ inopinatus casus & summa necessitas exigit: quia Vasallos ipsa æquitas jubet, & ad hoc com-

compellit, *Mynsing. L.4. Observ.70. Arum. p.2. Juris Publ. disc.18. Bocer. d.l.n.34.38. & seq. Heig. d.l.n. 26. & 23. Jacob. de S. Georg. Tr. de Homag. gl.1.n.36. Wesenb. de feud. c.19.n.18. Schrader. de feud. cap. 5. conclus.56.n.3. Gail. L.2. Obs.52.n.26.* & alii quos citant *Heig. d.loc. Klock. de Contribut. cap.14.n.60.* Commune siquidem est 16
periculum, quod non magis Ignobiles quàm Nobiles concernit, licet Privilegio exemtionis aliàs sint muniti, veluti in Imperii Recessibus satis prolixè videmus hinc inde publicâ lege cautum. vid. R. A. *de Ann.1495. in pr. de Ann.* 1500. *de Ann.*1542. §. und nach dem diese. *de Ann.* 1544. §. nemlich sollen/*ibi*: sie sein Lehen oder eigen. *de Ann.*1582. §. und demnach diese Unterthanen. *de Ann.* 1594. §. demnach sollen die Unterthanen. *ibi:* exempt oder nicht exempt, gefreyet oder nicht gefreyet/niemand außgenommen &c. unverhindert aller Verträg/ Statuten, Obligationen, Gewonheiten/ *it. de Ann.*1598. §. dieweil dann. *& de Ann.*1603. §. nach dem. *seq.*
Sub ampl. ut is qui de Comitatu quodam cum clausulâ: Frey 17
geruhlich/ohne Steuer/investitur, licet sit exemptus à praestatione Collectarum Provincialium, non tamen immunis erit ab onere Collectarum Imperialium, uti respondit *Modestin. Pistor. Consil.4. pr. n.5. seqq. Vol.1. Georg. Schönborner, L.4. Polit. c.24. Wehner. in Obs. pr. voc.* Schatzung. *& novissimè Gilhausen in Arb. Judic. Civ. p.1. de Jurisdict. cap.1. n.4.* quia Privilegia ad casus necessitatis, quae legem nullam admittit, non sunt extendenda. Neque omni ex parte verum est, quod de 18
duplici onere, quo prae reliquis hic praegravantur Nobiles, solent objicere Dissentientes Nostri; quippe hoc axioma tantùm prohibet cuidam ob unam & eandem causam, ex quâ ipse simplex debet praestare, duplex onus imponi: ast h.l. duae & diversae sunt Obligationes, ex quibus duplicia onera sustinenda, scilicet, servitia militaria pro accepto feudo, quae vice Ordina-

dinariorum sunt, & Extraordinari Collectæ ob inevitabilem necessitatis casum, sive adventitiam necessitatem. Prioribus ut Vasallus, posterioribus ut subdi-
19 tus, Nobilis obligatur. Imò non magis duobus oneribus h.l. prægravantur, quàm alii, qui feudum nullum habent: hi enim præter Ordinaria tributa juxta cum illis pecuniarias Contributiones exsolvere coguntur, ut optimè explicat *B.*
20 *Carpzov. in RR. Elect. d. L. 4. tit. 10. resp. 71. n. 14.* Cui in genere adstipulantur tàm LL. quàm DD. Authoritates, specialiter *l. 2. C. de quib. Muner. vel præstat. nemini lic. se exc. Lib. X. l. 1. C. ut nem. lic. in emt. spec. se ex cus. Libr. X. l. 11. C. de S. S. Eccles. Heig. d. q. 18. n. 16.* Rosenthal de Feud. *cap. 5. conclus. 86. n. 3. Petr. Frid. Mindan. de Mandat. L. 2. cap. 45. n. 14. B. Carpz. d. tit. 10. resp. 75. n. 17. Cavalla Comm. contra Comm. Tom. 2. pag. 375. quæst. 578. Wintzl. dict. Obs. 14. & 17. Klock. d. cap. 14. n. 64. seqq. Sixtin. de Regal. L. 2. cap. 14. n. 119.*
21 & latè *Ægid. Thom. §. Exact. pr. usque ad n. 17.* quem ad hoc citat Dn. *Becker in J. Publ. cap. 4. p. 186. med.* Nihil dicam de Vectigalium jure, cui non minus Nobiles quàm plebeji sunt obnoxii, quicquid etiam ex antiquis suis & Militum Privilegiis adducant in contrarium, quibus satisfacit *B. Habn dd. suprà locis.*

CAPUT VII.

De

Rebus Doctorum & Studiosorum.

Th. I.

1 Nobiles comitantur Doctores ac Professores, & quidem in eodem Vectigalium jure, licet diversimodè; nam hi omninò immunitatem habent, vi celebris *Auth. Habita. C. ne*
2 *Filius pro Patre, ibi:* SECURE HABITENT: quæ verba, ut ultrà communem sensum habeant effectum, & aliquid operentur, *l. 109. de Leg. 1.* non nisi de immunitate Vectigalium
3 sunt accipienda, maximè, cum illud menti Imperatoris, qui pietatis suæ Beneficium hoc appellat, videatur esse consen-
tancum

tanea. *Sixtin. de Regal. cap. 6. n. 109. M. Stephani de Jurisdict. p. 2. L. 3. c. 8. n. 13. seq. Heinr. Klock. de J. Vectigal. th. 23. Hunn. ad dict. Avth. cap. 2. q. 13.* Equidem displicet hæc explicatio *Accursio, Veteri Glossatori*, in specie verò *Limnæo de J. Publ. L. 8. c. 9.* ubi ait: quod si securitas pro immunitate à præstatione Vectigalium, ut illi volunt, accipi debet; omnes eâ immunitate præditi erunt, quia omnibus hominibus æqualis tribuitur securitas, *l. 28. §. 7. D. de pæn.* Tutius igitur TO SECURE VIVERE, accipitur ut idem sit ac SINE METU ET PERICULO VENIRE. Verùm, stante hâc interpretatione, quæro, qualehoc sit pietatis Imperatoriæ Privilegium, siquidem omnibus præstatur communis securitas, ut Dissentientium verbis uti liceat, adeoque intervertimus potius argumentum, satis lubricè nobis oppositum *add. Arum. Vol. 2. disc. 33. th. 4. lit. C.* His superaddimus *l. 6. C. de Profesfor. & Medic. Libr. X.* qui textus de munere reali loquitur, secundum Dd. communiter, *Andr. Fachin. consil. 82. n. 3. Br. in d. l. 6. & Angel. in §. 15. Inst. de Excusat. Tutor.* Ast Jus Vectigalium tale est, per *l. 4. §. 1. D. de publ. & Vectig. l. 5. verb. inferunt. revehunt. C. de Vectigal. l. 6. vers. Vectigalium enim. C. eod. tit. l. 8. l. 9. C. d. t. l. 21. init. D. de Donat. int. V. & U. l. 60. §. 8. D. Locati Cond. l. 3. C. Vectig. nov. instit. non posse.* Ergò. *jung. l. 3. C. de Silentiar. Lib. XII.* Nec refert, an in Academiis actu legant, an veró in Aulâ Principis vel Judiciis scientiam Juris (quippe de Juris Doctoribus *prædicta Avth. Habita*, maximè loquitur) exerceant, quia & ipsi Clientulos suos instruendo, docere intelliguntur, *arg. l. 2. §. 35. D. de Orig. Jur.* veram, nisi fallor, Philosophiam, non simulatam profitentes, *l. 1. §. 1. de J. & J.* ut tamen togati illi Vultures, & Juridici Canes, (Rabulas Forenses dico) excludantur, *Klock. supr. all. Discept. de J. Vect. Conclus. 33.* Eadem immunitas ad Licentiatos, præprimis promotos pertinet, quia IN FAVORABILIBUS semper pro Doctoribus habentur, *Alciat. ad l. 57. de V. S. Wurmser, Exerc. Jur.*

Yy Publ.

Publ. 5. *q.* 11. omnibusque Doctorum Privilegiis fruuntur; *Besold. de Jur. Academ. c.*4.*n.*16. Ergò & hoc gaudebunt Pri-
10 vilegio. *vid. supr. p.* 1. *c.* 7. *th.* 10. Ampl. ut prædicta Immunitas etiam ad Doctorum & Professorum liberos nec non Uxores pertineat, ne aliàs per latus ipsorum damno afficiantur, *arg.* §. 2. *Inst. de Injur.* contra mentem Legislatoris, cujus Privilegium & beneficium latissimè est interpretandum, *l.* 3. *D. de Constitut. Princip.* quemadmodum aliàs Privilegia Maritis & Patribus competentia sunt ad Uxores & liberos eorum transitoria, *l.* 6. *C. de Professor. & Med. Lib. X. l.* 2. §. *ult. C. de Episc. & Cler. l.* 19. *D. de Jurisdict.* Idem applica-
11 tur ad eorum Viduas, propter generales txx. in *l.* 8. D. *de Sena-*
12 *tor. l.* 13. *C. de* Dignitat. *lib. X.* cæteris tamen paribus, id est, dummodò in eodem Statu maneant, *l. ult. C. de bonis quæ liberis.* & in castimoniâ, sanctitate vitæ & morum honestate subsistant, *l.* 7. *verf. de cæteris, C. de revocand. Donat.* id quod observantia quotidiana, quæ optima Legum interpres est, *l.* 37. *D. de* LL. satis abundè comprobat. *add. Hunn. ad dict. Avth. Habita. cap.* 1. *quæst.* 6. ubi de Liberis patrissantibus in hoc passu allegat præjudicium: ut proinde idem de Viduis videatur esse dicendum, quia similium idem est judicium, *secundum vulgg. jura.*

1 Th. 2. Doctores sequuntur Scholares & Studiosi, qui eâdem cum suis nunciis gaudent securitate, scilicet in Vectigalium onere pro supellectile suâ præstando; idque non tàm in veniendo quàm in recedendo, *Suevus ad d. Avth. Ha-*
2 *ta. Peric.* 4. *th.* 3. cujus mentem optimè confirmant *M. Stephani bid. Tr. de Jurisd. L.* 3. *p.* 2. *cap.* 8. *n.* 9. *& Cubach Cent.* 3. *dec.* 9. *q.* 4. ubi ait: perversa Consuetudo est quarundam Regionum, quâ patriam repetentes nonnisi certis cum nummis dimittuntur: accessum si concedunt, cur non etiam recessum? juxta *arg.*
3 *l.* 4. *D. de vacat. & excusat. Muner. l.* 3. *D. de Constit. Pp.* Sanè, ad eludendum *dict. Avth.* privilegium, Publicani, utpote pe-

cuniis

cuniis corradendis avari, Studiosis sæpè numero superciliosè replicant: HABITA, UBI VIS, ET SOLVE: cujus 4
perfidiæ & avaritiæ coercendæ causâ, notari meretur Dd. Cautela practica, ut Studiosi Academiæ valedicturi, ad præcavendas rixas, inter Publicanos & Aurigas in transvehendis rebus oriri solitas, literas testimoniales sub publico Universitatis sigillo petant, pro manutenendâ hujus Privilegii possessione, in quâ plus quàm immemoriali temporis spatio muniti, hodienum sunt defendendi. Plenius hâc de re 5
possunt consuli quotquot existunt ad Celeberrimam illam *Authenticam Habita.C.ne Fil. pro Patr.* Commentatores & Interpretes, *Dn.Richter, Dn.Bechmann, Bolognetus, Gilkenius, Petr. Rebuffus, Jul.Pacius, Horat. Lucius, Sichard. Hunnius*, & si qui sunt alii, cum Homeri Iliada hîc scribere non sit animus. *add. Heig.Miscell.p.*11.*q.*11. *Arum.* L. 2. Jur. *Publ.Discurs.* 33. *Middendorpius Cluden. Syllog. rer. quotid. thes.*21. *Stephani d. Tr. L.* 2. *c.* 2. *Zæs. ad Dig.tit.de Publ. & Vectig. Hahn.ad VVesenbec.ibid.* Cæte- 6
rum ut ut Studiosi sint immunes à Vectigalis solutione, propterea non immunes fiunt à rerum suarum professione coram Publicanis faciendâ, quin potius ad hoc vel maximè sunt obstricti, *Hunn. ad dict. Avth. c.*2.*q.*13. Inde est, quod Au- 7
rigæ hoc casu ad lites aliasve similes difficultates præcavendas soleant Scholares admonere de schedulâ immunitatis, *Germ.* Freyzettel/ Paßbriff/ sibi comparandâ; *Hunn. d. l.* aliàs enim hoc Privilegio facilè posset abuti Studiosus, res alienas quasi proprias subdolè venditando, uti rectè post *Br. Köppen, Rosenthal.* observant *Stephani d.cap.*8.*n.*16. *Cubach. d. l. VVehner. Observ. Pract. voce*: Zoll/ Zollfrey. *Dan. Otto de J. Publ.cap.*11.*p.*421. *Besoldus de Studios. Magistr. Privil.p.*45. Hinc 8
etiam fit, quod ob defraudatum Vectigal hoc casu res in commissum cadant, *Rebuff. Privileg.* 141. *Gilken. ad sæpè laudat. Avth. n.* 44. quia frustrà Legis auxilium implorat, qui contra eam peccat, veluti experti juris est in *l.*37. *in fin. D. de Minor.* & aliis textibus Parallelis.

1 Th. 3. De supellectile librariâ Studiosorum non una, nec eadem est Dd. sententia: an locatori pro pensione sive mercede TACITE sit obligata? Negativam tanquam
2 rationi & veritati juris consentaneam, plausibiliter defendimus cum *Joh. Fab. Jason. & Anton. Usillo ad §. 7. Inst. de Action. Sichard. in rub. C. de pignor. n. 8. Stephani* L. 3. *P. 2. c.* 10. *n.* 41. *Horat. Luc. de Privileg. Schol. pr.* 33. *Bachov. de Pignor. L.* 1. *c.* 11. *n.* 3. *Id. de Action. Disp.* 31. *th.* 34. *in fin. Treutl. Vol.* 1. *Disp.* 6. *th.* 3. *lit. B. & Vol.* 2. D. 1. *th.* 4. *lit. B. C. ibiq. Bachovius. Hænon. Disp.* 19. *th.* 4.
3 *lit. E.* tum quia non minor favor debet esse illarum rerum per quas animus, quàm quibus fundus excolitur, *l.* 7. *l.* 8. & *Auth. seq. C. quæ res pign.* tùm quòd tacita hypotheca videatur generalis, *arg. l. pen. vers. antequam. D. in quib. caus. p.* in qua m non veniunt ea, quæ verisimiliter quis obligaturus non fuisset, *l.* 6. *D. de pignor.* Minor prob. quia sine libris non potest Scholaris commodè aut honeste vivere, *Schneidew. ad d. §.*
4 7. *Inst. de Act. n.* 43. ubi insigne allegat Privilegium quod habemus per *gloss. in l.* 125. *de V. S.* quæ dicit, quod sicuti in executione rei judicatæ arma non sunt auferenda Militibus; ita nec libri Scholaribus. Unde *Bl. super rubr. Cod. qui bon. ced. poss.* ait: Quod si Scholaris cessit bonis, & posteà emit Libros, tunc Creditores non possunt eos auferre: ALIAS QUICQUID INFERUNT, PRO PENSIONE ET DETERIORATIONE REI IPSO JURE OBLIGATUR, per *l.* 2. *D. d.*
5 *t. in quib. caus. pign. &c.* Quod ipsum ultrò largimur Dissentientibus Nostris, & h. m. in Terminis justificamus favorabile hoc Studiosorum Beneficium; imò in hypothesi concedimus, ut si aliæ res deficiant, etiã in libros eventualiter possit fieri executio, *Coler. de Process. execut. P.* 2. *c.* 3. *n.* 148. *B. D. Carpz. J. prud. For. P.* 2. *Constit.* 25. *defin.* 20. *n.* 9. quos laudat *Dn. Richter Tr. de J. & P. Creditorũ p.* 349. *n.* 135. eorundemq; opinionẽ confirmat recepta Germaniæ consuetudo, teste *B. Ungep. Exerc.*
6 *Justin.* 14. *q.* 9. *in Ajo.* Secus enim hoc Privilegium esset cum illorum damno & præjudicio conjunctũ, qui cum Studiosis con-

contrahunt: quod est contra omnem rationem & naturalē æquitatē in *vulg. l. 14. D. de condict. indeb. l. 206. de R. I. l. 74. D. eod.*

CAPUT IIX.

De

Rebus Militum & Clericorum.

Th. I.

Rebus Studiosorum associamus bona Militum; quæ tamen 1
haud caduntin commissum, per *l. 3. C. de Vectigal. & Commiss.*
Licet autem non obligentur pœnâ Legis, nihilominus obli- 2
gantur Lege, dum solutio Vectigaliū æq; ab iis, ut aliis exigi debet & præstari, juxta *l. 17. C. d. t.* ne tale Privilegii genus in præjudicium Fisci vergeret, quo ipso facilè Jus publicum posset lædi contra vulg. *l. 38. D. de pactis.* Hactenus igitur satis constat 3
de Principali ergaMilites Clementiâ, quam summus summè imperantiū Divorum PP. favor & merita in Remp. concitavit, uniceq; perfecit, cum magis arma, quàm LL. aut illarum scrupulositates scire intelligantur, *l. ult. pr. C. de jure deliber. jung. l. 1. C. de Jur. & Facti. ignor. add. Enenckel. Tr. de Privileg. Milit. L. 2. c. 10. n. 4. B. Hahn ad VVesenbec. tit. de Public. & Vect. n. 6. VVisenbach p. 2. Dispp. ad. Pand. XV. th. 28.* Quoniam verò Militibus Publi- 4
cani se tales esse affirmantibus, non statim fidem adhibent, idcircò debent esse instructi libello commeatus, qui vulgò dicitur, ein Paß oder Paßbort/ secus allegatio hujus Privilegii ipsis non prodesset, secundum *Becht. de salvo Cond. th. 239.*
Et ita etiam sese habet præsens favorabile Beneficium, Mi- 5
litibus in mercium suarum professione singulari Militum jure indultum, quod aliâs Paganis non est concessum, *t. t. D. & C. d. t. de Vectigal. & Commiss.* cum inter omnes constet, 6
merces improfessas, i. e. apud Publicanos non insinuatas, de J. communi in commissum cadere, & confiscari; quod Vernaculâ nostrâ Germani h. m. exprimunt: Die Güter / so nicht verzollet/ und angezeigt werden/ fallen der Obrigkeit heim. scilicet quoad DOMINIUM ipso Jure, ita, ut tali mo- 7

 do

do quod est commissum, statim desinat ejus esse, qui crimen contraxit, idemque adversus quemlibet rei possessorem,
8 maximè tamen heredem ipsius Rei transmittatur, *l.14. D.d.t.*
9 *de Vectigal.* Intellige, si quæstio VIVO EO, QUI DELIQUIT, fuit mota; exemplo cæterarum actionum pœnalium, quæ lite contestatâ in defuncti heredes transeunt, §. 1. *in fin. Inst. de perpet. & tempor. act. l. un. C. ex delict. defunct. in quantum hered. conven. l.139. pr. de R. I.* Per litis enim contestationem quasi contrahitur in judicio, *l. 3. §. 11. de pecul.* adeoque ut actio ex contractu transit in heredes, ita quoque ex delicto quasi novatione factâ, in solidum contra heredes datur, *l. 26. l. 58. D. de O. & A. l. 164. d. t. de R. I.* vid. in hanc rem clar. & inevitab. text. in *l. ult. §. pen.* D.d.t. *de Vectigal.* cui superadde *Golnitz Tr. de Vectigal. c. 5. n. 2. & VVesenbec. part. 7. Consil. 336.*
10 *n. 65.* ubi inter alia tradit & præjudiciis confirmat, quòd non possint heredibus auferri bona, quæ reliquit is, qui POST MORTEM arguitur, licet præstito juramento bona non rectè indixerit nec censum debitum persolverit, vulgò dici-
11 mus, daß er die Güther nicht verschosset: quoad POSSESSIONEM tamen auferendam, sententiâ declaratoriâ ordinariè est opus, per ea quæ probat *Gail. de P. P. L. 1. c. 5. n. 4. 12. seqq. item L. 2. Observ. Pract. 51. n. 5. Farin. de furt. quæst. 172. n. 3.*
12 *seqq.* ut ut ex inveteratâ consuetudine hoc non observetur, dū ipse Fiscus propriâ authoritate bona commissa surripit, *Coler. de Process. execut. p. 1. c. 3. n. 84. Modest. Pistor. p. 2. Consil. 48. n. 18. Köppen. decis. 50. n. 11. Mævius ad Jus Lubec. p. 2. tit. 3.*
13 *art. 7.* Cæterùm, Testamenta quod attinet Militum, quæ vel in expeditionibus constituti vel à militia honorabiliter dimissi, vel aliàs Veterani faciunt, nolo de hâc materiâ ab Interpretibus satis jam tùm excusâ & quotidianâ, aliquid superaddere, ne actum agam. *vid. Commentatores ad tit. Inst. Dig. & Cod. de Militari Testam.*

Th. 2.

Th. 2. Missis in præsentiarum Militibus terrestris militiæ, dum ad Milites cœlestis militiæ, dico Clericos, transeo, placet Jus Collectandi denuò hic reassumere, & pro re natâ deducere, an, & quatenus immunitas sive vacatio ab hoc munere eos sublevet? Affirmativam uno ore regulariter 2
tenent Dd. per *l. 5. C. de S. S. Eccles. l. 2. C. de Episcop. & Cler. & Avth. item nulla. ibidem subjectam. l. 33. §. 7. C. eod. tit. Nicol. Balb. in Consil.* 98. *n.* 2. latè *Bursat. Consil.* 42. *n.* 1. *Vasq.* 3. *Illustr. q.* 105. *n.* 45. *seqq. Borell. Consil.* 74. *n.* 1. & *seqq. ubi infinitos cumulans loquitur de Collectis. Franc. Personal. de Gabell. n.* 78. *Parlador.* 1. *Rer. quotid. c.* 3. *n.* 2. latissimè *Gregor.* 3. *de Republ. cap.* 7. *per tot.* cum à Laicorum Jurisdictione quoad BONA SACRA sint exemti, *Joh. Erasm. Seiffart. Nucleo Discurs. Jur. Publ.* quæ ratio 3
cum cesset in Jure Tributorum quoad BONA PROFANA Civiliter acquisita, e. gr. per emtiones, Hereditates, & Matrimonium, ideò & Jus in eo aliud obtinet, quia inter omnes constat, quod Clericus ratione suorum bonorum (wegen seiner privat-und profan Güther) coram Judice seculari conveniri possit, *Gail.* 1. *Obs.* 37. *n.* 4. *Mynsing.* 4. *Obs.* 22. *Vultej. in l. un. C. in quib. caus. Mil. for. præscript. &c. n.* 57. *Obrecht. de Jurisd. L.* 2. *c.* 13. *n.* 6. quos ad hoc citat *Dn. Struve Ex. IX. th.* 48. adeoque & Tributorum exactioni possunt subjici. *Rom.* 13. *v.* 6. *seq.* Quæ cum non animadvertat Bocerus, qui no- 4
stram sententiam impugnat, frustrà provocat ad *c. si in morte. vers. porrò. & c. tributum* 23. *quæst.* 8. quia utrinque sermo est 5
de Tributo, quod propriè à Collecta differt. Nam illud munus est ordinarium, certam habens ac fixam præstationem, & rem ipsam afficit, nullâ habitâ consideratione personæ; hæc munus est extraordinarium, perpetuamque ac quotannis recurrentem præstationem non habet, se variа est, ac pro Reip. commodo & necessitate imperatur sive imponitur. Illud à possessoribus, sive subditi sint, sive subditi non sint, præstari solet; hæc verò solis subditis indicitur,

tur, *Gail. 2. Observ. 52. n. 12. & 13. Cothmann. resp. Academ. 27. n.*
6 141. Tam igitur Ecclesia pro bonis suis Ecclesiasticis quàm Cleri pro Patrimonialibus ad Tributa illa tenentur, juxta *can. 27. XI. q. 1. d. l. 5. & ibidem Doctores. de S. S. Eccles.* Sed quid hoc facit ad Collectas, de quibus in præsentiarum controvertimus, & regulam constituimus, eandemque defendendam suscipimus? Cui præterea adsistit Juris Canonici Authoritas in *cap. non minus. cap. adversus. X. de immun. Eccles. cap. Clericis. in med. de immunit. Eccles. in 6to. cap. quan-*
7 *quam. de Censibus. in 6to.* Diximus: regulariter: siquidem communis utilitatis gratiâ à Legum præscripto ipso Jure permittente aliquando deflectere licet, *Nov. 7. c. 9. §. 1.* & hinc etiam Clerici, publici favoris intuitu ob inevitabilem necessitatem, quam Wesenbecius præcisam & absolutam vocat, quæ legem non habet, sed dat, *l. 2. C. de Patrib. qui filios suos*
8 *distraxer. cap. 4. X. de R. I. c. 78. de R. I. in 6to.* sarcinam Collectarum portant; idque probant textus triti, *l. 11. C. de S. S. Eccles. l. 2. C. de quibus Muner. vel præstat. nem. lic. se excus. Lib. X. l. 21. C. de Curs. publ. & angar. & parang. Libr. XII. cap. 2. X. de jure immunit. Tesaur. decis. Pedemont. 234. n. 10. & Br. in d. l. 21. Ecclesia, inquit, tenetur tempore expeditionis contribuere ad Collectam vel Gabellam & alia munera etiam sordida, quæ imponuntur propter societatem vel concursum militum deprædantium Comitatum & occidentium personas.* Quam opinionem etiam in praxi & consuetudine receptissimam asserit cum allgg. *Dn. Richter*
9 *Decis. 70. n. 59.* Nec abs re. Naturalis enim ratio dictitat, bonum Publicum, quo salus & Incolumitas, deinde utilitas omnium continetur, paucorum commodis esse præferendum, *Auth. res quæ subjacent. C. Commun. de Legat. & Fideic. l. 3. C. de Primipilo. Libr. XII.* cum omnia bona eò pertineant, ut nos beent, *l. 49. de V. S.* serviantque primùm publicis usibus & conservationi Boni Publici, atque saluti OMNIUM deinde iis, quibus ex constitutione Juris Gentium & Civ. obve-

obveniunt & legitimè competunt, *arg. l. 38. D. de pact.* Hinc immunitas concessa alicui à Muneribus & Collectis Ordinariis & Extraordinariis, etiamsi sit ampla, non etiam extenditur ad onera, quæ ob supervenientem casum insolitum & necessitatem improvisam, de quâ ab initio verisimiliter non fuit cogitatum, *Roland. à Valle Consil. 5. n. 26. cum multis seqq. & Consil. 80. n. 21. Vol. 3. & Consil. 2. n. 12. seq. Vol. 4. Natta Consil. 63. Consil. 66. & Consil. 397. Cacheranus decis. 36. & decis. 68. Bursat. Consil. 16. n. 22. & Consil. 142. n. 5. & Consil. 161. n. 11. Tesaur. decis. 234. n. 10. Gail. 2. Obs. 52. n. 26. Köppen decis. 61. n. 9. seq. Schrader. de Feud. p. 10. sect. 1. n. 130. Rosenthal de Feud. c. 5. Conclus. 86. n. 3. Petr. Frid. Mindan. de Mandat. L. 2. cap. 45. n. 12. Rutg. Ruland. de Commiss. P. 4. L. 2. c. 6. n. 44. Hugo Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 16. n. 17. Sixtin. de Regal. L. 2. c. 14. n. 125.* sed tempore penuriæ ac urgentis necessitatis & belli quæcunque privilegia cessant, sive ratione Dignitatis, sive Religionis intuitu aut personarum prærogativâ, sive alio quocunque modo aut tempore per sacros apices vel etiam pragmaticam sanctionem, aut judicialem fortè dispositionem concedantur, *arg. l. un. C. ut nemini liceat in emtione specierum se excus. Libr. X. M. Anton. de Amatis decis. 116. n. 17. Menoch. Consil. 137. n. 9.* quia actus ex necessitate factus non continetur sub lege prohibente actum fieri, *Gylmann. Vot. Cameral. tom. 1. part. 3. vot. 11. n. 8.* 11 sed necessitas omnibus Legibus derogat, & omnem immunitatem excludit, *VVesenbec. Consil. 40. n. 28. Vol. 1.* imò eam vim habet, ut & Canones sibi subjiciat, *Regner. Sixtin. 3. Consil. Marpurg. 11. n. 5.* omnemq; solvit ac infringit Constitutionũ Concessionũ ac cujuscunq; prohibitionis causam, *l. 13. D. Fam. Ercisc. l. 22. vers. exceptis. C. Mandati. l. 162. de R. I.* adeoq; in omni 12 dispositione, & in quolibet privilegio semper intelligitur esse excepta, dum facit licitum, quod aliàs esset illicitum, *cap. quod non est. de R. I.* Idẽ & nostro casu est statuendũ, quem non tantùm Cameralis Judicii usum, sed & generalem totius ferè Germaniæ consuetudinẽ comprobasse attestatur *Mynsing. 4.*

Zz Ob-

13 *Observ.* 70. præsuppositis tamen terminis habilibus, hoc est, universi Cleri deliberatione, & factâ ex post facto sub communi voto distributione sive collatione, *Caspar Klocken de Contribut. in Imp. usitat. conclus.* 31.

1 Th. 3. Exempla rem illustrant. Ita ad expeditionem Turcicam pro modo substantiæ faciendam, Clerum non una obligat Imperii Constitutio, veluti ex Decretis Comitiorum publicis satis clarè apparet, inter quæ nominasse hic sufficiat R. J. *de ann.* 1500. §. Item ist auch angesehen. *it. de ann.* 1542. §. Und wiewohl in dem jüngsten. §. und nemlich sollen. & §. Es sollen auch alle Churfürsten. *it. de ann.* 1554. §. und nemlich sollen. §. und dieweil nun. & §. und zu diesem Christlichen milden Werck / sollen auch alle Stifft / Capitul / Clöster / Ordensleute / Kirchen / der Kirchen Fabricken und Spittäle / sie sein in Städten oder anderswo / Geistliche oder Weltliche Brüderschafften / und alle andere Geistliche versamlungen / Communen und Clausen / von Mannen oder Frauen / sie sein exemt oder nicht / ihre Steuer und Anlage geben / in betrachtung / was ihnen an handhabung des Christlichen Namens und Glaubens / davon sie auch ihre Würde / einkommen / und Unterhaltung haben / gelegen ist. Et paulò post: Aber der Kirchen Kleinodien und Gezierde / sollen in dieser Anlage nicht begriffen / sondern als zu einem Schatz der Christenheit / wo man des zu einer nothwendigen / unvermeidlichen Hülffe bedürffen würde / gesparet und behalten werden. add. R. A. *de ann.* 1582. §. und demnach sollen. *de ann.* 1594. §. demnach sollen die Unterthanen. *de anno* 1598. §. weil dann nun. *cum* §. *seq. it. de ann.* 1603. §. Nachdem es nun. & §. demnach sollen. *jung. Sixtin. d. L.* 2. *c.* 14. *n.* 128. *VVarem. ab Ehrenberg. de Regn. subsid. c.* 12. *VVintz. de Collect. Observ.* 13. *n.* 8. De ra-
2 tionibus non adeò anxiè erimus solliciti: quippe requirit subsidium hoc propter communem utilitatem, justitiæ congruens symmetria & nulla sui parte claudicans commensura-

ſuratio, cujus Auctrix & Cultrix Eccleſia eſſe debet, *cap. un. I. FF 13. verſ. Eccleſia. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. Convent. L. 13. tit. 46. n. 16. Vasquius illuſtr. Controv. L. 1. c. 7. n. 1 Tonning. Conſil. 9. n. 77 & Conſil. 38. n. 22. Vol. 1. VVeſenbec. Conſil. 121 n. 12. Vol. 1. Oldendorp. 1. Conſil. Marp. 5. n. 15. Joan Del Caſtillo 2. quotid. controv. Jur. c. 5. n. 43.* Idem efflagitat æ 3
quitas, rei humanæ fulcrum, ne videlicet deficientibus nervis, Patria prorſus exhauſta fatiſcat, atq; cladium profundo miſerabiliter ſeſe ſubmergat. Quâ de re not. practica in ſimili extremæ 4
neceſſitatis caſu quoad redimendos captivos vel in ipſis rebus Eccleſiæ alienandis, in famosâ *l. 21. C. de S. S. Eccleſ. & can. 70. cauſ. XII. q. 2.* melius eſt enim Vaſa viventium conſervare, quàm metallorum; & ſalvâ Patriâ aurum & argentum reponi, utpote quod poteſt recuperari: aſt Illa ſemel amiſſa, nunquam poteſt reſtitui, *Scipio Amir. L. 15. diſcurſ. 5. ad Tacit. vid. d. l. 21. circa finem.* His adde, quod etiam ad refectionem murorum, mœniorum, 5
viarum, fontium, pontium, aggerum, foſſarum, pomœriorum, pectoralium, it. pro lite termini, paſtusq; & ſimilium, quæ in Bonum Commune, utile & neceſſarium cedunt, Eccleſiaſtici ſubſidia jure conferant, *l. 7. C. de S. S. Eccl.* Muri enim ob Civiū com- 6
munem ſalutem, hoſtis terrorem, & Urbis decus conſtituuntur, omniumq; intereſt, eos non violari: unde eorum violatores capitaliter puniuntur, *§. 10. Inſt. de Rer. Diviſ. l. 8. §. 2. l. ult. D. eod. l. 11. D. ad L. Jul. Peculat.* Cum itaq; refectio iſta ad præſens pe- 7
riculum avertendum & futurum præcavendum inſtituatur, nemo ab hâc exemtionem habet, *l. 7. C. de oper. publ. l. 1. C. de præd. & omn. reb navicul. Libr. XI l. 4. C. de Privileg. dom. Aug. Libr. XI. l. ult. C. de quibus muner. vel præſtat. nem. lic. ſe excuſ. Libr. X.* ne quidem 8
Clerici; ob communem utilitatem, quâ ratione bonorū commodum percipiunt; nec ipſa Eccleſia: nam quoties verſatur communis utilitas tàm Eccleſiæ, quàm Laicorum, par omnium ſubſidii levamen eſſe debet, & tenetur Eccleſia onus agnoſcere pro portione, *Hyppolit. Rimin. Conſil. 2 n. 11. & Conſil 4. n. 20. Surd. Conſil. 301. n. 3. & Conſil. 490. n. 2. Cravetta Conſil. 392. n. 5. Fulv. Pacian. Conſil. 7. n. 7. ſeq VVeſenbec. Conſil. 42 n. 3.* Quam communem Canoniſtarum ſenten- 9
tentiam dicit *Decian. reſp. 14. n. 12. Libr. 1.* cum juri naturali ſit conſen-

taneum,

taneum, ut qui munitione, ejusq; pace & commodo fruitur, necessariò
quoque de ejusdem onere participet, sine quo munitio haberi non po-
test, ut eum sequantur incommoda, quem sequuntur commoda, *l. 10. de*
10 *R. I.* Cui subscribit communis Dd. Schola. *Natta Consil. 311. n. 4. & 5. &*
Consil. 286. n. 6. ubi plures necessitatis casus enumerat. Franc. Bursat. Consil. 26.
n. 24. Surd. Consil. 524. n. 27. Schurff. Consil. 44. Cent. 1. & Consil. 55. Cent. 3. Gu-
tierez 1 pract. quæst. 3. Cacheran. decis. 63. ubi n. 4. de communi & magis com-
muni testatur. Vasquius de success. L. 3. limit. 7. n. 181. Tessaur. decis. 234. n.
10. Nicol. Boër. tract. de custodiâ clav. n. 48. Molinæus Consil. 11. & 12. qui in
causâ Francofurdiensis Civitatis contra Clericos ibidem consuluit. Nicolaus
Everh. Consil. 42. n. 40. seq. Idem in Topicâ Legali loco à verisimili n. 8. seq.
Marc. decis. 68. per tot. & decis. 460. n. 26. Ann. Robert. L. 2. Rer. judicat. c. 3.
ubi ita esse judicatum refert. Frider. Husan. de propriis hominib. c. 1. n. 127.
& seqq. Rosenthal de Feud. cap. 5. Concl. 81. n. 2. Herm. Lather. de Censu L. 1. c.
4. n. 3. novissimè Aldovinus Aldovini Consil. 59. n. 15. Camill. Borell. de Ma-
gistr. Edict. L. 2. c. 7. n. 57. Hieron. de Cevalios in spec. comm. opin. q. 425. & q.
576. n. 4. Trentacinq. L. 1. Var. Resol. tit. de jure Fisci. resol. 5. n. 13. seq. Arni-
saus Tr. de subject. & exemtion. Cleric. c. 4. n. 13. ubi ita contra Clericos Bi-
turicenses & Lugdunenses judicatum fuisse testatur. Ritterschus. in exposit.
11 *Novell. P. 1. c. 8. n. 67.* Et quamvis existiment nonnulli, *d. l. 7. C. de S. S. Ec-*
cles. esse sublatam per *Auth. idem nulla Communitas. C. de Episc. &*
Cler. Borell. Consil. 74. n. 45. Vinc. de Anna allegat. 13. n. 8. p. 1. Con-
12 trarium tamen servari contra consuluit *Castrens. Consil. 431. n. 2.*
Vol. 2. Petr. Anton. de Petra de Potestat. Princip. c. 5. n. 21. fol. 95.
Decian. Consil. 14. n. 19. 25. seqq. quem sequitur Menoch. Consil. 800. n. 26.
Gregor. L. 3. de Rep. c. 7. sect. 26. fol. 115. Laderch. Consil. 145. n. 1. Ludovic. de
Penna in l. 2. verb. Ecclesias. col. 1. 2. 3. 4. C. d. t. de quib. muner. vel præstat. nem.
lic. se excus. Libr. X. & ipsius suffraganeus Petr. Caball. resol. crim. Cent. 1. cas.
13 *9. n. 7. Alder. Mascard. de gener. statut. interpret. conclus. 1. n. 240.* Minus ergo
dextrè aut discretè, imò contra jura, æquitatē ac pietatem Clerici pas-
sim agunt, qui licet omnibus Civitatis, totiusq; loci commoditatibus
fruantur, tamen ad supra præfatas necessarias & gravissimas Rerum re-
parationes, nec de Communi quidem Ecclesiæ vel Collegii, ne dum de
propriâ substantiâ aliquid conferre sustinent, quasi privilegia & exem-
14 tiones suæ hoc ipso admodum convellantur & violentur, verba sunt
15 *Petr. Frid. Mindan. Tr. de Interdict. tit. 4. n. 45. & seqq.* Non obstat *l. 18. D.*
de Muner. & Honor. Resp. dist. inter viæ munitionem, quæ munus per-
sonale est, *l. 1. §. 2. D. eod.* & eam, quæ est reale sive patrimoniale munus

l. x.

l.11.D.de vacat.& excusat. Muner. Illud non tenentur subire Ecclesiasticæ personæ; hoc utiq; debent præstare & in se suscipere, quia ab hujusmodi Muneribus nec primipilaris, neq; veteranus, aut Miles aliusve, qui privilegio quodam subnititur, nec ipse Pontifex excusatur, text. clar. *in l.ult.§.24.D.d.t.de Muner.& Honor.* Cæterum, illud jam in specie non operosè disputabimus, utrum ad refectionem Murorum præcisè opus sit, ut Superior consentiat: cum hodie quælibet Universitas muros etiam inconsulto Principe reparare possit, uti experientia docet, modò sine suspicione machinationis id fiat. Olim non erat sic, *vid.l.9.§.4.D.de R.D.* unde *Chasan. Catalog. Glor. Mundi p.5 .Consil.24.n.190.* & alii, inter Regalia & Reservata Imp. hoc referunt, quemadmodum multa prohibitionis exempla videri possunt apud *Arnis.de J.Majest. L.2.c.5.n.8.* scil. OB SEDITIONIS, REBELLIONIS, ET FURTI METUM. 16
17
Quæ rabies frequentissimè superioribus annis experta, prout adhuc plurimarum arcium ob hoc pessundatarum rudera attestantur. Severissimum earum persecutorem RUDOLPHUM *I. Hermann. Fabron. Keyser Chronica* prædicat, qui in Thuringia plus ultra LXX. prædonũ latebras, in quarum numero, quæ hîc in Viciniâ visuntur absque dubio fuere, solo æquavit. Talis etiam fuit FRIDERICUS PALATINUS I. cujus Epitaphium & hanc laudem continebat: FULMEN PRÆDONUM.

CAPUT IX.

de Rebus Civium & Rusticorum.

Th. I.

1 Hîc præcipuum se se sistit Jus pignoris, quod Fisco ratione Tributorũ aliarumq; publicarum exactionum in bonis Civium competit, *l.1. C.in quib.caus. pign. tac.contr. l.46.§.3.D. de Jure Fisci. l.6. C. de Privileg. Fisci.* Ratio altera est Civilis & Politica, quia simul ac quis Civis fit & bona habet, ejus bona ad Reip. munera præstanda ipso jure sunt hypothecata, suadente id & necessitate & utilitate publicâ, *Caspar Klock de Contribut.cap.7.n.6.& 7.* altera est naturalis, quâ unusquisq; Patriæ suæ ad omnem utilitatem & salutem arctissimè obligatur, *arg.l.2 de J.& J.l.1.§.15. D.de ventre in possess. mitt.* Quæ obligatio non incipit à die impositionis Collectarum, sed ab eo momento, quo res Reip. districtui adjecta est, adeoq; Fiscus vincet Creditorem πρωτότυπον[?] ..., licet is multos annos hypothecã sibi caverit, *l.1.C.si propter publ.pensit.&c. Practica Papiensis in form.libell in act. hypothec. 6.sub eadem Obligat.n.114.* idq; communiter servari testatur *Hieronym. Schurff. Cent. 2.Consil.83.n.8. Michaël Bene-*

ther. de prælat. part. 1. *cap.* 12. & 15. Quod de ORDINARIIS est verissi-
4 mum; de EXTRAORDINARIIS verò non adeò expeditum, plerisq; Doctoribus statuentibus, in his nullum prælationis Jus ratione hypothecariorum Creditorum anteriorum competere, *Klock d. Tr. cap.* 18 *n.* 56. *Aymo Cravetta Consil.* 872. *n.* 4. *seqq. Gemin. Consil.* 1. 6. *n.* 6 *Berlich. part.* 1. *Conclus.* 64. & 106. Verùm hæc opinio, si ad principia modò allegata reducatur, non videtur esse amplectenda, cum ei non tàm generalitas prædictarum legum, quàm ratio à Justiniano in *Nov.* 8. *cap.* 10. §. 2 adducta, quæ totius Societatis Civilis conservationem respicit, validè obstet. Quæ cum pariter in Extraodinariis oneribus, ac Ordinariis locum inveniat, Jus etiam idem obtinere necesse est, *arg. l.* 108. *de V. O.* ex rationis enim identitate congruè colligitur, *Everhard. in Topic. Leg. loc.* 79. *n.* 1. Et ut maximè concedamus, pignus tacitum incipere demum à
6 tempore impositionis, ut hujus intuitu prioribus hypothecariis anteferri Fiscus nequeat, *vid. Dn. Richter. Tr. de Concurs. Credit. cap.* 2. *membr.* 5. *n.* 32. *seqq.* antefertur tamen ratione Juris Prælationis, quod ei plenissimè tribuitur, *d. l.* 1. *C. in quib. caus. pign. &c.* ut proindè rectè à priori sententiâ divortium fecerit *B. Carpzov. R.R. Elect.* 4. *tit.* 10. *resp.* 77. *seqq.* & *in Jprud. For. P.* 1. *Constit.* 28 *defin.* 47. & *seqq. Köppen* 1. *Decis.* 28. *n.* 17. *seq. Mevius ad Jus Lubec.* 3. *tit.* 1. *art.* 12. *n.* 7. *B. Hahn Observ. Theor. Pract. ad tit. de Privileg. Credit. n.* 4.

Th. 2. Simili Jure utitur Civitas in bonis Administratorum, *l.* 1. *C. de*
1 *Privileg. Fisci. junct. l. ult. C. quo quisq; ordine conveniatur. Libr. XI.* quia cum pupillo pari passu ambulat, & iisdem fruitur privilegiis, *l.* 4. *C. ex quib. caus. Majores. &c. l.* 3. *C. de Jure Reip. Libr. XI. l.* 9. *D. de Appellat.* Ast Tutorum bona sunt legaliter Pupillis obligata, *l.* 20. *C. de Administr. Tutor. l. ult. D. de Tutel. & ration. distrah.* Ergò. Non tamen hoc aliter acci-
2 piendum, quàm si ratione Administrationis conveniantur: secus, si Civitas Administratoribus mutuam dederit pecuniam; tunc enim, nisi expressâ hypothecâ sibi caverit, tacitam ei denegamus, quia hypotheca tacita in casibus lege non expressis non invenit locum, *per jura vulg.* præsertim, cum ratione reliquorum Creditorum, quibus Jus suum aufertur, admodum sit odiosa, & proinde non extendenda, *arg. cap.* 15. *de R. J. in* 6to. Quid igitur dicendum? Responsionem suppeditat *l. pen. D. de reb. author. Judic. possid.* nimirum, ut jure hypothecæ destituta, habeat inter Creditores chirographarios Jus exigendi personale. Rectè; Civitas enim MUTUUM DANDO, jure privatorum utitur, *l.* 15. *D. de SC.to*
4 *Macedon.* cum in lucro captando hîc versetur Civitas, tanquam Creditrix;

trix. ast LL. deceptis,non decipientibus subveniunt.*l.2.§.3.D.ad SCt. Vellejan.*Hinc colligo: quod ubicunque Civitas versatur in damno vitando, 5
ibi meritò Civitati succurritur. Jam subsumo: atqui MUTUUM ab aliis per Administratores ACCIPIENDO,periculum subest.Ergò.Et ideò non 6
aliter cum effectu obligatur ex mutui datione, NISI PECUNIAM IN UTILITATEM EJUS VERSAM ESSE PROBETUR,juxta famosam *l.27.D. de R.C.* cujus verba planè aurea, Civitate Romanâ donata sunt hæc: *Civitas mutui datione obligari potest,si ad utilitatem ejus pecuniæ versæ sunt: alioquin ipsi soli,qui contraxerunt,non Civitas,tenebuntur. vid.Dn.Struve Ex.ad P.XVI.th.18.seqq. & ex professo Br.Jason.Zasius ad d.l.27.B.Carpzov.L.2.resp. Jur.106.seqq Idem in Asylo Debitor.posit.46.seq. omnium novissimè Dn. Heinricus Joachimus ab Eltz. Jurium Doctorandus ex merito suo nominandus, Amicus meus Integerrimus in Disputat.publ.de Obligatione Civitatis ex contractu mutui,ann.1668.hic Jehnæ habitâ sub Clypeo* MAGNI NOSTRI STRAUCHII,SUPRA INVIDIAM POSITI. Idem obtinet in aliis quoq; Universitatibus,ut Pagis,Villis, *arg. rubr. in d.l. 27.D.de R.C.* quæ est desumta ex 7
Libr.10.Ulpiani ad Edictum; unde petitæ etiam sunt *l.15.& 16.de V.S. l. 7.D. quodcujuscunq; Universitatis nomine &c.l. 4. D. de vi & vi armat. l. 14. D. quod jussu.*qui text.comparatè invicem ostendunt,*Ulpianũ in illo Libr.*10.de quibuslibet Universitatibus tractasse, præprimis, cum eadem in omnibus militet ratio, scil. quod per suos Administratores regantur, unde facilè possunt lædi: ubi verò est eadem ratio, ibi quoq; eadem debet esse Juris dispositio, & ideò nec tx. *in alleg. l.27.*loquitur restrictivè,adeoq; vel maximè admittit extensivam Interpretationem. *vid.doctrinaliter Sutholt.I.12. & allgg.à Dn.Struv.d Ex.th.20.init.*ubi de Collegiis Opificum idem statuit cum *Gratian.disc.for.196.n.2.*frustrà dissentiente *Zas.ad d.l. 27.de R.C.*

Th. 3. Jam ad Rusticos: de quibus jam tùm supra constitit,quod omnium utilissimi pariter, maximeq; necessarii sint in vitâ humanâ subditi, utpote quibus tota Reip. machina fundamentaliter innititur, secundum *Scipionem Amiratum L.12.Dissertat.Polit.in Tacit.discurs.3.p.174.pr.*ac proinde meritò fovendi, tuendi, & contra aliorum vim ac injuriam veniunt vindicandi. Argumento esse potest *l.15.C.de Agricol.Censit.& Colon. L.XI.* omnium principaliter tamen Constitutio FRIDERICI II. Imp.§.11. quæ sic habet: *Agricultores & circa Rusticitatem occupati,dum villis insident,dum agros colunt, securi sint quacunq; parte terrarum: ita ut nullus inveniatur tàm audax, qui personas vel boves, agrorum Instrumenta, aut si quid aliud sit quod ad operam rusticalem pertinet, invadere, capere, aut violenter aufferre præsumat. Si quis autem hujusmodi statutum ausu temerario violare præsumserit,*

ferit, in quadruplum ablata restituat, infamiam ipso jure incurrat, Imperiali
3 *animadversione nihilominus puniendus.* Hinc nemini Culturam agrorum
interdicendam, suadet *l.1.C.de Collat.fundorum Patrimon. Libr. XI.* neq; la-
tionibus vel frugibus insistentes Agricolos, ad onera extraordinaria avo-
4 candos esse, permittit *l.2.C.de Agricol.& censit* Libr.XI.adde: quod nec in-
strumenta ad culturam deputata jure pignoris capi, vel in executionem
trahi possint, text.*in l.7.& 8.C.quæ res pign.oblig.*veluti pluribus tradunt & ex
Fori Observantiâ unanimiter statuunt *Mantua singul.497.Cardinal.Tusch.
Pract.Conclus.lit.a.conclus.247.n.1.seqq.Fortun.Garzias ad l.4.D.de pact.n.
14 seqq.Renat.Choppin.de Privileg.Rusticor.cap.7.Sichard.in Cod.tit.quæ res
pign.obl.poss.n.5.Coler.de process.Execut.P.2.c.3.n.30.seqq. B.Carpzov.Process.*
5 *Jur.tit.25.art.2.Idem d.Tr.de Asyl.Debitor.posit.49.* Hoc propter utilitatem
rei rusticæ & agriculturæ regulariter obtinet, ita, ut nisi factum hominis
intercedat, intellige expressam conventionem, quâ in prædium rusticum
illata colonus specialiter facto suo obligat, Jus hypothecæ non [illegible],
*l.4.D.in quib.caus.pign.l.5.C.eod.§.3.in fin.Inst.de Interd.*cum Dom[illegible]
6 di satis prospectum sit fructibus obligatis, adeoq; non opus est etiam su-
pellectilem & instrumenta rustica obligari, *l.7.D.d.t.add.l.5.C.de Loc.Cond.*
quem text. malè in contrarium urgent Dissentientes *in voc.Voluntate:* pro
7 ut colligitur ex parallel. juribus illum explicantibus, nimirum, *l.5.§.1.D.*
8 *d.t.l.ult.C.de Novat.*Neque obst.*l.3. D.d.t.* Alii resp. quasi ex ignorantiâ
9 morum populi Rom.hoc profluxerit, *Arum.Disp.ad P.III.th.4.* Malè. Re-
ctiùs dicimus, quod textus loquatur de horreo non unà cum fundo rusti-
co ad fruges reponendas conducto, sed separatim ad reponendas Merces
10 concesso: PRÆDIA ENIM NON FACIT LOCUS, SED USUS ET MA-
TERIA, per *l.198.l.111.de V.S.it. l.166.eod.l.12.D.de supellect.legat. l.10.in fin.
l.32.pr.D.de usu & Habitat.l.91.§.4.de Leg.3.*Neq; per aream in *d.opp.l.3.*in-
telligitur ager, sed locus in oppido vel pago vacuus; item per Diversori-
um tale est subintelligendum, quod usum habet urbanum.*vid.d.l.4.[illegible] D.
in quibus caus.pign.*.ubi de stabulo idem sentit Neratius, & per Interpreta-
tionem *Dn. Struve Ex. ad P. XIII. th. 6. add. Idem Ex. VI. th. 14.
circa fin. n.2.ibiq; in Resolut. & ad Ex. XXVI. th. 16. vers. quæritur
B. Ludvvell. Disp. ad Inst. XVI. th. 2. lit. H. ibiq;* allgg. inprimis
B. Ungep. Exerc. XIV. quæst. ult.



PARS III.

Pars III.

De
ACTIONIBUS.

Th. 1.



uotusquisque est, qui ignorat, 1
quod Jurisprudentia nostra sit habitus
Practicus, ejusque finis Justitia, vel si mavis, Justitiæ exercitium & secundum rectam rationem æquilibrium in administratione rerum ac negociorum Civilium constitutum, eum in finem, ut Legibus scriptis dextrè explicatis suum cuique tribuatur, *Sutholt l. 20.* Inde & cum *Cicerone L. 1. de Orator.* finem 2
in Jure Civili, ait, esse Legitimæ atque usitatæ in rebus causisque Civium, æqualitatis conservationem, intellige sub εὐπραξίᾳ, quam *Philosophus* exprimit in *IV. Eth. 3. & VI. Eth. 5. 8.* Testantur hoc ipsum (quamvis non negaverim abusus) 3
tot JCtorum, vel ethnicâ nube infectorum in decidendis litium turbis rationes, quas tamen à pio Christianorum judicio proximè abesse, exemplo Papiniani elegantissimo demonstrat *l. 15. D. de condit. institut.* His modaliter subveniunt 4
ACTIONES, quibus Jus nostrum in Judicio consequimur, etiam ab invito, *pr. Inst. de Act.* Vis enim est & tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, per Judicem non reposcit, *l. 13. D. quod met. causâ.* neq; singulis concedendum, quod publicè per Magistratum fieri debet: ne occasio detur majoris tumul- 5
tus faciendi, *l. 176. pr. de R. I.* Hic ipse est Judex, utpote qui Judicium principaliter inter Litigantes constituit, quibus adsistunt partim Advocati, partim Procuratores. Utrobique

 pro-

prostat singulare MASCULORUM Jus, *l. 2. de R. I. l. 1. §. 5. vers. sexum. D. de postulando. l. 18. C. de Procurator.* singillatim hic præmittendum, antequam specialis fiat ACTIONUM deductio.

1 Th. 2. Arceantur igitur à judicandi munere Fœminæ, quia est Civile & publicum, *d. l. 2. l. 12. §. 2. vers. moribus. D. de Judic. l. 1. §. 1. D. ad SCt. Vellej. cap. dilecti. X. de Arbitr.* ac præferuntur Masculi; idque ob sexus præstantiam, quæ hic attenditur, *Dn. Struve Ex. ad Pand. III. th. 2.* non obstante,
2 quod aliquando talem potestatem habeant, vel ex jure hereditario, ut Abbatissæ, vel aliâ lege Municipali. Resp. 1. hunc casum esse specialē qui consuetudine Feudali tantùm obtinet. 2. resp. nec magis ipsa per se, quàm per Actuarium juratum vel Notariū Judicium solent exercere, juxta *Ordin. Camer.*
4 *P. 1. tit. 59. & Ordin. Provinc. Judic. Elect. Sax. tit. 2.* Sed & ipsi Masculi tunc demùm admittuntur, si sint habiles, non verò inha-
5 biles, qualis est surdus, mutus, *d. l. 12. §. 2. D. de Judic.* non etiam cœcus, *l. 1. §. 5. vers. nunquid. D. de postul.* quem cum Judice malè confundit *Diss. Blasius Michalor. Tr. de cæc. surd. &*
6 *mut. c. 16.* Quod facilè confirmat vetus eligendorum Judicum apud Romanos consuetudo; Prætor enim ex Decurionibus tales scribebat, & illorum nomina in urnam dimittebat, & ex eorum numero integrum erat Actori vel Reo rejicere, quos ex aliquâ causâ habebat suspectos: si itaq; cœcus litigantibus placeret, nihil ei obstare poterat. *Brisson. 2.*
7 *Antiquit.* 1. N. O. (1) *arg. ex d. l. 1. §. 5. vers. casum. D. de postul.* quia alia ratio est Advocati (*vid. text.*) alia Judicis; quæ cum in hoc cesset, meritò etiam cessabit legis prohibitio, vel *ut*
8 *subseq. vers. quamvis.* expressè indicat. Opp. (2) quod multa occurrant negocia, quæ oculis Judicum subjici debent, antequam definiantur, v. gr. si agatur de finibus regundis, *l. 8. D. Fin. regundor.* de collatione scripturarum, *l. 22. C. ad L. Cornel. de fals.* & similium, *vid. l. 2. C. de sentent. ex brevicul. recitand.* Resp. 1. generaliter de ejusmodi negociis, quæ oculo-

rem præ requirunt Judicis inspectionem, nos in præsentiarum non loquimur. *Dn. Struve Exerc. X. th. 9. circa init.* Resp. 2. in specie *ad d. l. 2.* quod pronunciatio sententiæ scripto comprehensæ etiam ab alio, quàm ab ipso Judice fieri possit, modò id fiat Judice jubente & sciente, *arg. Auth. ad hæc C. de Judic. confer. Matth. Stephani de Jurisdict. L. 1. cap. 17. n. 24.* His superaddimus perpetuò furiosum, & impuberem, quia 11
judicio carent, *d. l. 12. §. 2. D. de judic.* An & pubes minor Ju- 12
dex dari poterit? Pugnare hic videntur *l. 41. D. de recept. qui Arbitr. recep. & l. 57. D. de re judic.* Simpliciter hoc affirmat 13
Goveanus ad l. 2. D. de Jurisd. ex eo, quia impubes Judex esse nequit; ergò per contrarium pubes ritè admittitur. Verùm, 14
argumentum à contrario sensu contra expressum textum non benè concludit: & ideò rectius dicimus, quod Minor annorum viginti non possit esse Judex, nisi vel datus sit à Principe, vel scientibus his, qui in eum consenserunt, *d. l. 57.* Major verò 20. ann. quamvis nondum impleverit 25. ann. indistinctè Judex esse potest. *vid. VVissenb. Disput. ad Pand. 16. P. 1. th. 12.* Opp. (1) *arg. ex l. 1. §. 2. vers. pueritiam. D. de postul.* 15
unde apparet, quod Minori septendecim ann. antiquitas concesserit pro aliis postulare, & de Jure respondere; ergò etiam poterit judicare. Resp. Neg. conseq. quippe in deci- 16
dendis à Judice causis (quibus esse standum publicè interest) majori prudentiâ, rerum agendarum curâ ac peritiâ, & ita quoque adultiori ætate opus est, quàm in aliis. Opp. (2) *l. 8.* 17
D. de Muner. & Honor. l. 11. D. de Decur. Resp. iterum à diversis 18
h. l. argumentantur Dissentientes nostri: textus enim opp. pertinent ad Magistratus Municipales, de quibus nonnemo ita disserit: Decurio est Senator Municipalis, Custos & Gubernator suæ Reip. Remp. autem ejusque administrationem Adolescentibus committi, satis periculosum habetur: quæ ratio in dato Judice cessat, cui cognitio de privatâ causâ committitur, & sicubi in judicando per imprudentiam

tiam peccat; appellatione iterum à partibus corrigitur, imò ex præscriptâ à Prætore formulâ, vel invitus judicare
19 compellitur: Opp.(3) seq. argum. Minoribus per in Integrum restitutionem solet succurri, *rubr. & t. t. Dig. ac Cod. de Minor.* ast h.m. elusoriam Judicis, tanquam Minoris, autho-
20 ritatem fieri. Ergò. Resp. ad Majorem: Minorem tunc demùm restitui, ubi proprium in propriâ causâ vertitur interesse: ast hoc casu si restitueretur, litigantes utpote Majoren-
21 nes censentur restitui, contra *l.23.init.D.de Minor.* O[illegible] quod Arbiter Major 20. annis non possit dari, *d.l.41.D.de recept.qui arbitr.recep.* Ergò nec Judex. Ratio conseq. est, quia Judex & Arbiter invicem comparantur, *l.1.D.d.t.& passim.* Ergò.
22 Resp. Neg. conseq. quia ab Arbitri laudo s. sententia non facilè datur appellatio, *l.32.§.14.D.& l.1.C.eod.* ideoque maturior ætas ab eo exigitur: ratio rationis est, quod partes Arbitri electione videantur sibi quodammodò sententiam dixisse, cui non possunt contravenire, *l.27.§.2.D.eod.* ast Judex datur invitis partibus litigantibus, idcircò per sententiam læ-
23 sis meritò conceditur appellatio, *arg.l.40.pr.D.de judic.* Ad probationem dicimus, committi fallaciam à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter: hoc est, comparari ibidem Arbitrum & Judicem in eo, quia uterque inter partes Jus di-
24 cit, sed tamen diverso modo & diverso effectu. De Judice literarum imperito brevibus distingu. ex *Nov.82.in pr.* inter Judicem minorem, & eum qui Adsessorum consilio munitus jus dicere potest: ut hic imperitus esse possit, ille non item, per ea quæ deducit *Anum. Disput. Pandect. VII. th. 8.*

1 Th. 3. A judicandi munere dilabimur ad Advocatorum officium, satis in se laudabile, vitæque hominum maximè necessarium, *l.4.pr.C.de Advocat.1. dum dirimunt ambigua causarum fata, suæq; defensionis viribus in rebus sæpè publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant & non minus provident generi humano, quàm si prœliis atque vulneribus Patriam Parentesq; juv-*

juvarent. Neque enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis & thoracibus nituntur, sed etiam Advocatos: militant namque causarum Patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt, verba sunt notab. l.14. C. de Advoc. 2. & ideo Principalibus fruuntur præmiis ac Privilegiis in *l. 6.C. d.t. de Advoc.* 2. Hîc itidem singulare sese offert Jus Masculorum, Masculis indultum, Fœminis denegatum, dum pro aliis postulare JURE CIV. prohibentur, *l.2. de R.J.* ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant, ne virilibus officiis fungantur Mulieres, *l.1. §. 5. vers. sexum. D. de postul.* ast defendere alium, est virile munus, *l. 18. C. de Procur.* Ergò. Origo introducta est à Carfaniâ, improbissimâ fœminâ, quæ inverecundè postulans, & Magistratum inquietans, causam Prætoris Edicto dedit, *dict. text.* Dixi: pro aliis: quia pro se in Judicio postulare, & in propriâ personâ desiderium suum implere potest, *arg. d. l. 1. §. 5. & l. 4. C. d. t. de. Procurat.* Aliud obtinet JURE SAXON. quo Fœminæ etiam in propriis causis regulariter absque Curatore non possunt experiri, LandR. *L. 1. art. 46. seqq. item vid. Matth. Coler. P. 1. decis. 67. Frider. Pruckmann Vol. 1. Consil. 48. n. 194.* ne quibus interventu & authoritate Curatoris in contractibus & negociis extrajudicialibus succurrere Jura voluerunt, eas in causis forensibus longè difficilioribus præsidio destitutas reliquisse putarentur, cum & hæ ipsæ obligationem incurrant, postquam in judicio quasi contrahere litigantes dicuntur, *l. 3. §. 11. D. de pecul.* Idque tàm firmo munitum voluerunt fulcro, ut nec si proprio periculo huic contravenire allubuerit, indulgendum sit sexui fœminino. Unde albo notanda lapillo cautela *Zobelii* Advocatis tradita, ut si velint in jus vocare mulieres, ante omnia petant, ipsarum personis dari Curatorem ad litem, *in addit. ad gloss. lat. text. germ. art. 46. lit. A. B. L. 1.* LandR. nimirum quod per hosce

Margin numbers: 2 3 4 5 6 7

 pe-

peculiariter ad litem constitutos in negociis judiciariis Mulierum imbecillitati succurratur, *dict. texxt. & Glos. ordinar.*
5 *in* Landr. *L. 3. art. 30. n. 4.* Sub ampliatione, ut ex officio suo Judex fœminis datione Curatoris succurrere debeat, etiamsi desuper non fuerit imploratus, ne si postea Mulier de hujus defectu excipiat, judicium retro fiat elusorium, *Constit. Elector. 15. P. 2. & Ordin. Process. Judic. tit. 8. §.* do sie aber. *Moller. L. 1. Semestr. 18. n. 8.* quâ ratione tutius aget Judex, dum ipsemet Curatorem fœminæ adjungit, quàm sicubi aliò eam
9 remittat. Exceptio not. (1) in causâ Matrimoniali, ubi Mulieres & Virgines sine Curatore in judicio Ecclesiastico possunt stare, & pro aliis postulare, *teste Beust. Tr. de Connub. P. 1. quæst. 22. B. Carpzov. Jurispr. Consistor. L. 3. defin. 11. & in Process. Juris. tit. 1. art. 2. n. 39. seqq.* ubi singulari obser-
10 vantiâ hoc in Consistoriis introductum esse dicit. (2) in Fœminâ Illustri, veluti attestatur Practica *B. Carpzov. tit. 5.*
11 *art. 3. n. 61.* (3) In causâ criminali, ubi Fœmina quatenus sustinet partes personæ accusatæ vel inquisitæ, æque ac Vir absque Curatore in propriâ personâ coram Judice se sistere potest ac debet, per gener. text. *in l. 13. §. 1. D. de publ. Judic.* cui
12 etiam in Foro Sax. est standum, quia nullibi invenitur correctus vel mutatus: quod autem non mutatur, stare non prohibetur, *arg. l. 27. C. de Testam.* præsertim, dum ratio istius legis, quæ est, ut Judex eò melius ex gestibus & vultu delinquentium præsumere possit, usitatæ inter Saxones Practicæ possit applicari: ubi autem eadem est legis ratio, ibi quoque eadem debet esse juris dispositio, argumentamur ex *vulg. l. 108. de V. O.*

1 Th. 4. Observâ hîc, quod ne quidem in Advocaturâ Masculorum possit dari regula perpetua, nisi in subjectis
2 idoneis & habilibus. Habilitas verò inter alia ex eo æstimatur, ut ante omnia sit literarum gnarus & peritiâ Juris instructus, *arg. l. 1. §. 2. D. de postul. l. 2. C. eod. l. 6. pr. l. 7. pr. l. 11.*

§. 1.

§. 1. *vers. Jurisperitos. C. d. Advocat.* 2. *l.* 33. §. 1. *in fin. C. de Episcop. & Cler. l.* 2. §. 9. *init. C. de Vet. jur. enucl. l.* 2. §. 43. *in med. de Orig. Jur. l.* 2. *C. de Advocatis* 1. Proinde etiam publicum Eruditionis suæ testimonium habere debent, qui Advocati munus subire volunt, Churfürstl. Sächs. Procesſ. Ordn. *tit.* 3. §. besonders aber. *tit.* von *Advocat*en. §. gebieten darauff. *B. Carpzov. Jurisp. For. Rom. Sax.* P. 1. *Const. it.* 1. *defin.* 18. *n.* 16. quod testimonium tunc demùm ipsis dandum esse nonnulli censent, si per quinquennium sub Antecessoribus Juri dederunt operam; id quod etiam patet ex *l.* 3. §. 4. *l.* 5. §. 5. *C. d. t. de Advoc.* 2. N. O. quod Judex possit esse indoctus, *arg. l.* 17. *C. de Judic.* Ergò & Advocatus. Verùm, non valet conseq. quia Judex potest habere peritiam per suos Assessores, *l.* 2. D. *quod quisq. Juris.* non item Advocatus. Neque minor est vera. *vid. ipse text. in fin.* Similiter prohibentur postulare Hæretici, *l. ult. C. de postul.* & per conseq. Judæi, utpote omnibus Dignitatum muneribus exclusi: jam verò Advocati munus est Dignitas. Ergò. Unde etiam in Camerâ Imperiali tantùm munus Advocati subeunt, qui vel Augustanæ, vel Catholicæ (hodiè propter novissimum Recessum Imperii & Pacem Osnabrug. etiam Reformatæ) Confessioni sunt addicti, juxta *Ordin. Camer. P.* 1. *tit.* 3. *& tit.* 18. In specie verò huc pertinent Prævaricatores improbi, quales sunt, qui visis unius partis juribus ac fundamentis, causam agendam suscipiunt, mox etiam adversæ partis Patrocinium contra decretam executionem subeunt: hi crimen prævaricationis incurrunt, etiamsi prior Cliens operam recusaverit, vel salarium præstare renuerit. *vid. B. Carpzov. RR. Elect. L.* 3. *resp.* 3. *seq.* Pœna ejusmodi prævaricationis apparet ex seq. Responso lato à Scabinis Jenensibus M. *Decembr. ann.* 1617. ad requisitionem G. R. zu G. Als ihr uns berichtet/ daß H. W. so keinen Gradum hat/ und sich sonst in vielen Sachen zu gütte und Recht für einen Advoca-

vocatum gebrauchen lässet/ euern Vettern/ als sie alter Schulden halber belanget worden/ patrociniret/ die zum Handel gehörige geheime Schrifften/ Documenta und Acta bey sich gehabt/ durchlesen/ Missiven und Exception Schrifften verfertiget/ und die Sache auf ihrem Theil vor gutt gehalten/ auch vor seine Mühe Honoraria empfangen; folgends aber dem klagenden Gegentheil und wieder eure Vettern/ und denen zu Nachtheil in eben derselben Sache gerathen/ gedienet und noch dienet/ welches mit seiner eignen Hand/ bekäntnüß und sonst zubeweisen. Wann Ihr dann/ob Er nicht dadurch eine Prævarication begangen/ seine Ehre verlohren/ und darneben verwürcket habe/ daß Ihme das Advociren billich verbothen/ und hierüber Er mit Landes Verweisung/ Gefängniß/und anderer willkürlicher Geldstraffe beleget werde/ Euch des Rechtens zuberichten gebethen. Demnach sprechen wir vor Recht/ dem obangezogenen Bericht nach/ gemelten W. vor einen Prævaricatorem zu achten/ seiner Ehren uff vorgehende Klage verlustig zuerklären/ und mit zeitlicher Verweisung oder Gefängnüß willkür-
11 lich zubestraffen. V.R.W. Occasionaliter hic quæritur: Utrum justam causam foventi Advocato, liceat injustè litigantem DOLO circumvenire, hoc est, fallaciis & fraudulentis
12 cautelis ac mendaciis decipere? Neg. cum *Bachovio ad Treutl. Vol. 1. Disp. 8. th. 3. lit. A. in fin. Scotano Disp. ad Pand. 17. th. 10. Lancell. Polit. de offic. Advoc. cap. ult. n. 15. Jacob. Burit. Tr. de Advoc. cap. 7. B. Fiebig. Process. Jur. part. 1. cap. 2. membr. 3. §.*
13 *1. n. 12. Dn. Struv. Exerc. VII. th.* 8. idque prob. (1) per *l. 14. §. 1. C. de Judic.* ubi dicitur, quod Advocatus bonam causam
14 malis artibus non debeat tueri. (2) quia æquitas, in quâ solâ omne Jus fundatur, *l. 8. C. d. t.* & sanctissima illa Juris sapientia, *l. 1. §. 5. D. de variis & extraord. cognit.* id non admittit, *l. 1. pr. D. de Dolo malo*, sed potius adversatur tàm fœdam turpi-

pitudinem. (3) quia non sufficit causam esse bonam, verùm 15
debet etiam benè & rectè peragi. (4) aliàs Advocatis occa- 16
sio præberetur sub prætextu bonæ causæ omnis generis illi-
citas technas meditandi, cum tamen malitiis non sit indul-
gendum, *l.38.D.de R.V.* nec faciendum malum, ut inde eveniat
bonum. (5) huc facit *l.6.§ 1.C.de postulando.* (6) *Ordin.Camer. P.1.* 17 18
tit. 23. §. 1. it. **Churfürstl. Sächsische** Procesl. **Ordnung.** *tit.*
von den Advocatis. §. **es sollen ihnen auch hiermit insonder**
derheit. Dissentientes (1) urgent *can.1. IV. q. 4.* ubi Advoca- 19
tis imponitur, quovis modo ad fundandam & confirman-
dam Clientum suorum intentionem, merita causarum am-
plificare, & Adversariorum fundamenta extenuare. Resp. 20
hoc cum grano salis esse accipiendum, quatenus scilicet sal-
vâ justitiâ & æquitate fieri potest, cum non sufficiat finem
esse bonum, sed media ad finem ducentia etiam debent es-
se legitima: atqui hæc sunt illegitima. Ergò. opp. (3) quod 21
Adversarius fovendo causam iniquam non debeat juvari:
frustrà namque Legis auxilium implorat, qui contra eam
peccat, loquimur ex *l. 37. in fin, D. de Minor.* Resp. Neg. 22
conseq. quia non sequitur: Adversarius fovet malam cau-
sam. Ergò Advocatus uti potest fallaciis atque cavillationi- 23
bus. opp. (4) Imò dolus cum dolo potest compensari, *juxta*
l. 10. §. 2. D. de Compensat. cur non fallacia cum fallacia? Resp. 24
Neque hoc sequitur. Et quod attinet *opp. tx.* ibi tantùm
cavetur, ut si duo sint socii, & ambo fuerint negligentes, vel
in dolo, neuter adversus alterum possit actionem pro socio
instituere, quoniam negligentia & dolus unius socii com-
pensatur cum alterius dolo & negligentia, qui actionem
vult instituere. Breviter: si duo aliquid dolo malo fece-
rint, neutri competit de dolo actio. (5) Opp. contra datam 25
resp. *l. 77. §. 31. in fin. de Leg. 2.* unde colligitur, fraudem
fraude posse licitè excludi. Resp. Hoc fingi contra mentem 26
JCti, quæ est, ut is qui alterius fraudem (intellige licito
modo) excludit, non videatur dolo fecisse. Vel accipimus

textum cum *Godofredo in Not. ad d. tx. opp. lit. F.* de Dolo bono, quo fraudem alterius repellere licet, exemplo *l.* 1. §. 3.
27 D. *de Dol. mal.* opp. (6) non magis versutiæ, quàm prudentiæ civilis Advocati hoc opus esse, & ideò potiùs laudandum, non verò vituperandum. Resp. Prudentiam in Ethi-
28 cis longè aliter definiri, quam à Cive bono & honesto re-
29 quirit Philosophus. Denique opp. (7) quod necessitas rerum hoc exigat, ut Advocatus malitiam Adversarii malitiâ rependat: ast necessitas unumquodque facit licitum, *arg.*
30 *l.* 11. *circa init. C. de R. C.* Ergò. Resp. negamus, hoc loco adesse legalem necessitatem: quæ enim necessitas cogit Advocatum, ut utatur fallaciis ac cavillationibus? cum possit ipsi Judici injustitiam Adversarii per viam juris demonstrare, juxta illud, quando dicimus: Quicunque ordinario jure est munitus, ille non debet ad extraordinarium (& quidem improbum, illicitum & inhonestum, ut hic) confugere remedium, *arg. l.* 16. *pr.* D. *de Minor.* Atqui de Advocato verum
31 est prius. Ergò & posterius. Bono tamen dolo uti licebit Advocato, *arg. d. l.* 1. §. 3. *D. de Dol. mal.* de quo intellecta *Co-*
32 *varruviæ* 1. *Resolut.* 2. sententia admitti potest, & cum eo salvari *Schnobel. Disp. Pand. III. th.* 4. *vers. in bonâ tamen causâ, ibiq. allgg.* hic enim Cautelarum Practicarum est usus, de quibus ex professo scripsit *Bartholom. Cæpolla Veronensis*, eundemque secuti complures alii, *Thomas Ferratius*, *Joannes de Arnono*, *Marc. Ant. Blanc. Raimondus*, *Pius Fichard.* qui in diversis hominum judiciorumque actionibus, varias Advo-
33 catorum Cautiones & clausulas literis mandarunt. Romanis JCtis audiunt REMEDIA Juris in *l.* 66. *vers. quidam D. de Jure Dot. l.* 3. §. 2. *circa fin. D. de statu liber.*

1 Th. 5. Sanè, nec pacta Advocatorum cum Clientibus omnia sunt licita, v. gr. de quotâ litis, hoc est, de parte summæ, quæ in lite versatur, *per text. notab. in l.* 53. *D. de pact. jung. l.* 6. §. *ult. l.* 7. *D.* Mandati. *l.* 1. §. 12. *D. de variis & extraordin. cognit. l.* 15. *C. de Procurator. l.* 6. §. 2. *C. de postul.* aliàs cum ino-

ignominiæ notâ in perpetuum ab officio removentur, *l. 5. C.*
d. t. de postul. Rationem hujus rei Dd. communiter assignare 2
solent, quia pactum de quotâ litis facilè inducit Advocatum
ad delinquendum: nam cognoscens, se habiturum partem
ejus, quod consequetur, facillimo negocio etiam calumniosè
advocabit; calumniari verò Advocato & ejus officio
minimè convenit. Ergò. Verùm hæc ratio non vide- 3
tur esse solida: (1) quia stat in meris conjecturis, ac nudis præsumtionis
terminis; ast præsumtio in dubio non est in malam,
sed bonam partem facienda, *l. 56. de R. I.* juxta illud
vulgatum: unusquisque præsumitur bonus, donec probetur
contrarium. Nec *(2)* eo casu subsistit, quando sum- 4
tus litis Advocatus suo Clienti suppeditat; quod tamen
permittit Ulpianus in *supr. alleg. l. 53. D. de pact.* Minor prob.
quia eâdem facilitate per fas & nefas ad Victoriam grassabitur,
ut sumtus quos suppeditavit, recipere possit. Igitur
melior ratio nobis suppetit, quam assignat JCtus Cajus in
l. 46. §. 4. D. de Procurator. cujus verba hæc: *Procurator, ut in*
cæteris negociis gerendis, ita & in litibus exercendis ex bonâ fide
rationem reddere debet. Itaq; quod ex lite consecutus erit, sive
principaliter ipsius rei nomine, sive extrinsecus ob eam rem: debet
mandati judicio restituere. Jam subsumo: Atqui pactio de
quotâ litis est contra bonam fidem. Ergò. Minoris veritas
ex eo liquet, quia officium Advocati non patitur quicquam
pacti occasione penes Advocatum esse, ne spem quidem
ejus, quod ex lite redigi potest. Quæ ratio facit, ut 5
licet pactio de quotâ litis non valeat, tamen pactio honorarii
(quod litis quotam sæpè egreditur) ritè procedat,
quia nemo propriis stipendiis militare tenetur, & officium
suum nemini debet esse damnosum, *l. 7. D. Testam. quemadm.
aper. l. 61. §. 5. D. de furt.* modò sit intra legitimam Salarii
quantitatem ad centum aureos statutam in *d. l. 1. §. 12. D.*
de var. & extraord. cognit. l. 3. C. de postul. add. quoad Usum

Wesenbec. in Paratit. C. de Advocat. 2. *n.* 4. *Berlich. P.* 1.*Conclus.* 9.*n.* 74. *B. Carpzov. P.* 1. *Constit.* 31. *defin.* 11. ubi notat, Salaria Advocatorum hodiè taxationi Judicis esse subjecta: scilicet, ut pro modô litis, Advocati facundiâ, fori consuetudine & judicii, in quo erat acturus, æstimationem adhibeat, veluti suadet *d.l.* 1.§. 10. *D. d. t. de var. & extraord. cognit.*
6 Debetur autem illud Advocato, sive in causâ vincat, sive etiam sine culpâ suâ vincatur, exemplo Negociorum gestoris, qui actione utitur, non solùm, si effectum habuit negocium, sed sufficit, si utiliter gessit, etsi effectum non ha-
7 buit negocium, *l.* 10. §. 1. *D. de Neg. gest.* Sed etsi Advocato annuum stipendium fuerit constitutum, ipse autem intra annum moriatur, nihilominus ejus heredes totius anni stipendium rectè petunt, *l.* 38. *pr. &* §. 1. D. *Locati. l.* 15. §. 1. *C. de Advocat.* 1. *l.* 3. §. *ult. l.* 5. §. *ult. C. de Advoc.* 2. solutum verò non restitu-
8 unt, etiamsi initio anni decedat; quoniam per ipsum non stetit, quo minus operas promissas præstet, *l.* 1. §. 13. *D. d. t. de var. & extraord. cognit. l.* 35. §. 1. *D. Locati. l. ult. C. de condict. ob caus. B. Carpz. & plures allgg. L.* 3. *Resp. Elect.* 3. *Idem P.* 1. *Const.* 1. *defin.* 34. *& P.* 2. *Const.* 1. *defin.* 12. *Mynsing.* L. 3 *Observ. Pr.* 8. *Coler. de Process. Execut. c.* 9. *n.* 11. *Gail. L.* 1. *Obs.* 44. *n.* 12. *& seq.* ubi de Professoribus ob grassantem pestem vel aliud quodvis legitimum impedimentum non legentibus, idem sta-
9 tuit. *add.* elegans locus apud *Plin. Nepot.* L. 3. *Epist.* quamvis alia ratio sit palmarii in casum obtentæ Victoriæ promissi, quam si Advocatus in vivis non obtinet, neque heredes ejus poterunt illud exigere, uti ex professo probat &
10 deducit *B. Carpzov. d. L.* 3. *Resp.* 1. Sic & Advocatus non ideò minus integrum Salarium accipit, quia liti finis non Judicis officio, sed amicabili compositione fuit impositus, *Guido Papa quæst.* 112. *n.* 2. vel si intra annum lis fuerit finita, *B.*
11 *Carpz. d. P.* 1. *Constit.* 1. *definit.* 34. Pauperibus tamen gratis patrocinium debetur, non solùm ex præscripto Juris

ris

ris Civ. *l. 9. §. ult. D. de offic. Proconsul. & Legat. l. 9. l. 11. D. de pæn.* sed legis naturalis & Divini, quæ vult, ut proximum 11
nostrum diligimus, eique succurramus, maximè cum beneficio hominem affici, hominis intersit, *l. 7. D. de serv. export.* dum modò pauper Juramentum paupertatis (si illa est 12
notoria) præstet, Churfürstl. Sächs. Process. Ordnung *P. 4. tit. 1.* & Appellations Ordnung *tit.* von den Advocaten der armen. Ejusmodi mos quoque servatur in Ca- 13
merâ Imperiali, ubi non tantùm in Cancellariâ, quæ expedienda sunt hoc casu gratis expediuntur, sed & Nuncii insinuationem ac executionem gratis subire tenentur; hâc tamen cum conditione, ut si pauperes victores existant, tunc litis sumptus sive sportulas refundant. *Ordin. Camer. p. 1. tit. 19.* Et ita Scabini Lipsienses in causâ Casparis Ave- 14
manni zu Magdeburg M. *Decembr. ann.* 1600. pronunciarunt: Daß gedachtem N. N. wofern Er erhalten würde / daß Er in allem seinem Vermögen nicht so viel habe/ davon Er einen Advocaten halten könte / Ambts und Gerichts wegen ein Advocat billich zugeordnet wird. V. R. W.

Th. 6. Restat prærogativa Masculorum, quam in Pro- 1
curatione habent; quia virile est munus, & ultra sexum muliebrem, alienam in se suscipere defensionem, *l. 18. C. de Procurat.* idque non tàm Jure Civili, quàm Jure Sax. de quo 2
ex suprà dictis constat, quod ne quidem in propriis causis habeant legitimam personam standi in Judicio; multò minus pro aliis poterunt judicio intervenire, atque eorum partes agere, nisi in casu *l. 41. D. de Procurat.* & aliis similibus. *vid. Caspar Manzius Tr. de Procurat.* Rotschitz *in Process. p. 1. art. 5. sect. 3. & Gloss. in* LandR. *L. 2. art. 63. in verb.* es mag. quibus tamen minus rectè annumerant *l. 3. §.* 3
2. D. de liberali causa. quia ibi Mulier non intervenit ut Procuratrix, (quod esset contra *l. 33. pr. D. de Procurat.* ubi servus procuratorem habere non potest) sed magis sub titulo negociorum gestionis. Eadem est ad *l. 4. C. de Procurat.* re-

sponsio

4 sponsio. Quin & inter ipsos Masculos plures dantur fallentiæ, e. gr. Miles, *l. 54. pr. D. de Procurat.* qui nec pro Patre vel Matre, vel etiam Uxore, nec ex sacro Rescripto procuratorio nomine experiri potest, *l. 7. C. d. t.* nec volente
5 Adversario, *l. 8. §. 2. D. eod. tit.* Idque publicâ Utilitate est constitutum, ne scilicet à publico Jure militiæ per negocia privatorum avocentur, *VVesenb. in Parat. Dig. d. tit. de Procurat. n.* 4. si tamen Adversarius eum scienter admiserit, & cum eo litem contestatus fuerit, actio procedit, *l. 13. C.*
6 *eod. d. l. 8. §. 2. C. d. t. in quâ lege plures reperire licet limitationes.* An etiam Syndicus? Neg. cum *VVesenbec. Par. Dig. d. t. n.* 4. licet enim Syndicus totam repræsentet Civitatem, *l. 1. §. 1. in fin. D. quod cujusq. univers. nom.* tamen quoad officii sui fines nihil aliud est, quàm persona privata, adeoque non ut Syndicus agit, sed ut alius Procurator privàtus intervenit. *Manzius d.*
7 *Tr. de Procurat. n. 6.* De Minore 25. annis ferè lis oritur inter Dd. an Procurator ad litem esse possit? Affirm. de JURE
8 CIV. (1) quia hæc ætas moderata visa est ad procedendum in publicum sive ad postulandum, *l. 1. §. 3. D. de postul.* ergò etiam ad procurandum: Ratio conseq. est, quia magis præstat
9 Advocatum agere, quàm procurare. Ergó. (2) per *l. 23. circa fin. D. de Minor. in verb. ergò etsi procuratorio nomine Minor circumscriptus sit, imputari hoc debet Domino, qui tali commisit sua ne-*
10 *gocia.* (3) quia inter justas causas, ex quibus Minor 25. annis manumittere servum potest, etiam hæc numeratur in *§. 5. Inst. qui & ex quib. caus. manumitt. non poss. & l. 13. D. de manumiss. vindict.* si quis servum Procuratoris habendi causâ manumiserit, dummodò servus non sit minor septendecim an-
11 nis. Et licet Dissentientes hos textus accipiant de Procura-
12 re extrajudiciali sive ad negocia; illis tamen Resp. 1. quod sint generales, adeoq; etiam generaliter, h. e. de omni Procurato-
13 re, tàm ad negocia, quàm ad item sunt intelligendi, *arg. l. 8. D. de publ. in rem act.* Resp. 2. duplici argumento. Primò enim agitur in illis locis de servo manumittendo, ad hoc, ut fiat Pro-

cura-

curator. Jam verò ad negocia extrajudicialia non est opus, ut Procurator manumittatur, cum servus etiam possit esse negociorum Procurator, *l. 7. §. 1. D. de Institor. act.* Deinde requiritur in illis textibus, ut servus Procuratoris habendi gratiâ 14
manumissus non sit minor 17. ann. ast hoc non præcisè requiritur ad Procuratorem extrajudicialem, quoniam & puer talis Procurator audit, *l. 8. D. d. t. de Institor. act.* Resp. nobis *Dissentiens Dn. Brunnemann ad §. 5. Inst. d. t. qui & ex quib.* 15
caus. manum. non poss. quod favor Minoris hic aliud suadeat; quis enim cum Minoris Procuratore Minore tutò contraxerit? Sed cur non contrahat, rationem non video, quia 16
versatur in causâ alienâ, ubi non indiget restitutionis beneficio, sed hoc imputatur ipsi Domino *d. l. 23. in fin. D. de Minor.* Dominus verò meritò præstat factum sui Procuratoris, tanquam proprium, ne fiat locupletior contra naturalem æquitatem, *l. 14. D. de condict. indeb. l. 206. de R. I.* Dicis: *ast si* 17
eventu damnum Minor passurus sit: quia quod præstiterit, servare ab eo cujus negocia gessit, non potest, quia is non erit solvendo, *sine dubio Prætor interveniet, verba sunt d. l. 23. vers. sed si e-* 18
ventu. Resp. cum Dn. Struv. in Resolut. ad Exerc. VII. th. 30. n. 2. hic casus planè est specialis, ob quem in genere non potest negari, Minorem posse esse Procuratorem, *arg. l. 3. 4. 5. 6. D. de LL.* Ulterius *opp. Dn. Dissentiens l. 51. D. de Procurat. & l. 12. C. eod. tit.* Resp. alia ratio est Defensoris, alia Procurato- 19 20
ris: Defensor non potest esse Minor, quia hic sine mandato intervenit, adeoque si succumbat & Dominus non ratum habeat, Minor verò Defensor restitutionem in integrum obtineat, Judicium retro fieret elusorium, *juxta opp. tex.* ast Minor Procurator esse potest, quia habet mandatum à Domino, qui omninò ejus gesta probare debet, cum mandaverit. Denique *opp. seq. argumentum*: quicunque non habet 21
legitimam personam standi in Judicio, ille non potest esse Procurator ad litem. Atqui de Minore verum est prius, *per*

rubr.

22 *rubr. & t.t. C. qui legit. perf. standi in Jud.hab.* Ergò & posterius? Resp. ad Minorem,tunc valere,quando Minor gerit propriam causam; quod in favorem eorum est introductum, cum facilè ex lubrico ætatis possint lædi, & ab alio decipi, *l. 1. pr. D.de Minor.* ast hîc Minor versatur in causâ alienâ, ubi damnum, quod fortè incurrit, venit contra ipsum Dominum interpretandum, *d. l. 23. in fin. D. de Minor. & arg. §. ult. in fin.*
23 *Inst. d. t. qui & ex quib. caus. manum.* Aliud verò est dicendum de JURE CANONICO, *juxta cap. 5. de Procurator. in 6.* propter æquitatem, quam etiam in hâc parte sequuntur MORES HODIERNI, *B.Carpzov. Process. tit. 5. art. 1. n. 29. seqq.* id quod ultrò dabimus Dissentientibus nostris, qui h.l. à diversis inferunt, ideoque malè concludunt. *Ritterschus. de*
24 *different. Jur. Civ. & Canon.* L. 5. *cap.* 12. Sed quid dicimus de
25 Infami personâ? Neg. J. CANON. per text. expr. *in can. 17. VI. q. 1.* quod etiam Moribus Nostris in Judiciis benè constitutis, velut in Consistorio Principis, & supremo Cameræ Imperialis Judicio observatur, *Petrus Heig. ad §. ult. Inst. de Except. n.* 9. cum in ejusmodi summis Judiciis honorarium sit Procuratoris officium, *Gail.* L. 1. *Obs.* 43. *n.* 7. de quo *vid. Ordin. Cam. P. 1. tit.* 18. ubi ita habetur: Daß die Advocaten und Procuratores, ehe und zuvor sie zugelassen oder angenommen / durch Cammer-Richter und Assesorn ihrer Lehr/ Geschicklichkeit/ Redligkeit/ rechter natürlicher ehrlicher Geburt/ wesens und haltens halben examiniret werden sollen. Huic observantiæ subscribit Jus Saxon. in LandR. *L. 3. art. 16. ibiq. Glosf. ordin. super verb.* der Richter *it. Glosf. in* LehnR. *c. 9. §.* Ein Versprecher. attestante *Zan-*
26 *ger. Tr. de Except. P. 2. cap. 8. n.* 103. Affirm. J. CIV. propter *§. ult. Inst. d. t. de Exception. circa fin. in verb. nullo modo.* cum ejus officium sit vile, ubi dignitas personæ non attenditur, secundum doctrinam *Br. in l. 1. §. 4. D. de postulando. Dn. Struv.*
27 *Ex. VII. th. 30. in fin.* licet aliquem dubium reddere possit, quod

quod ad *hunc* §. Dissentientes dicunt, videlicet illum accipiendum esse de casu, ubi adhuc in dubio est, an sit Infamis, qui Procurator est constituendus; ne dum de his altercatur, ipsius negocii disceptatio proteletur, sive differatur: ut proinde secus sit, si notoriè quis sit infamis, aut in continenti probari possit, *B. Ludwell. Comm. Inst. d.t. de Except. ad §. ult. ibiq; Dn. Brunnemann. cum allgg. & Giphan.* Supplementum ab- 28 solvit formula Procuratorii (ut vocant Practici) sive Mandati, quo legitimare solet Principalis Procuratoris sui personam, & juxta stilum Curiæ talis esse potest: Ich N. N. uhrkünde und bekenne hiermit/ demnach ich wieder N. N. etzlicher zur Ungebühr ausgegossenen Schmähworte/ Rechtlichen Proceß vor einem Ehrbaren und Wohlweisen Rath dieses Orths zuerheben/ unumgänglich gedrungen worden/ massen dann auch albereit ich meine Klage übergeben/ und hierauff der 20. hujus zum Termin ernant und angesetzet worden/ und aber meine Gelegenheit nicht zulassen wil/ dieses mahl in der Person zuerscheinen/ mir auch sonsten andere Verhinderungen vorfallen/ als habe ich N. N. Juris Practicum zu einem genungsamen Anwalt constituiret und verordnet/ thue auch solches hiermit und in Krafft dieses/ in bestendigster Form Rechtens/ als es geschehen kan/oder sol/ also und dergestalt/ daß er nicht allein obbenanten Termin/ sondern auch biß zur gäntzlichen erörterung dieser Sachen vor obgedachtem Rath meinetwegen erscheinen/ mein übergebenes Klaglibell wiederholen/ darauff antwort fordern/ Beweiß führen/ attestata disputiren, biß zum Beschluß verfahren/ daß Urtheil anhören/ auf allen Fall Leuterung, Supplication oder Appellation interponiren, und in summâ alles und iedes thun und verrichten soll/ was mir iederzeit in der Person obliegen und gebühren wil/ welches ich alles vor genehm achte/ auch Ihn deßwegen sub hypothecâ

omnium bonorum meorum gegen männiglich schadloß halten wil. Da auch diesem meinem Gevollmächtigten mehrere Gewalt / dann hierinnen begriffen / über verhoffen vonnöthen / sol Jhm solche nichts desto weniger / als wenn sie ausdrücklich anhero beschrieben / ebenergestalt hiermit ertheilet / und zugefertiget sein / & quidem omnia cum liberâ & potestate substituendi, aliisque solitis ac consuetis Clausulis. Alles treulich und sondergefehrde. Zu Urkund habe ich dieses mit eigner Hand unterschrieben / und mein gewöhnliches (oder angebohrnes) Pittschafft wohlwissentlich draufgedrückt / so geschehen den 17. Januar. A. 1672.

CAPUT I.

De Actione inter Dominum & Servum.

Th. I.

1 Præmissis præmittendis, ad ipsas actiones in specie nunc
2 descendimus. Ubi generaliter statim obstat, quod inter Dominum & eum, qui in potestate cjus est, nulla possit nasci obligatio, §. 6. *Inst. de Noxal. Act. l. 16. & l. seq. D. de furt. l. ult. C. an Servus pro suo facto.* adeoque nec actio, quia obligatio est Mater actionis, *l. 42. §. 2. D. de Procurat. l. 6. §. ult. D.*
3 *de Neg. gest.* Resp. hoc verum est de Jure rerum: quid enim consequatur Dominus, cum servus nihil possit habere proprii, §. 3. *Inst. per quas person. nob. acq. l. 10. §. 1. D. de A. R. D.* nisi conniventibus oculis Domini, *l. 4. §. 1. D. de Manumiss.*
4 secus verò est quoad Jus personarum, unde resultat præjudicialis actio Civilis ex Statu Libertatis, per quam quæ-
5 ritur, an aliquis liber sit, §. 13. *Inst. de Act. ibiq. Dd. comm.* Sunt autem

autem actiones præjudiciales *in specie ita dictæ*, (de reliquis vid. *Jason ad d.* §. 13.) quibus agitur de statu sive conditione hominum Civili, & quis contra alterum statum sive conditionem Civilem, h. e. magnum præjudicium asserit. *Dn. Struve Exerc. ad Pand. XLVI. th. 68.* Unde & præjudiciales 6
actiones in rem esse VIDENTUR, quia quæstio super personâ hîc vertitur, tanquam super alia quacunque re; & persona venit in judicium, sicut alia quædam res, *secundum Dd. ut Joann. Fabr. & Angel. de Aretio, it. Jason. & Zas.* quos ad hoc citat *Schneidevv. ad dict.* §. 13. *Inst. de Act.* Nam sicut in Rei 7
vindicatione, quæ proponitur ratione Dominii, non agitur nisi ad declarationem Dominii, & restitutio rei imploratur posteà officio Judicis, *l.* 35. *l.* 68. *de R. V.* ita in his præjudicialibus agitur ad hoc, ut declaretur servus, &c. Hoc igitur commune habent hæ actiones cum actionibus, quæ sunt simpliciter in rem, ut in iis æque agatur de jure aliquo sibi asserendo, vel alteri in se negando, sicut in actione confessoriâ & negatoriâ, §. 2. *Inst. d. t. de Act.* Quia verò res de quibus 8
agitur actione in rem, sunt extra possessorem: Jus autem servitutis est in ipso possessore, ceu accidens in suo subjecto, ideoque in ejusmodi actionibus nulla fit restitutio aut condemnatio, qualis in actionibus realibus, sed tantùm victor servus abit, absolutus ut liber, aut victo Dominus manum injicere, & secum ducere potest. *Ægid. Hortens. ad d.* §. 13. Cæterùm abolitâ servitutis causâ, hodienum hæc actio 9
competit Principibus, Comitibus, cæterisque prædiorum Dominis adversus Rusticos, Colonos, Adscriptitios, & reliquos homines proprios, ratione operarum & servitiorum rusticorum, der Frohnen/ in quibus secundum diversam Germaniæ consuetudinem simulacra servitutis residere, cum allgg. tradunt *B. Ludvvell. Disput. ad Instit. XVI. th. 3. lit. C.* item *Dn. Brunnemann ad d.* §. 13. Hinc & nuptias nonnisi cum 10
suæ conditionis hominibus & consentiente Domino con-

 trahe-

trahere possunt, & liberi ventrem seu Matris conditionem sequuntur, *arg. l. 19. D. de statu Homin.*

CAPUT II.

De

Actione inter Patrem & Filium.

Th. 1.

1 Atqui lis nulla nobis esse potest cum eo, quem in potestate
habemus, dicitur *in l. 4. D. de Judic.* ratio desum. ex *l. 16. D. de*
Furt. quia natura rei impedimento est, quod non magis cum
his quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere
2 possimus. Verùm eadem est responsio, quam supr. *ad praec.*
cap. 1. init. dedimus, scilicet obtinet hoc in Juribus Realibus,
non verò Personalibus, veluti est praejudicialis actio Prae-
toria ex Statu Familiae, & vocatur de partu agnoscendo,
3 *d. §. 13. Inst. de Action. & t. t. Dig. de agnosc. vel alend. liber.* Ap-
prime huc facit *l. 1. §. 2. D. de Rei vind.* ubi dicit Ulp. *per hanc*
autem actionem libera persona, quae sunt Juris nostri, utputa liberi,
qui sunt in potestate, non petuntur. Petuntur igitur aut praejudi-
ciis, aut Interdictis, aut cognitione Praetoriâ: & ità Pomponius, libro
trigesimo septimo. Nisi fortè, inquit, adjectâ causâ quis vindicet.
Si quis ita petit filium suum in potestate: ex Jure Romano;
videtur mihi & Pomponius consentire, rectè eum egisse, ait enim ad-
4 *jectâ causâ:* ex lege Quiritum: *vindicari posse.* Ergò non
simpliciter datur h. l. rei vindicatio (nam illa datur in re, in
quâ quis Dominium habet, *l. 23. pr. D. d. t. de R. V.* ast Domi-
nium non habet Pater in Filium, qui est liber homo, *l. 83. §. 5.*
D. de V. O.) sed cum istâ adjectione & clausulâ: Jure, Qui-
ritum, seu Romanorum; quia Jus Romanum dispo-
nit,

nit, ut filius sit sub potestate Patris, fortè quia ex justis cum Terentiâ nuptiis eum suscepit, aut quia eum adoptavit. Et hoc quidem est remedium Juris, quod Patri filium suum vindicanti contra tertium detinentem vi P. P. noviter competit, exploso Dominio, quod ex veteribus Legibus defendunt *Hotomann. ad dict. §. 13. VVesenbec. ad tit. C. de R. V. n. 83. & Giphan. in explicatione d. l. 1. de R. V.* quos rectè notat & refutat *B. Dn. Ungepauer Exerc. Justin. XV. q. 4. in Ajo.* cui add. *Dom. Arumæus Disput. Pandect. VIII. th. 1.* 5

Th. 2. Jam ipsa sese offert præjudicialis nostra actio, quæ datur Patri contra ipsummet filium negantem se esse filium, ad id, ut filius declaretur; & vice versâ, Filio contra Patrem, ut tanquam filium agnoscat: id quod contra impios & duros Parentes esse notandum, hinc inde monent Interpp. cum Patria potestas non magis in atrocitate, quàm pietate consistere debeat, *l. 5. D. ad L. Pompej. de Parricid.* quo casu si evincat Filius, Pater non solùm ad alimenta, sed & cætera onera, v. g. donationem propter nuptias, filio adstringitur: illic verò probato filiationis jure à Patre, filius Paternis nexibus statim subjicitur, Patrique jus in filium tàm quoad coercitionem quàm etiam acquisitionem legitimè relinquitur. Sed unde, & quomodo probabitur Filiatio? præjudicium hic nobis facit *l. 83. D. de condit. & demonstr.* ex quo colligunt Dd. probationem Filiationis esse impossibilem. Cui adsistit *l. 14. C. de probat.* in quâ scribitur, nec nudam nominationem Parentum probare filiationem. Ad quos textus responderi solet, distinguendo inter veram seu necessariam probationem, & præsumtivam. Præsumtivè utique probatur filiatio per nominationem Parentum, *cap. 10. X. de probat.* ut per nuptias, *l. 6. D. de his qui sunt sui vel al. jur. l. 5. D. de in jus voc.* verè autem seu necessariò filiatio probari non potest, *juxta txx. obj.* quia filiorum procreatio non potest cadere in certum hominis sensum, cum testifi-

1

2

3

4

5

6

 cari

cari nemo possit, talem ab illo genitum aut conceptum fuisse.
7 Quicquid etiam dicat *Br. ad l.* 1. *C. quor. bonor. n.* 2. filiationem posse verè & necessariò probari eo casu, quando Vir & Uxor sunt incarcerati, & reclusi per annum, & duo steterunt ad custodiam: hi enim, inquit, poterunt testificari de veritate, quod filius ibi natus sit filius illius Viri, quia alius non intra-
8 vit nec ingredi potuit, quin ipsi vidissent. Quia verò custodes isti nihil de coitu, nihilque de conceptione attestantur, sed potius per obliquum id docent, ideò putat *Gabriel Palæotus Tr. de Nothis & spur. filiis cap.* 21. *n.* 8. hanc non esse veram & certam probationis speciem; quem tamen reprehendit *Jacob. Menochius de A. I. Qq. L.* 2. *cas.* 89. *n.* 18. *Confer. Idem de præsumt. L.* 6. *præs.* 54. *Mascard. de probat. conclus.* 786. & 452. *n.* 7. *Gail. L.* 2. *Observ. Pract.* 97. *Covarruvias de Sponsal. P.* 2. *c.* 8. §. 3. *Paul. Zacchias quæst. Medico-Legal. L.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 4. *Alphons. à. Caranza Tr. de partu legit. cap.* 20. *quæst.* 4. *art.* 5. *seqq. add. Schneidevv. Comm. Inst. ad d.* §. 13. *Inst. de Act.* ubi libellum super hâc actione formandum exhibet.

CAPUT III.

De

Actione inter V. & U.

Th. 1.

Dotem, quam ad sublevanda onera Matrimonii Mari-
1 tus à Muliere ex subtilitate Legum accipit, uti loquitur *l.* 76. *in fin. D. de Jur. Dot. junct. l.* 30. *C. eod. tit.* soluto Matrimonio iterum repeti, adeò in Foro Rom. est certum, quàm quod certissimum, quia interest Reip. Mulieres dotes suas salvas habere, *l.* 2. *D. de J. Dot. l.* 1. *D. solut. Matrim. l.* 19. *D. de*
2 *R. N. l.* 2. *C. d. t. solut. Matrim.* Scilicet mediante actione quæ olim dicebatur Rei Uxoriæ, hodiè verò audit actio ex
3 stipulatu, & in locum R. U. est surrogata ac proinde etiam B. F. facta, §. 29. *Inst. de Act. ibiq. Dd. Comm.* Dicis, cur appel-
labatur

labatur R. U. actio, & non potius Rei Maritalis, cum Dos sit Mariti, *pr. Inst. quib. alien. licet vel non. l. doce ancillam 9. cum similibus C. de R. V.* A potiori verò debet fieri denominatio, *l.* 10. D. *de stat. Hom.* ast Maritus est Princeps Familiæ, *l.* 196. *de V. S.* Ergò. Resp. sufficit, quod non plenè Dos sit Mariti, 4
sed saltem fingatur: namque est & manet Mulieris sub naturali Dominio, *l. 75. init. D. de J. Dot. dict. l. 30. C. eod.* indeque proprium ipsius vocatur Patrimonium *in l. 3. §. 5. D. de Minor.*
Et licet aliàs actio ex stipulatu sit stricti juris, *arg. §. 28. Inst. d. t. de Act.* hæc tamen rectè B. F. esse dicitur, quia in locum R. U. actionis surrogatur, & simùl omnis plenitudo in illam transfunditur. Atqui de R. U. actione constat, quod sit B. F. *l. un. §. 2. C. de R. U. A.* Ergò & hæc B. F. erit dicenda. Ratio consequentiæ patet ex vulgato Dd. Brocardico: surrogatum sapit naturā ejus, in cujus locum surrogatur: 5
quæ theorica debet intelligi de natura (ut loquuntur) primordiali, non autem de eâ, quæ fortè casu supervenit, vel ex accidenti, e. gr. si actio cresceret ex post facto, puta per inficiationem, ut in Lege Aquiliâ, §. *ult. Inst. de Obligat. quæ ex quasi contr. nasc.* §. 19. §. 26. *Inst. de Act.* certè hanc naturam incrementi, quæ accidentaliter supervenit, non sapit actio in ejus locum surrogata: quia non inest primæ actioni ex suâ primordiali naturâ. 6
Sed & tacitam huic actioni dedit & inesse donavit hypothecam Imp. Just. *in famosâ l. assiduis. 12. C. qui pot. in pign.* potiora Jura contra omnes Mulierem habere Mariti Creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati. *Quis enim* (verba sunt Legislatoris in dictâ Constitutione) *earum non misereatur, quæ propter obsequia, quæ Maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris Legibus inventa sunt privilegia. Nec ad fragilitatem Muliebrem respicientes, nec quod & corpore & substantiâ, & omni vitâ suâ Maritus fungitur: cum penè Mulieribus tota substantia in dote constituta est.* 7
Unde magnum fe- 8

stum

ſtum faciunt Dd. & anxiè controvertunt: An Mulier etiam
præferatur anterioribus Mariti Creditoribus expreſſam hy-
9 pothecam habentibus? Certè, ſi ullâ in toto J. Rom. pro-
fectò hæc, ſummorum Judicio JCtorum vexatisſima & in
hunc usque diem nondum ſatis expedita videtur eſſe quæ-
ſtio, ob rationes quas in utramque partem ſatis plauſibiles
10 diſputant Interpp. Nos negativam ſententiam, ſalvo tamen
alio rectius ſtatuentium judicio, hîc defendimus *cum Dn.
Struvio Ex. ad P. XLIV. th. 49. circa init. n. 2.* quia aliàs inter
expreſſam & tacitam hypothecam nulla eſſet differentia
aut prærogativa, contra vulg. regul. ubi dicimus, quod pro-
viſio hominis faciat ceſſare proviſionem legis, *arg. pr. Inſt. de
de Legit. Agnat. Tutel.* Aſt Mulieris hæc hypotheca eſt Lega-
lis. Ergò. Adde: quod privilegia Principum usque ad præ-
judicium tertii & Jus quæſitum non ſint interpretanda,
*l. 2. §. 10. & 16. D. ne quid in loco publ. l. 2. C. de prec. Imper. offer.
l. 4. C. de emancipat. Liber.* Atqui. Ergò. *add. Dn. Richter Tr. de
Privileg. Creditor. c. 3. ſect. 1. n. 7. ſeqq. B. Carpzov. P. 1. Conſtit.
28. def. 65. n. 11. Neguſantius de pignor. P. 2. c. 4. n. 98. verſ. ta-
men Mulier. Gloſſ. in d. l. 12. C. qui pot. in pign. ibiq; Godofred. lit. E.
it. ad Novell. 109. c. 1. lit. U. Mantica de tacit. & ambig. convent.
L. 11. tit. 26. n. 23. Donell. L. 14. Comment. c. 7. Merlinus L. 3.*
11 *quæſt. 66.* Diſſentiunt plurimi. *B. Carpzov. utpote dubius d. loc.
Perez in Cod. tit. de J. Dot.* n. 19. *& tit. qui pot. in pign. n. 22. Ba-
chov. de Pignor. 4. c. 12. n. 1. Treutl. Vol. 2. Diſp. 24. th. 7. lit. B.
Mynſ. Cent. 1. Obſerv. 67. it. C. 4. Obſ. 13. & ad d. §. 29. Inſt. de Act. n.
12. ibiq; Harprecht n. 7. & ad §. ult. Inſt. quibus mod. re contr. Obl. n.
262. B. Ludvvell. Diſput. XVI. th. 6. lit. H. verſ. Cæterùm. Dn.
Brunnemann. ad d. §. 29. verſ. habet. ibiq; allgg. Schnobel. Diſput. ad
Pand. 20. th. 24. Arum. Diſput. P. XIV. th. 9. Fachin.* L. 10. *c. 35.
B. Hahn ad VVeſenbec. de Privil. Credit. n. 4. Sutholt. Diſp. XVIII.
aphor. 66. Joh. Michael Beuther. Tr. de J. prælat. P. 1 c. 35 poſt pr. &*
12 *P. 2. c. 37.* & ſi qui ſunt Alij. Horum potisſimum argumen-

tum

tum est tale: quod is, qui in ædificii refectionem credidit, præferatur omnibus anterioribus etiam expressâ hypothecâ munitis Creditoribus, *l. 8. D. qui pot. in pign.* Mulieri tamen non item, quin potius ab eâ vincitur in *Nov. 97. c. 3.* si ergò vincentes ipsos Mulier vincit, quanto magis alios, *arg. l. 14. §. 3. D. de divers. & tempor. præscript.* Resp. Mulier in *d. Nov.* 13
meritò Creditori præfertur vel ex J. communis dispositione & prioritate temporis, adeoque non ex dotis privilegio, de cujus prærogativâ hîc controvertimus. *vid. ipse tx. in verb. veniat autem & alter Creditor posterior. &c.* ut proinde locum hoc casu habeat illa vulgata regula: Qui prior est tempore, potior etiam est jure, *l. 2. l. 8. l. 9. l. 11. l. 12. qui pot. in pign. l. 14. l. 15. C. de pignor.* fiat subsumtio de Muliere, & vera erit conclusio. (2) urg. generalitatem text. in *d. l. 12. ibi: contra* omnes 14
habere Mariti Creditores. Jam subsumunt: qui omne dicit, nihil excludit: & tx. qui generaliter loquitur, etiam generaliter est intelligendus, *arg. l. 8. D. de public. in rem act.* Verùm, 15
non contra rationem juris, quæ vix admittit, ut differentia inter expressam & tacitam hypothecam tollatur, uti quidem somniant Neoterici, qui existimant, quod distinctio tacitæ & expressæ hypothecæ in hâc materiâ purum putum sit figmentum Doctorum, nulla prorsus vel lege vel ratione diversitatis suffultum. Sed bona verba, quæso; h. m. nihil 16
præcipui habebunt Creditores, qui sibi facto suo per expressam hypothecam vigilarunt. Et an non satis privilegii per hoc habent querulantes Mulierculæ, quæ assiduis aditionibus Legislatorem inquietantes, dotes suas deperditas esse lugebant, & ab anterioribus Creditoribus substantias Maritorum detentas esse dicebant? Ad hoc regerunt Diss. 17
quod NON, cum non sit verisimile, aliud petiisse Mulieres lugentes, aliud indulsisse ipsis Imperatorem, qui si vel aliud vel illud ipsum, cum restrictione tamen in *d. l. 12.* Fœminis per modum privilegii dedisset, procul dubio etiam expres-

 sisset.

18 sisset. Benè: eo ipso, dum non expressit, etiam ademit, cum non eadem sit vis taciti, ac expressi: expressa enim nocent, non expressa non nocent, *l.* 195. *de R. I.* & in dubio benignior Interpretatio semper est facienda, *l.* 56. *D. eod. tit.* ast hæc fit h. l. in personis Creditorum, quibus tanquam vigilantibus sunt Jura scripta, *l.* 24. *D. quæ in fraudem Credit.* & favorabiliter indulgenda, non attento ambitioso & importuno Fœminarum petito, quod PLUS ULTRA non admit-
19 timus, nec agnoscimus, suadente æquitate, quam Observantia Cameralis perpetim agnoscit, juxta *Gail. L.* 2. *Obser v.* 25. *n.* 10. itemque Practica Saxonica recipit, secundum *Heig. ad dict.* §. 29. *Inst. de Action. n.* 24. *it. Matth. Coler. decis.* 57. *n.* 6. *decis.* 270. *n.* 1. *& in Tr. de Proc. Execut. P.* 1. *c.* 2. *n.* 219. *circa fin. uti & Reinhard. Rosa in addit. ad Daniel.* Moller. *P.* 1. *Constit.* 28. *n.* 34. ubi ad præjudicia Scabinorum Lipsiensium, Wittebergensium, Jenensium, Francofurtensium, & Brandenburgensium unanimiter provocat.

1 Th. 2. Duplex tamen hîc notandum Mariti benefi-
2 cium. Unum Personale, & vocatur Competentiæ quod sublevat Inopem, ut conventus derestituendâ dote non aliter condemnetur, nisi in quantum facere potest, deducto eo ne egeat, per tx. general. *in l.* 173. *pr. de R. I.* §. 37. *Inst. de Act.*
3 *l.* 12. *l.* 32. *l.* 36. *D. solut. Matrim. l.* 17. *l.* 20. *D. de re judic.* Ampl. ut idem procedat in eo, qui planè solvendo esse desinit, quia LL. indistinctè loquuntur, & qui nihil potest solvere, dicitur minus posse, *arg. l.* 7. §. 2. *vers. minus. D. de Tributor. act.*
4 Quoniam verò est personale hoc Beneficium, ideò ad heredes Mariti non venit extendendum, *l.* 15. §. 1. *D. d. t. solut. Matrim.* siquidem privilegia personæ concessa, etiam cum personâ exspirant, *arg. l.* 7. *D. de Except.* nisi liberi sint ejusdem Matrimonii, *l.* 18. *pr. D. d. t. sol. Matr.* Alterum est
5 Reale, quod juvat Maritum divitem, propter impensas in rem dotalem factas: sub distinctione, ut necessariæ ipso ju-

re:

re minuant dotem, oppositâ doli mali exceptione, *d. §. 37. Inst. de Act. l. 5. pr. D. de impens. in res dotal. fact.* utiles verò exigantur vel actione Mandati, si sciente Muliere fuerint factæ, vel actione negociorum gestorum, si eâ ignorante, *d. l. 5. §. ult. l. 8. D. eod. l. un. §. 5. C. de R. U. A.* voluptuariæ verò possunt saltem tolli, quatenus sine læsione prioris status potest fieri, non repeti, etiamsi voluntate & mandato Mulieris fuerint factæ, *d. l. un. §. 5. circa fin. C. de R. U. A. l. 11. pr. D. d. t. de Impens. in res dot. fact.* Et hoc est speciale in Muliere: 7
aliàs enim Impensæ voluptuariæ factæ ex mandato Domini utique possunt repeti, *l. 3. §. 4. D. de in rem verso.* add. omninò pro meliori doctrinâ *l. 9. D. d. t. de Impens. in res Dot. fact.*

Th. 3. Huc usque actio de Re Uxoriâ ex contractu. 1
Sequitur nunc personalis ex delicto in puncto Adulterii, 2
quæ ad dissolutionem Matrimonii inter Conjuges datur, non solùm Civiliter sed etiam Criminaliter. Id quod de 3
Marito satis est expeditum, *l. 30. §. 1. C. ad L. Jul. de Adult.* exceptis quibusdam casibus, ut si ipse Maritus convincatur 4
Adulterii: tunc quoad ipsos fit Criminis compensatio, *cap. 4. in fin. & cap. seq. X. de Divort.* paria enim delicta mutuâ compensatione tolluntur, *l. 39. D. solut. Matrim.* reservato 5
tamen Magistratus officio, cui pactis privatorum minimè potest præjudicari, nec Jus publicum lædi, per *l. 38. D. de pact.* siquidem Reip. interest, delicta non manere impunita, *l. 51. §. 2. D. ad L. Aquil.* vid. de reliquis *Schneidevv. Comm. Inst. tit. de publ. Judic. lit. K. p. m. 679. seqq.* ubi alias pœnas superaddit, quæ Uxorem adulteram manent, e. gr. amissio dotis, it. paraphernorum, donationis propter Nuptias, Dotalitii, & similis lucri, quod ex pactis dotalibus, vel Statuto vel Consuetudinario jure solent aliàs accipere. Ast contra Mulier 6
non potest Jure Civili Criminaliter accusare, sed tantum Civiliter ad thori separationem, *l. 1. C. d. t. ad L. Jul. de A-*

 dult.

dult. addito simul lucro dotis & donationis propter nuptias,
7 *l.* 8. §. 4. *verf. si verò causam. C. de Repud.* Rationes suggerit *Besold. in Thesauro Pract. voc.* Ehebruch. (1) quod Uxor Viro majorem Reverentiam & Honorem, tanquam Capiti debeat, quàm Vir Uxori. (2) quod Adulterium ob sobolis incertitudinem, & partus alieni suppositionem longè gravius
8 sit in Uxore, quàm in Marito. Verùm hæ rationes non sunt tanti momenti, quo minus ab iis discedat Jus Canon. in *c. si quis Uxorem.* 4. *verf. si Mulier. XXXII. q.* 1. *it. c. ult. XXXII. q.* 5. & Nemesis Carolina *art.* 120. §. Item / daß es auch gleicher-weiß in dem Fall. *ibi:* so ein Eheweib ihren
9 Mann beklagen will / gehalten werden soll. Rectè; fides enim Conjugum est æqualis, quam æque turpiter frangit adulterando Maritus ac Mulier; imò magis turpiter facit: siquidem frustrà Vir castitatem à Muliere exigit, quam Ipse non exhibet, *l.* 13. §. 5. *D. ad L. Jul. de Adult.* nec Honorem aut Reverentiam amplius exspectat, dum ipse omni honore sese exuit, & honestatis terminos ignorat.

1 Th. 4. Sed quæritur: An liceat Marito Uxorem suam in adulterio deprehensam unà cum adultero impunè occide-
2 re? In adulterio deprehendere Nobis h. l. idem est, ac si dicas in ipsâ turpitudine, *l.* 23. *pr. D. ad L. Jul. de Adult. l.* 29. *pr. D. eod. tit.* seu quod Solon & Draco dicunt ἐν ἔργῳ, h. e. in ipso opere, & ipsis rebus Venereis, *d. l.* 23. *pr. in fin.* Germani
3 dicunt: alsbald auf frischer und warhafftiger That. Unde colligimus, non sufficere hîc Adulterii præludia, sed requiri obscœnam membrorum commixtionem, *Decian. tr. Crimin. L.* 9. *c.* 15. *n.* 15. *Budæus in annotat. ad d. l.* 23. *pag.* 312. *Blanc. tr. de Indic. n.* 69. *Covarruv. Part.* 2. *de Matrim. cap.* 7. §. 7. *n.* 3. *p.* 200. *Tholosan. Syntagm. Jur. L.* 36. *cap.* 6. *n.* 7. *An-*
4 *ton. Matth. de Criminib. ad Lib. Dig.* 48. *tit.* 3. *n.* 16. Ex quibus corruit opinio *Accursii in d. l.* 23. *pr. verb. in ipsis rebus.* qui propterea statuit, etiam Adulterii antecedentia hîc sufficere.

re, nempe Colloquium, locum destinatum, convivia, basia, tactum. Malè: quia præludia flagitii non statim sunt 5
ipsum flagitium, uti loquitur *Anton. Matth. d.loc.* Et licet Ac- 6
cursiani videantur juvari posse per ea, quæ habet *Marianus Socinus ad cap.* 17. *n.*365. *seqq. X.de sentent. excomm. Farinac.oper. Crimin. P.* 5.*q.* 121.*n.* 42. *circa med. vers. credo.* ut procedat non quidem in præludiis remotis, quale est sola inventio maris & fœminæ in aliquâ Camerâ absque actu venereo; sed proximis, velut in casu *cap.* 12. *X. de præsumt.* deprehendimus.
Attamen ne violentam quidem suspicionem hîc sufficere 7
luculenter evincunt *txx. supr.* à Nobis *adducti*, & argumentatio ex *l.*5.*pr.D.de pæn.* ubi dicitur, quod nemo ex suspicionibus debeat damnari; satius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari: multò minus debet occidi. Imò nec violenta ista suspicio est indubitatum legitimæ probationis indicium, aliàs in Criminalibus necessarium, *l.ult. C.de probation.* Jam ad ipsam quæ- 8
stionem & ejus decisionem regredimur, affirmativam de Adultero statuentes, juxta præscriptum *l.* 24. *pr. D.ad* L. *Jul. de Adult.* quam ipsa *L.XII.Tabb.* juvat in verbis: *Mœchum in adulterio deprehensum necato:* quæ ex Aymero, Rivallio & Oldendorpio citat *Covarruv.d.P.* 2. *de Matrimon. c.* 7. §. 7. *n.* 1.
Eandem potestatem etiam in personâ Uxoris habet Maritus 9
ex Oratione M. Catonis de dote, quam refert *Gellius L.* 10. *N. A. c.*23. *In adulterio Uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impunè necares: illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque jus est.* E contra Lex Julia hanc facultatem Marito adi- 10
mit, & Patri permittit in *l.* 22. §. 4. *D. d.t. ad L. Jul. de Adult.* ubi elegans ratio: *quia plerumq;* Pietas Paterni Nominis Consilium pro Liberis capit: *cæterum Mariti calor & impetus facilè decernentis, fuit refrænandus. add. l.* 38. §. 8. *D. d. t. l.* 1. §. *fin. D. ad L. Cornel. de Sicar.* Interim non negamus, ut si 11
Maritus Uxorem in adulterio deprehensam, impetu tra-

ctus doloris interfecerit, non utique Legis Corneliæ de Sicariis pœnam excipiet, cum sit difficillimum, justum dolo-
12 rem temperare. Et ita etiam accipimus *obst. l.* 3. §. 3. D. *ad SCt. Silan.* ubi dicitur, ignosci Marito, qui Uxorem in adulterio prehensam occiderit: scilicet in tantum, h. e. quantum ad pœnam L. Corneliæ ordinariam spectat, non verò in totum, quia vindicare se non debuit, *d. l.* 38. §. 8. neque singulis est concedendum, quod publicè per Magistratum de-
13 bet fieri, juxta *l.* 176. *pr. de R. I.* Ast Justinianus *in Novellâ suâ Constitutione* 117. *cap.* 15. Legem Juliam auxit, & pristinum Jus Mariti reduxit, permittens ei occidere illum, quem suspectum habet, si ter testatò ipsi denunciaverit, ne cum Uxore suâ versaretur; & is spretis denunciationibus nihilominus repertus sit cum Uxore in domo ejus sive adulteri aut in popinis aut suburbanis locis, modò aptis ad suspicionem hujus turpitudinis: quod si verò alio loco, in quo ejusmodi suspicio minimè esse potest cum Uxore versantem invenerit, debet eum Judici tradere. *Confer. Farinac. Prax. Crimin. P.* 4. *tit.* 14. *q.* 121. *n.* 125. *& seqq. Joachim. Scheplitz ad Consuet. March. P.* 1. *tit.* 2. §. 7. *n. ult. Petr. Sarpus de Jur. Asyl. cap.* 5.
14 Et licet existant nonnulli prædictæ Constitutionis Castigatores, inter quos est *Domin. Sotus L.* 5. *q.* 1. *art.* 3. *Covarruv. tom.* 1. *de Matrimon. P.* 2. *c.* 7. §. 7. *n.* 12. *Tholosan. L.* 36. *Synt. c.* 6. *Molina Tom.* 4. *tr.* 3. *disc.* 7. *n.* 2. his tamen satis respondet *Laymann Theol.* Mor. *L.* 3. *tract.* 3. *P.* 3. *c.* 2. *n.* 4. dicens: *tales Leges iniquas fore, si id permittant* approbativè, *non verò esse iniquas, cum id permittant solùm* negativè, *quatenus in tali casu pœnam Homicidæ non decernunt. jung. Gudelin. de* J. *Noviss. L.* 5. *c.* 18. ubi *Cassiodorum* citat *L.* 1. *Var.* dicentem: *pro amore pudicitiæ porrigere ferrum Maritis, non est Leges calcare, sed condere.*
15 Idem comprobat Constitut. Crimin. Car. V. *art.* 142. & de inveteratâ in Italia Germaniaque consuetudine confirmat *Duaren. ad l.* 10. §. 1. *D. Solut. Matrim. ibidemq; Zasius, n.* 6. *post med.*

med. ut ut benignior & Moribus convenientior sit eorum 16
sententia, qui hanc sui ipsius vindictam non penitus impunè ferendam, sed mitius & pœnâ aliquâ arbitrariâ puniendam statuunt. *Simon van Leeuwen Censur. For. Theor. Pract. L. 1. c. 1. n. 9. Anton. Matth. Criminal. L. 48. tit. 3. c. 7. n. 15. B. Carpzov. P. 4. Constit. 10. defin. 8. Autumn. ad l. 4. C. ad L. Jul. de Adult.*

CAPUT IV.

De

Actione inter Tutorem & Pupillum.

Th. I.

Cum ergo Pupillorum Pupillarumque Tutores negocia 1
gerant, post pubertatem Tutelæ judicio rationes reddunt, verba sunt §. *ult. Instit. de Atil. Tut.* adeoque finita demum tutelâ; cum absurdum sit rationem administrationis à Tutore posci, in quâ adhuc perseverat, juxta *l. 9. §. 4. D. de Tut. & rat. distr.* Finitur autem non solum pubertate, sed etiam 2
morte Tutoris vel pupilli, *l. 4. pr. D. d. t.* itemque aliis modis, de quibus *vid. rubr. & t. t. Instit. quib. mod. Tut. finit. ibiq; Dd. Comm.* Hodiè tamen singulis annis dari poterit hæc actio, per 3
Ordin. Polit. Carol. V. Augustæ *A.* 1548. promulgatam, ubi dicitur, daß der Vormund jährlich auff erforderung der Obrigkeit gebührliche Rechnung thun/ und umb seine Verwaltung Rede und Antwort geben sol. Idem suadet 4
Reform. Polit. à Rudolph. II. Francof. *A.* 1577. confirmata, rubr. von den Pupillen und Minderjährigen Kindern / Tutorn und Vormünden. §. Item das Er. vers. und jährlich, quæ etiam Tutores ultrò offerre jubet: quod & Augustus Elector *P. 2. Constit. 11.* constituit, sub generali De- 5
creto

creto ab omnibus Tutoribus observando; aliter quàm definit *B. Carpzov. ad d. Constit.* 11. *defin.* 3. ubi Tutorem proxi-
6 mum pupilli heredem ab hâc annali rationum redditione excipit, cum tamen malitia hominis sæpenumero superet conjunctionem sanguinis, *arg.* §. 2. *Inst. de suspect. Tut. l.* 9. *D.*
7 *eod. tit.* Idem quoque Saxo repetit in text. Landr. L. 1. *art.* 23. *ibi*: da sol der Vormund von Jahr zu Jahr des Kindes Guth seinen nähesten Erben und Freunden berechnen. & ipse Pontifex ob utilitatem suam in omnibus Administrationibus recipit in *Clement.* 2. *de religios. dom. it. in cap. un. vers.*
8 *præsenti. de Cleric. ægrot. in* 6to. modò ubivis observaretur! Sed magis optandum, quàm sperandum, dum Moribus temporum Jus Civile videtur esse rednctum: Malè, secundum Accursium.

1 Th. 2. Ipsum Tutelæ judicium ex administratione Rerum Pupillarium partim est directum, partim contrarium.
2 Illud competit in Tutorem, ut res juxta Inventarium restituat, rationem administrationis suæ reddat, tàm gesti quàm non gesti, nec non reliqua inferat, & damna resarciat, quæ dolo & culpâ levi sunt facta, *l.* 1. *pr. &* §. 3. *D. de Tutel. & rat. distrah. l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 9. *C. Arbitr. Tut. l.* 46. *D. de administr. Tut.* Ar-
3 bitrari igitur debet Judex, quid excussis rationibus Tutorem Pupillo præstare, & reputare oporteat, *l.* 3. *D. d. t.* quia rationibus nondum redditis non constat, an Tutor sit Debitor, *B. Ludwell. Disput. ad Inst.* 14. *th.* 6. *lit. B.* unde & Arbitrium hæc
4 actio dicitur, *rubr. & t. t. C. Arbitr. Tut.* Est verò ratio à Tutore reddenda in loco, ubi gessit Tutelam, *juxta noviss. Decis. Elect.* 36. sub curâ, quâ diligens Paterfamilias in suis propriis rebus præstare solet, *d. l.* 1. *pr.* D. *de Tut. & rat. distrah. l.* 10. *l.* 13. §. 1. *l.* 33. *pr. l.* 39. §. 6. *seq. D. de administrat. & peric. Tut. d. l.* 7. *C. Arbitr. Tut.*
5 *l.* 23. *de R. l.* Et quamvis in administratione Tutelæ nulla versetur utilitas Tutoris, indeque juxta regulam in *l.* 5. §. 2. *D. Commod.* solùm ad latam culpam videatur Tutor esse adstri-

ctus:

ctus: favor tamen Pupillorum ac Minorum majorem exigit diligentiam, cum inter omnes constet, ejusmodi personas Administratorum deceptionibus valdè esse obnoxias, adeoque iniquum foret, ipsos licet levi culpâ ab iis lædi, qui defendendi & damnum avertendi causâ eis ex Munere publico dati sunt. Ast dicis: Imò, ut eò plenius Pupillis pro- 6
spiciatur, vel culpa levissima requiritur; favores enim sunt ampliandi, odia restringenda, *cap.15.de R. I. in 6.* Resp. neces- 7
sitas gerendi (*vid. l. 20. init. C. de Neg. gest.*) excusatione satis digna est, quò minus plus justò Tutorem oneremus, quàm in suis rebus diligens esse solet, præprimis cum gratuitam & omni lucro abstinentem bonam fidem præstare debeat, *l.38. D. de Neg. gest.* Est igitur hæc actio B.F. §. *28. Inst. it. de Action.* 8
& simul famosa, si Tutor condemnetur ob dolum, *l. 1. D. de his qui not. infam.* (id quod & de reliquis actionibus directis 9
ex contractu provenientibus obiter h.l. est notandum, juxta §.*2. Inst. de pæn. temere litigant. Dn. Struv. Ex. ad Pand. VII. th.18. vers. quò ex Contractibus.* non item Contrariis, quia in illis agitur de ipsius rei restitutione, quæ principaliter venit in Judicium: In his saltem minus principaliter & ex accidenti de indemnitatis præstatione: nisi enim sumtus fecisset Actor in rem alienam, v. gr. Commodatarius, nec ageret, *Suthólt. Differt.* XII. *aphor.* 51.) In quâ etiam in litem contra Tutorem 10
juratur, *l. 1. C. de in lit. jur.* si fortè rationes minus idoneè exhibeat: neque enim sacramento Ipsius creditur in ratione dati & accepti, nisi in modicis expensis, *Jason in repetit. l. 31. n.126. D. de Jurejur. Br. in l. 1. §. 3. D. de Tut. & rat. distrah. n. 2. Castrens. in l. 111. D. de condit. & demonstr.* item quando res casu est amissa, ut se duntaxat hâc in specie per Jusjurandum à negligentiâ purget, *arg. l. ult. C. de Fid. Instrum.* An verò etiam ob latam 11
culpam remotus Tutor, infamis fiat, quæstionis est? Vide- 12
tur dicendum quod sic; quia lata culpa æquiparatur dolo, *l. 1. §. 1. D. si mensor fals. mod. dix. l. 32. D. Depositi. l. 226. de V. S.*

adeoq; dolo non poteſt contradiſtingui in §. 6. *Inſt. de ſuſpect.*
13 *Tutor.* Verior tamen & æquior eſt negativa ſententia juxta *Heig. ad d.* §. 6. *n.* 12. *& Dd.* quos longâ ſerie ibidem citat *Harprecht n.* 2. quia infamia eſt pæna doli: à dolo autem etiam frivola cauſa excuſat, & ubi manifeſtè non arguitur dolus,
14 licet ſubſit, actio doli non datur, *l.* 11. D. *de Dolo.* Et ideò Decreto debet cauſa removendi ſignificari, ut appareat de exiſtimatione; alioquin potius ob culpam, quàm ob dolum remotus cenſebitur ex reſponſo JCtisſimi Papiniani in *l.* 4. §. 2. *ſeq.* D. *de ſuſpect. Tut. it. arg. l.* 56. *de R. I.* indeque dolus & culpa lata invicem differunt in *l.* 7. *C. Arbitr. Tut. l.* 3. §. *ult.*
15 *l.* 4. *D. de ſuſpect. Tutor. l. ult. C. eod. tit.* Et ad Diſſ. rationem dubitandi ſupra allatam Reſp. regula illa officium ſuum perdit in capitalibus, *arg. l.* 7. *D. ad L. Cornel. de Sicar.* itemque falſo-ſis, quæ Capitalibus æquiparantur, *l.* 8. §. 2. *D. quod met. c.* Vin.
16 *Struvs Exerc. ad P. XIX. th.* 22. *n.* 3. N. O. *l.* 7. §. 1. *D. d. t. de ſuſpect. Tutor.* ubi lata culpa dicitur propè fraudem accedere. Reſp. id verum eſt, quantum attinet Tutorem removendum, non verò infamandum, ut hîc. *B. Ungep. Ex. Juſt. IV.* *q.* 17. *in Nego. n.* 3. *& ſeqq.* ubi ſimul ad reliquos Diſſ. textus reſpondet. *add. Arum. Diſput. Pand. XVI. th.* 12.

1 Th. 3. Diverſa actio eſt de rationibus diſtrahendis vel diſpungendis, quæ inſtituitur contra Tutorem propter rem pupilli interverſam; ſeu diſtrahendis ac dirimendis controverſiis circa rationes de pecuniâ pupillari interceptâ, *l.* 1. §.
2 *pen. l.* 2. *pr.* D. *de Tut. & rat. diſtr.* Differentiæ ratio apparet non ſolùm ex diverſâ cauſâ agendi; quoniam in actione Tutelæ eſt obligatio ex quaſi Contractu, hîc verò ex delicto, e. gr. furto, *l.* 55. §. 1. *D. de adminiſtr. & peric. Tut.* ſed etiam ex modo perſequendi, dum actio tutelæ tendit ad ſimplum, hæc verò in duplum competit: non quidem ut merè pænalis, ſed mixta, quia in ſimplo rei perſecutionem continet, *d. l.* 1. §. 20. *d. l.* 2. §. 2. indeque illa & contra Tutorem & ejus here-

des

des datur, hæc non item; quia pænalis eſt, *d. l.* 1. §. *pen.* niſi
quatenus pervenit, *d. l.* 1. §. 16. *D. d. t.* In eo tamen conve- 3
niunt, quod utraque finitâ demùm tutelâ competat, *d. l.* 1.
§. *fin. l.* 4. *pr. D. eod.* & altera alteram ratione ſimpli conſu-
mat, *d. l.* 1. §. 21. D. *d. t. de* Tut. *& rat. diſtr.*

Th. 4. Quoniam verò iniquum foret, damnoſum Tu- 1
toribus eſſe officium ſuum, *l.* 7. *D. Teſtam. quemadm. aper.*
idcircò contrariam Tutelæ actionem Prætor introduxit,
quæ & ipſa demum finito officio competit, *l.* 1. §. 3. *D. de
Contr.* Tut. *& utili act.* Rationem inductivam ipſe JCtus ſup- 2
peditat in *d. l.* 1. *pr.* ſcil. ut eò facilius Tutores ad Adminiſtra-
tionem accederent, ſcientes Pupillum quoque ſibi obliga-
tum fore ex ſuâ adminiſtratione. Quanquam enim ſine 3
Tutoris authoritate Pupilli non obligentur, nec in rem ſuam
Tutor obligare Pupillum poſſit, §. *ult. Inſt. de Author. Tut.*
l. 7. *pr. D. eod. tit.* tamen receptum eſt, ut Tutori ſuo Pupil-
lus ſine Tutoris authoritate ex adminiſtratione obligetur,
quia provocandi erant Tutores, ut promtius de ſuo aliquid
impendant, dum ſciunt, ſe recepturos id quod impende-
rint, *d. l.* 1. *pr.* §. 4. *& 6. D. d. t.* Quid ergò, ſi plus in eum im- 4
pendit, quàm eſt in facultatibus? videamus, an poſſit hoc
conſequi? Et Labeo ſcribit, poſſe. Sic tamen accipiendum
eſt, ſi expedit Pupillo ita tutelam adminiſtrari; cæterùm, ſi
non expedit, dicendum eſt abſolvi Pupillum oportere: ne-
que enim in hoc adminiſtrantur Tutelæ, ut mergantur Pu-
pilli. Judex igitur, qui contrario Judicio cognoſcit, uti- 5
litâtem Pupilli ſpectabit, & an Tutor ex officio & bona fide
ſumtus fecerit, obligationesque ſuſceperit, *l.* 1. §. *pen. l.* 3. *pr. &* §.
8. *in fine D. d. t. de Contr. tut. & ut. act.* quamvis contrarium exitũ
habuerint; ut ſi Advocatum agens bonâ fide litem movit, &
ſumtus fecit, ac ſuccubuit, quia ſufficit benè & diligenter ne-
gocia geſſiſſe, *d. l.* 3. §. 7. *D. d. t. ibiq́. Br.* huc facit *l.* 33. *in fin. D. de
admin. & peric. Tut.* unde limitatur *l.* 50. *verſ. nam gratuitam. D.*

 de

de N.G. confer. Escobar. de Ratiocin. c. 27. n. 54. Berlich decis. 135.
6 Idque eô magis dicendum, cum constet, quod bonæ F. hæc sit actio, in quà bonam fidem debemus agnoscere, & omnia ex bono & æquo accipere: quare & eorum, quæ Tutor pupillaribus negociis impeditus lucrari non potuit, meritò habebitur ratio, quia contra suam utilitatem non tenetur Pupillo providere, *Cyn. et Dd. in l. 1. pr. vers. sed nec Tutorem.*
7 *D. de in litem jur. it. l. 46. §. 1. D. d. t. de adm. & per. Tut.* Hinc à contrario sequitur, quod in hoc Judicium ea tantùm veniant, quæ pro Pupillo, vel in rem ejus sunt impensa, non verò ea, quæ aliàs Tutori debebantur, (utputa à Patre Pupilli si quid debitum fuit) cum integra sit Tutori actio Civilis ex contractu, *l. 1. §. 5. D. d. t. de Contr. Tut. & utili act.* quam dubio pro-
8 cul respexit Antoninus in *l. 1. C. de in lit. dand. Tutor.* Quid tamen, si ideò expectavit, quia Tutor erat, & ideò non exegit, an contrario judicio tutelæ indemnitatem adhuc consequitur? quod magis probandum est: nam sicuti quodcunque aliud gessit pro utilitate Pupilli, id hoc judicio consequetur; ita etiam id, quod sibi debetur, consequi debet, vel ejus securitatem, per *d. l. 1. §. 6. D. d. t.*

CAPUT IV.

De

Actione inter Curatorem & Minorem.

1 Ob Communia hujus actionis utilis cum Tutelari Judicio, de quibus *vid. Dn. Struv. Ex. XXXI. th. 66. & seq. in fin.* nolo discursum amplius protrahere, & in recensendis juribus plus
2 justò excurrere, nisi quod Minor etiam durante adhuc curatione possit Curatorem singularum rerum nomine [illegible] *l. 55. D. de Tut. & rat. distr. l. 26. D. de admin. & peric. Tut. l. 1. §. 3. D. de Contr. Tut. & utili act. l. 7. C. Arbitr. Tut. l. 17. C. de*

N.G.

N.G. aſt directa Tutelæ actio non niſi finito officio compe-
tit, *l.4.pr.D.d.t.de Tut. & rat. diſt.* Differentia conſiſtit in Po- 3
teſtatis ratione, quam Tutor in Pupilli caput habet, Curator
non item, *l.1.D.de Tutel.* & ideò nec ulla alia actio Pupillo eſt
in Tutorem ex cauſâ, quæ cœperit Tutelæ tempore, *l.9.§.fin.*
l.ſeq.D.d.t. ſed ex contractu tantùm Paterno, & cauſâ præce-
dente Tutelam, ſpeciali Curatore auctore. Opp. (1) *l.2.l.14.* 4
C. de adminiſtr. Tut. Reſp. eſt argumentum à diverſis: quippe 5
agitur ibi de generali rationum redditione, uti bene explicat
Vinn. Comm. Inſtit. ad §.ult. Inſt. de Atil. Tut. Cujac. L.17. Obſerv.7.
hîc verò de ſpeciali rerum ſingularium vindicatione. opp. (2) 6
l.26.D.de adminiſtr.& per. Tut. per quam probare conatur *We-*
ſenbec. in parat. Dig. ad d. tit. de Tut. & rat. diſtr. n.7. actionem Tu-
telæ etiam durante adminiſtratione dari. Reſp. ex *l.1.§.3.D.de* 7
eo qui pro Tutore. textum non de Tutelæ, ſed potius de utili
negociorum geſtorum & ex ſtipulatu actione eſſe accipien-
dum, veluti ſuadent *txx. ſupr. allgg. l.17.C.de N.G. it. l.7.C. Arbitr.*
Tut.

CAPUT VI.

De Juribus Nobilium circa Actiones.

Hîc in Civilibus prædominatur Beneficium Compe- 1
tentiæ, quia pro debito conventus Nobilis, neque reali-
ter citari nec in carcerem detrudi, ſed in quantum facere
poteſt, debet condemnari, juxta Interpretes *ad l.6.pr. D. de re*
judic. cum attendendus h. l. ſit ipſius ſtatus Conditio, ut con-
gruam & ſufficientem ſuſtentandæ ſuæ vitæ habeat ratio-
nem, quò poſſit honeſtè vivere, & Familiam ſuam debito
modo ſuſtentare. *Coler. de Proceſſ. Execut. P.1.c.6. B. Carpzov. P.*
2. Conſt. it. 32. defin. 16. Dn. Freier Tr. de ſolution. c. 9. n. 72. Dn.
Mev. diſcuſſ. levam. inop. Debit. c.1.n.134. ſeqq. Similis reſpectus 2
Nobilibus competit in Criminalibus quoad pænarum re-

 mis-

missionem sivè mitigationem, uti suadet generalis text. *l. 9. §.11.D. de pæn.* in specie *l.4.§.1.D. de Incend. ruin. naufr. vers. liberos quidem.* salvâ manente Justitiâ correctoriâ, quæ simplicem æqualitatem, h.e. proportionem Arithmeticam dictitat, quippe personæ delinquentis dignitas aliave personæ delinquentis qualitas, nec auget nec minuit ipsum delictum, *l.1. C. ubi Senator. vel Clariss.* sed manet eadem pœna ratione æstimationis, in quam IN CONCRETO venit consideratio conditionis hujus personæ, *B. Frantzk. Comment. Dig. de J. & J. n.34. Dn Struve Exerc. ad Pand. Lib.* 32. unde & pœnæ æstimationes delictorum vocantur in *l.* 41. *D. de pæn.* Quod tamen non in omnibus delictis neque etiam in omnibus pœnis procedit, sed solùm in delictis arbitrariis, incertis & difformibus, in quibus liberum est Judici statuendi arbitrium, *l. 1. §. 1. D. de effractor. l.38. §.3. D. de pæn. l.15. §.1. D. ad SCt. Turpill. l.8. D. de publ. Judic. l.7. §. ult. D. ad L. Jul. repet. l.6. pr. D. ad* L. *Jul. pecul. l. 9. D. de extraordin. Crimin.* non verò atrocioribus, pœnam mortis inferentibus, ut in proditionibus, in Crimine falsi, Adulterii, Homicidii &c. siquidem multò magis pœnâ digni sunt, quibus cum plurimum honoris per nostram jussionem delatum est, occulto inveniuntur in Crimine, verba sunt Imp. Theodosii in *l.8. circa fin. C. de Episc. & Cler. add. arg. ex l. 14. D. de pæn. l.6. §.1. D. de re Milit. Rennemann de Jure Person. Disp. VII. th. 13. lit. F.* Sed desino, & de reliquo ad Joh. Limn. & Jos. Nolden sciens prudens provoco.

3 (margin, beside "ros quidem")

CAPUT VII.

Privilegiatas Doctorum & Studiosorum Actiones examinat.

Th. I.

1 Reassumere h. l. placet prædictum Competentiæ Beneficium, idemque favorabiliter omnium Facultatum Doctoribus, utpote arte suâ nobilitatis, nec non Advocatis favora-

vorabiliter applicare, ita ut nec hi pro debito, sed ne quidem pro Crimine carcerari de JURE possint, veluti tradunt Dd. Comm. ad. *l. 6. C. de Professor. & Medic. Libr. X.* Hi enim sunt, 2
quorum scientiâ informantur, qui aliquando Ecclesiæ, Reip. & aliis Muneribus sunt præfuturi, atque adeò totus Mundus illuminatur, & ad obediendum DEO & Magistratui vita subditorum informatur. *Auth. Habita. C. ne F. p. P.* Dissentien- 3
tes præcisè inhærent verbis in *l. 6. pr. it. l. 18. D. de re judic.* quæ disertè loquuntur de iis, qui sub armata militiâ militant. 4
Resp. sufficit quod utriusque militiæ, & Togatæ & Armatæ sit eadem ratio, per notab. *l. 14. C. de Advoc.* 1. Neque verbum: *armata:* in opp. texx. validè opponitur togatæ, sed imaginariæ & aliis militiis, *l. 11. §. 16. de Leg. 3. l. 5. C. qui milit. poss. Libr. XII. vid. Nov. 53. c. 5. Nov. 97. c. 4.* Nec quicquam facit con- 5
tra *all. l. 14.* locus *Ciceronis pro Murana,* unde differentiæ rationem & ipsam privilegii caussam in personis Militum volunt desumere, ibi: *Vigilas tu de nocte, ut tuis Consultoribus respondeas, Ille ut eò, quò intendit maturè cum exercitu perveniat: Te gallorum, Illum buccinarum cantus exuscitat: Tu caves, ne tui Consultores; Ille ne urbes aut castra capiantur: Ille tenet & scit, ut hostium copiæ; Tu, ut aquæ pluviæ arceantur: Ille exercitatus est in finibus propagandis; Tu in regendis.* Verùm nec hæc argumentatio Nos 6
tangit, quia à merè accidentalibus concludit, ideoque sponte suâ corruit. Add. pro dictis supr. in th. prolatis communis Legulejorum & Practicorum sententia, de quâ attestantur *Glosf. in d. l. 18. verb. sub armata militia. D. de re judic. it. Jason in dict. l. 6. D eod. n. 9. Matth. Coler. de Process. Execut. P. 2. c. 3. n. 119. Brunn. de cess. Bonor. c. 10. Rodericus Suarez in L. 2. Foro LL. L. 3. tit. de Cession. bonor. §. quintò quæritur. n. 12.* & hunc laudans *Hillig. in Donell. L. 27. c. 9. lit. l. N. Caccialup. de Debitore suspecto quæst. 5. n. 9. B. Carpzov. P. 1. Constit. 32. defin. 18.* ubi ita judicatum esse refert. *Matth. Berlich. P. 1. Conclus. 80. n. 52. ibiq. allgg. Schultz Syn. Inst. tit. de Action. lit. Bb. p. m. 556. vers. deinde. & seq.* qui locuples hâc de re Fori Saxonici testis existit.

Th. 2.

ibi perpetuò consistat, nisi quid avocet, *l.2.l.7.C.de Incol.Libr. X.l.5.§.5.D.de Injur.l.203.l.190.de V.S.l.65.D.de Judic.add.* Dn. *Struve Ex.IX.th.20.Franc. de Amaya in d.l.7.n.69. & seqq.Gail. L.2.Obs.35.n. 8.Obrecht de Jurisd. L.3.c.11.n.9. seq. Petr. Rebuff. Tom. 3. tr. de* Domicil. *elect. n. 6. & de Privileg. stud. p. 365.* Jam subsumo: quod Studiosus non habeat animum in loco studii perpetuò habitandi, Dn. *Struve d. Ex. th. 25.* licet quandam partem rerum suarum secum tulerit; cum sola habitatio non faciat eos sortiri Forum, *Br. in l.19. §. 2. ibiq; gloss. D. de judic. Rebuff. d. loc. de Privil. Stud. p.* 121. Ampl. ut etiam in loco 12
studii conventus, domum revocandi Jus habeat, *l.un.C.in quib. caus. Milit. Fori præscript. &c. ubi Vultej. n. 59. Pacius in d. Auth. Habita.c.9.n.14. B.Frantzk. Var. Resol.L.1.res. 16.n.68. Scotan. Disp.22. th. 22. Menoch. de A. I.Qq.Cent. 1.cas. 65.* Quibus adsi- 13
stit generalis Nostratium regula, quando dicunt, quod delinquendo Judicis etiam Incompetentis tacitè prorogetur Jurisdictio, vel in privilegiatis personis, ut hîc. *Auth. quâ in Provinciâ.C.ubi de Criminib. agi oport.* reatus enim omnem honorem, omneque exclusisse videtur Privilegium, *l. 1.C. ubi Senator.vel Clariss. l.3.C.de Veteran. Libr. XII. l. 5.pr. D. de re milit. l. ult. D.de Accusat.* & frustrà legis auxilium implorat, qui contra eam peccat, *l. 37.in fin. D.de Minor.* Excipe, nisi singulari 14
Principis privilegio aliud quid sit receptum, pro ut videmus practicari in Academiâ Philureâ, cujus membra non tantùm in ipsâ Civitate deprehensa, sed & extra ad tres diætas à Magistratu loci capta Rectori punienda remittuntur. *B. Carpzov. in Process. Jur. Tit. 3. art. 6. n. 59.*

CAPUT VIII.

Singulares Militum & Clericorum Actiones informat.

Informatorium voco Privilegiatum Militum Forum *supra in* 1
P.1. sub discretis Judicum & Judiciorum figuris repræsentatum,

tatum, quò omnes Illorum obligationes & actiones generaliter pertinent, cui sub singulari Privilegio meritò associamus favorabile Competentiæ Beneficium ex *l.6.pr. l. 18. D. de re judic. l. 7. D. de Castr. pecul.* contra communem juris ratio-
2 nem introductum, uti patet ex *l. 1. C. qui bon. ced. pos/.* Ratio singularitatis est Reip. favor, quia durum & inhumanum esset, si Resp. militem, qui pro eâ periculum mortis subit, adeò urgere vellet, ut nihil ipsi superesset, *Hippol à Coll. ad l. 173. de R.J.* quâ de re etiam stipendia Militum non possunt accipi pro executione sententiæ, *l. 4. C. de Execut. rei*
3 *jud. add. arg. ex l. 8. C. de R.V.* Ex dictis fluit, quod Milites propter debita non possint incarcerari, *juxta Menoch. de A. I. Qq. q. 88.* non attentâ Fori Saxonici observantiâ, quæ aliàs in Debitoribus obæratis militat, *VVesenb. in Parat. Dig. tit. de Cess. bon. n. 3. vers. quod Saxones. ibiq. Dn. Hahn.* nec arrestari, *Alex. de Imola in l. 6. D. de re jud. Paris de Puteo Tr. de Syndic. verb. Doctor.* utut aliàs Arrestum implorato Judicis officio ritè procedat, per ea quæ processualiter docet *Dn. S[illegible]. Ex XXVI. th. 12. it. Gail. L. 2. Observ. 44. n. 10.* nisi de fugâ sint suspecti, *Gail. d. l. n. 2.* aliàs sub prætextu Privilegii alii defraudarentur, contra *l. 25. D. de Judic. l. 2. C. de Privileg. Scholar. Libr. XII.*
4 *l. 2. §. 3. D. ad SCt. Vellejan. ibiq. Godofr. lit. L.* Ampl. (1) ut nihil referat, sive in Castris sive extra ea degant Milites, quia LL. indistinctè & absolutè loquuntur: lege autem non distinguente, nec nostrum est distinguere, *arg. l. 8. D. de Public. in rem*
5 *act.* Minor patet ex *l. 7. D. de Castr. pec.* Neque (2) illud refert, utrum Miles conveniatur pro Debito quod in Militiâ, vel extra Castra fortè contraxit, sive Militiæ causâ, sive alterius cujuscunque rei nomine; ob eandem paritatis rationem & textus generalitatem, cui eò usque standum, donec pro-
6 betur contrarium. Dissentit *Gl. ad d. l. 6. D. de Re jud.* quam sequitur *Caccialup. in Tr. de suspect. Debit. quæst. 5. n. 12. arg. §. 2. Inst. de Testam. Milit.* Resp. est argumentum à diversis, [illegible]

malâ

malè argumentamur. Idem per omnia in Clericis obtinet, 7 *vid. B. Dn. Carpzov. P. 1. Constit. 32. defin.* 18. & ea quæ sub *P.* 1. adduximus, ut proinde campus excurrendi h. l. videatur esse supervacuus & frustraneus; maximè cum factum potius, quàm Jus in iis præponderet, Papali Bullâ quasi Lege Dictatoriâ ita jubente.

CAPUT IX.

Actiones inter Magistratum & Cives ac Subditos, nec non Rusticos tractat.

Th. 1.

Quotquot inter Imperantes & parentes per obligandi vinculum suppetunt actiones, iis non aliter est locus, nisi præjudicialiter ex statu Civitatis fuerit probatum, an aliquis sit Civis vel subditus, *l.* 37. *D. ad Municipal.* Probatur verò per Domicilium, ad cujus constitutionem requiritur (1) actus habitationis; sola enim commoratio aut domus possessio domicilium non facit, *l.* 17. §. 5. *&* 13. *D. d. t. l.* 27. §. 2. *D. eod. l.* 5. §. 3. *in fin. de Captiv. & postlim. reverf. l.* 3. *l.* 4. *C. de Incol. Libr.* X. quia domus constitutio facti; at Domicilii constitutio Juris esse dicitur, *Matth. Stephani de Jurisd. L.* 1. *c.* 28. *n.* 3. *Christoph. Besold. P.* 4. *consil.* 165. *n.* 5. Præterea (2) necessarius est animus constituendi sive in loco perpetuò manendi, *l.* 7. *C. d. t.* Unde is, qui propositum ad prius domicilium revertendi habet, continuò quidē dici potest habitasse in priore sed non posteriore loco, *Francisc. Vivius decis.* 447. *n.* 1. e. gr. si quis ad certum tempus se aliò contulerit, veluti ut sit Castri Præfectus, Consiliarius, Syndicus, Legatus, Studiosus: hic finitâ studiorum causâ & officiis, quivis ad locum sui Domi-

 cilii

cilii rediturus præsumitur, & novum in eo loco Domicilium
contraxisse non censetur, nisi aliæ concurrant conjecturæ,
ex quibus Domicilium prius relictum esse manifestum sit,
Zanger. de Except. P. 2. c. 1. n. 20. B. Carpzov. L. 2. RR. Elect. 23.
5 *n. 9.* De animo verò constituendi Domicilii constat vel ex
6 declaratione expressâ, vel præsumtâ sive tacitâ. Illa re &
facto demonstratur, *l. 20. D. d. t. ad Municip.* v. c. si quis in aliquam Civitatem eâ mente habitatum venerit, ut ibi perpetuò
esset, vitæ quotidianæ munia obeundo, & illa faciendo, quæ
ejus loci Cives faciunt, juxta notab. *l. 27. §. 1. D. d. t. Mascard.*
7 *de probat. Conclus. 534. n. 3. 18.* Quò etiam pertinet, si quis in
Civitate aliqua impetraverit Jus Civitatis, quod nos vulgò
das Bürgerrecht vocâmus, ac ibidem habitaverit; hæc duo
conjunctim certissimam Domicilii probationem inferre di-
8 cit *B. Carpzov. L. 1. Resp. 21. n. 17. Stephani d. l. n. 71.* Hæc sive
tacita declaratio docetur præsumtionibus & conjecturis, de
9 quibus *vid. Zanger. d. l. n. 5. & multis seqq.* Sed quæritur de
tempore, ex quo per commorationem Domicilium contra-
10 hi videatur? Alii statuunt decennium, moti per *l. 2. C. d. t. de
Incol. Libr. X.* Nos tamen potius arbitrio Judicis illud relinquimus, qui ex loci & personarũ conditione ac qualitate determinabit. *Mascard. d. l. n. 9. & 10. Zanger. d. c. 1. n. 18. B. Carpzov.
d. L. 2. R. 22. n. 6.* quem ad hoc citat *Dn. Struve d. Ex. th. 24. in*
11 *fin. ibiq; in Resol.* ubi ad contraria respondet. Interim nota,
quod in Civitatibus Germaniæ passim Incolatus ex Consuetudine vel Statuto post annum acquiratur, nec patiantur
Advenam diutius ibi commorari, si el ipso annuo spatio jura Civium redimere nolit: quod summam habet æquitatem,
propter communia Civium onera, *Gail. L. 2. Observ. 35. n. 2.*
12 nisi magis sint Hospites & peregrini, propter pestem, bellum
aliamve necessitatem tales facti, qui tamdiu non sunt compellendi, quo usque durum illud necessitatis telum durat,
Mevius ad Jus Lubec. L. 1. tit. 2. rubr. n. 19. 33. nec etiam one-
ribus

ribusCivium,utCollectis regulariter prægravandi,juxta *Gail. d.L.2. Observ. 52.n.13.* exceptâ collectandi causâ, quæ etiam Forenses obligat. *vid. exemplariter Gail. d.l.n.* 15. tunc enim dicimus ex *l.ult. in fin. C. de Author. præst.* necesse est, ut quod omnes similiter tangit, ab omnibus etiam probetur & præstetur.

Th. 2. Hinc ad Jura Civium PASSIVA, dico onera, recta transeo; cum æquum sit, ut subditi pro Curis & Laboribus,quos Domini sustinent, item in compensationem expensarum, quas publicè sustinet Magistratus,& pro salariis Officialium,qui Justitiam administrant, eadem præstent, *Simon de Prætis Consil.* 100. *n.* 1. *part.* 3. *Nicol. Everhard. Junior, Consil.* 10. *n.* 28. *Reinking. de R. S. & Eccl. L.* 1.*class.* 5. *c.* 4. *n.* 96. 1
Onerum autem seu Munerum quædam sunt personalia,quædam realia,quædam mixta, *l.*18. *pr.D. de munerib.* Realia rursus sunt vel Ordinaria vel Extraordinaria;ordinaria sunt,quæ certam annuam, regularem, uniformem, perpetuam & æqualem habent præstationem, *l.un.C.de vacat.publ.Mun.Libr. X.l.un. C.de Privileg. corporat. urb. Rom. Libr. XI.*(intellige æqualitatem respectivam, quam vocant proportionem Geometricam, *vid. legaliter l.* 14. §. 3. *D.d.t.l.*1.*C.de quib. Muner. vel præstat. nem. lic. se excus. Libr. X. l.* 14. *C. de Susceptor. Lib. X.* & doctrinaliter Dn. *Stuve Exerc. ad Pand. l. th.* 21. *it. Ex: L. th.* 69.) cujusmodi sunt Tributum, vulgò Tribut &c. Extraordinaria verò sunt, quæ talem præstationem annuam & perpetuam non habent, sed propter occurrentem publicam necessitatem præstantur, *l.* 8.§.3.*D.de vacat.& excusat. Muner. l.un. C. de superindict. Libr. X.* ac nominetenus apud Nos vocantur Reichssteuer/ Landsteuer/ Ablösung/ neue Anlage/ Schatzung/ Bewilligung/ Türckensteuer/ Fräuleinsteuer/Nachsteuer/Forstgeld/Soldategeld/ Mahlschwein/ Mastgeld / Lastgeld/ Balckengeld/ Mastbaumgeld/ Weinkauff/ das beste Hauptvieh/ Pfluggeld/ Nothgeld/ 2 3 4 5 6

Fff 3 Trifft=

Trifftgeld / Zehenden vom Fleisch / Wein / Korn / Erbsen &c. Vieheschatz / Scheffelschatz / Hufengeld / Bauholtzfuhr / Tranckstewer / Schutzgeld / Freygeld / Ungeld / Brückengeld / Weggeld / Aufschlag. *Caspar* Klock *de Contribut.th.* 3.
7 Ipsa actionum Jura pro re natâ diversimodè exercentur, ita ut integrum sit Magistratui, subditos vel per officium Judicis seu condictionem ex Moribus, vel per Interdicta seu Restitutoria remedia pulsare, *Sixtin.* 2. *de Regal.* 13. *n.* 67. *Maulius de Homag. tit.*4.*n.* 24. *&* 26. sed & pænali judicio poterit Jurisdictionem suam defendere, it. denegatione actionis, missione in bonorum possessionem, captis pignoribus, & mulctæ indictione refractarios coërcere, uti multis probat ex Dd. T*homas Michael de Jurisd. Conclus.* 149. *seq. junct.*
8 *Gail.* L.1.*Observ.* 17.*n.*8.*& de Arrest. Imp. cap.* 10. *n.*1. Quemadmodum & contra rebelles ac factiosos subditos Camera solet Mandata Inhibitoria, ut vocant, sine clausula decernere, præviâ tamen Judicis sententiâ condemnatoria, *Gail. d. Obs.*17.*circa fin.* non modò ad inhibendum, ne subditi rebellent, ne arma sumant, ne Magistratui legitimè procedenti resistant, ne in Clientelam & Homagium alterius sese dedant, legitimas Indictas, Contributiones & Collectas præstare ne recusent, sed etiam ad compellendum, ut homagium & fidelitatem jurent, ut arma deponant, à rebellione desistant, legitimas Collectas inferant, & denique in omnibus præposito à DEO Magistratui obediant. Confer. huc quæ post alios tradit Reinking. *de R.S. & Eccl.* L. 1. *class.* 5 *cap.* 4. *n.* 6.*Petr.Frider. Mindan.* 2.*de Mandat.cap.* 46.*n.* 2. ubi præjudicium refert.

1 Th. 3. Denique restant Júra Civium & subditorum ACTIVA; quò pertinet, quod Magistratus ad illorum defensionem & protectionem sit obligatus, *Obrecht de Jurisdict. c.*8.*n.*97.*Arum. ad A.B. Disc.*6.*Conclus.*2.*Reink. de Reg. Sec. & Eccl.*L.1.c.5.*cap.*4.*n.*24.*VVurmser. Ex. I.P.*8.*q.* 11. *Georg. Bet[...]*
de

de Securit. c.3. concluf. 42. Omnis enim Magiſtratus â DEO ad id conſtitutus eſt, ut ſe ac ſuos contra vim & injuriam etiam armis eventualiter defendat, *B. Carpzov. de L.Reg.German.c.1. ſect.1.n.4.it. c.14. ſect. 5.n.6.* & ideò non ſolùm inſtructus eſt ſatellitibus, apparitoribusque, ſed & imperandi, h. e. aliis ſubveniendi poteſtate, ut docuit *Obrecht Tr. de Defenſ. c. 7. n.* 40. Idcircò etiam Civium & ſubditorum bona dicuntur eſſe 2
Principis propria, non quidem rationе Dominii & proprietatis, ſed ratione defenſionis, protectionis & ordinariè competentis Juriſdictionis in famosâ *l.9.D.ad L.Rhod. de Jactu. conf. Schneidevv. Comm. Inſtit. Jur. ad Rubr.n.5. Reink.d.L.1.claſſ.3.c.13.n.7.& ſeqq. Seneca de Benefic. L. ult. c.4.ſeqq. Hermann. Lather. de Cenſu L.1. c.9. n.* 48. *Richard. Dieter. de ſummâ ſummi Imp. poteſt. Concluſ. 62. VVarem. ab Ehrenberg. de Regni ſubſid. c. 15. n. 8. & 9.* Quibus addimus liberum 3
commerciorum uſum, Juſtitiæ adminiſtrationem, ſecuritatem publicam, & quæ alia dari poſſunt Civium bona & commoda. Hinc ſunt, qui Principem propter ſubditos & 4
populum, ejusq; utilitatem magis, quàm propter Principem ſubditos & populum conſtitutum eſſe exiſtimant, *Petr. Frider. de Mandat. L. 2. c. 44. n. 1. Heig. L. 1. Qq. Jur. 19. n. 3. Vietor de Exempt. concluſ. 14. Dieterus d.l. concluſ. 62.* Unde Imperialis be- 5
nevolentiæ proprium eſſe judicant Impp. in *II.FF. 52. & 55. in princ.* commoda ſubjectorum inveſtigare, & eorum calamitatibus diligenti curâ mederi, ut Regni utilitas incorrupta perſiſtat, & ſingulorum ſtatus jugiter illæſus ſubſiſtat. *add. Nov. 161. c.2. it. l. un. §.14. C. de caducis tollend.* Indeq; ad Superioris offi- 6
cium pertinet, jura ſubditorum ſarta tecta conſervare, innovationes non admittere, ſed ipſos in antiquis libertatibus & privilegiis tueri, bey ihrem alten herkommen/ Freyheiten/ Recht und Gerechtigkeiten ſchützen/ ſchirmen und handhaben/ & in eo ſtatu, quo reperiuntur, conſervare, neq; jure ſucceſſionis Univerſalis vel particularis quicquam immutare, per text. in *l.23. §.1. verſ. Caveant, C. de Agricol. & [illegible] ſit. Libr. XI. l.2. D.*
de

de Constit.Prp.l.3.l.4.C.Vectig.nova instit. non p. Quâ tamen in re
Novatores Domini contra subditos sæpè perniciosè peccant,
& perpetua subditorum odia erga se concitare solent, quos
oportuit blandè potius & amicè tractare, quàm duriore fre-
no contumaces reddere, uti suadet *Gail. de Arrest.Imp.cap. 8 n.*
8 12. Multò minus officio eorum convenit, subditos vel Cives
opprimere, & ad iniquissimas conditiones vi metuq; com-
pellere, *Phil.Tennagel in libr.singulari de decern.Processſ.cap. 9. n.1.*
pag.97.add.B.Carpzov.L.1.RR.Jur.53.n.2.seqq.Petr. Frider. 3. de
9 *Mandat.cap.15.n.29.* aliâs subditi poterunt ordinariè Magi-
stratum convenire per *t. t.Dig. & Cod.de Magistr.conven.* aut re-
medio Uti possidetis adversus Dominum experiri, si in pos-
sessione vel quasi libertatis à Domino molestentur, *Bl.in l.1.C.*
Comm.de manum.Br.& Alexander in l.1.§.1.D. Uti possid. vel con-
dictione ex Moribus contra Dominũ agunt, ut idem faciat,
quod ipsius Prædecessores fecerunt, *arg.l.31.§.20.D.de Ædil.*
Edict.Joh.de Platea in l.64.C.de Decur. Libr. X. *Maul.de Homag.t.*
1.n.14. aut judicium ex *l. 1.C.in quib. caus. Coloni censiti &c.* Libr.
XI. instituunt, *Gylmann.P.2.decis.4.n.13.& 15.* vel etiam utili
negatoriâ actione procedunt, ne plus ab iis exigatur, quam
hactenus factum est, *Fachin.L. 1.Cons.4.n.24.* aut contra ini-
quam servitiorum insolitorũ exactionem injuriarum actio-
nem intendunt, *l.32.D.injur.* & damni reparationẽ per L.Aqui-
liã petunt, *arg.l.13.D.ad L.Aquil.l.ult.D.de his qui dejec. vel effud.*
l.3.D.si quadr.paup.fec.dic.B.Carpzov.L.1.RR.Elect.53.n.15.Jacob.Tho-
10 *ming. decis.24.n.12.* Quodsi vero extraordinariis remediis
uti malunt, tunc Nobile Officiũ Judicis implorant, ad hoc, ut Visita-
tores mittat, qui in actiones Domini, & quomodo suos subditos tra-
ctet, inquirant, & oppressionem sævitiamq; supprimant. *Speculator*
tit.de Exact.n.3.& tit.de denunciat.n.13.Coler.de Process.Execut.P.1.
11 *c.9.n.38.Petr.Frider.2.de Mandat. cap.13.n.22.* De *cætero*, processum
contra Rusticos *Gailio de Arrest.Imp.cap.10.n.1.4.* relinquo,
cui etiam subscribo.

LAUS DEO HOMINI!

